CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. LI.

SANCTI AVRELI AVGVSTINI

OPERA (SECT. VII PARS I).

SCRIPTORVM CONTRA DONATISTAS PARS I:

PSALMVS CONTRA PARTEM DONATI, CONTRA EPISTVLAM PARMENIANI LIBRI TRES, DE BAPTISMO LIBRI SEPTEM

RECENSVIT

M. PETSCHENIG

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCVIII.

A Klostermann

SANCTI
AVRELI AVGVSTINI
SCRIPTA CONTRA DONATISTAS

PARS I:

PSALMVS CONTRA PARTEM DONATI, CONTRA EPISTVLAM PARMENIANI LIBRI TRES, DE BAPTISMO LIBRI SEPTEM

RECENSVIT

M. PETSCHENIG

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCVIII.

Notandum.

Volumen alterum (= uol. LII), continens Augustini libros Contra litteras Petiliani, Epistulam ad catholicos de secta Donatistarum, Contra Cresconium libros IIII cum indice locorum, intra annum emittetur. sequentur paulo post reliqua Augustini contra Donatistas opuscula cum indice locorum et omnium trium uoluminum indicibus nominum et rerum, uerborum et elocutionum, orthographiae (= uol. LIII).

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae

THE GETTY CENTER
LIBRARY

PRAEFATIO.

In secta Donatistarum oppugnanda refutandaque S. Augustinus tam assiduam impigramque operam consumpsit, ut ab initio presbyteratus eius usque ad extrema episcopatus tempora nullum fere spatium intercesserit, quin aut operibus separatim editis aut occasione oblata in scriptis alio spectantibus[1]) illam materiam tractauerit. e propriis eius generis uoluminibus haud pauca interisse libris Retractationum docemur. sed etiam quae manserunt partim fortunam tam iniquam experta sunt, ut homini critico, qui ea non solum ut tradita sunt edere adgreditur, sed etiam ut scripta erant restituere studet, inde multae et magnae difficultates nascantur. quamobrem pauca in uniuersum de condicione horum scriptorum et de edendi ratione praefari haud ab re erit.

Postquam apparatum criticum tantum quantum potui collegi, Augustus Engelbrecht uir humanissimus, miratus tam multorum uoluminum fontes uel parce neque pure fluere uel, ut in Breuiculo collationis accidit, omnino exaruisse, librorum manu scriptorum catalogos omnes quotquot extant adirique poterant excuti officiosissime iussit. sic factum est, ut saltem dubitatio de subsidiis criticis, quae hodie supersunt, omnino sit sublata. quo peius autem pleraque opera et opuscula iniuria temporum uexata sunt, eo magis meum erat omnia iterum iterumque perlegere pertractare meditari, cum praesertim breui perspexerim ea nisi inter se comparata neque bene intellegi neque apte emendari posse. cum enim scriptor in omnibus idem fere propositum idemque consilium sequatur, fieri non potuit, quin persaepe isdem uel similibus argumentis exemplis similitudinibus locis scripturae sacrae usus etiam eadem uel similia uerba sententiasque usurparit atque easdem

[1]) Index horum opusculorum extat apud Mignium, Patrol. Lat. tom. XLIII pag. 757 sqq.

res identidem tractauerit. itaque comparatione diligenti per omnia scripta instituta atque perducta saepe contigit, ut uera scriptura aut ex alio loco siue eiusdem siue alterius libri peteretur aut per coniecturam quaesita similibus uerbis uel sententiis comprobaretur. sed quamuis sedulo egerim, tamen locos non deesse, qui etiamnunc emendatione egeant, non mirabitur, quisquis post me hos libros paulo diligentius examinauerit. ubi enim codices aut boni non sunt aut omnino desunt, eiusmodi damnum explere plerumque difficile est. accedit, quod editiones ita comparatae sunt, ut de eis tacere melius sit quam multa dicere. Amerbachium enim et Louanienses aut primos quosque aut recentiores libros manu scriptos typis describi iussisse constat, Maurini uero, quamquam partim bonos codices nancti erant, tamen munere suo non tam diligenter quam par erat functi sunt, etsi negandum non est nonnulla ab eis egregie esse emendata. omnino haec editio a Maurina, nedum a prioribus, magnopere differt, et eo magis, quo melioribus codicibus utebar; sic in opere contra Parmenianum plus mille ducenti loci et uerba nunc demum rectius leguntur. his praemissis de eis scriptis, quae hoc uolumine continentur, seorsum disserendum est. seriem orditur

I.

Psalmus Psalmus contra partem Donati. sic enim ab Augustino ipso appellatur, qui Retract. I 18 (20) scribit: *psalmum per Latinas litteras feci* et in extrema parte capitis: *iste psalmus sic incipit.* contra in codicibus modo *sermo* modo *sermo seu psalmus* modo *cantilena* uocatur, in omnibus autem praeter unum et praecipue in optimo praescribitur *Abecedarium* (scil. carmen). compositus esse uidetur anno 393 uel 394, cum in Retractationibus secundo loco ponatur post librum De fide et symbolo, qui ea continet, quae Augustinus anno 393 in concilio Hipponiensi de eadem materia disputauit. id autem cantilena rhythmica populari confecta egit Augustinus, ut Donatistarum causa ad notitiam etiam indoctorum hominum atque infimi uulgi perueniret. extant nunc uersus ducenti duo-

denonaginta omnes in *e* uel *ae* desinentes, diuisi in uiginti strophas cum hypopsalmate (uersu intercalari) et epilogum longiorem; desideratur uero *prooemium causae,* quod Retract. I 18 commemoratur. duodeuiginti strophae duodenos uersus habent, stropha *C* undecim, stropha *Q* decem. at uero in stropha *C* unum uersum deesse sensu inter uersus 35 et 36 interrupto probatur. quae suppleui, hanc fere sententiam efficiunt: 'Donatistae de traditione codicum sanctorum suis maioribus se credidisse dicunt, quos mentitos esse contendo. si enim ideo se recte eis credidisse putant, quia et nos maioribus nostris de Donatistarum traditione credidimus, errant, quoniam ueritas in sola unitate est.' quae si recte se habent, etiam in stropha *Q* duos uersus deesse statuendum est. desideratur enim post exemplum prophetarum et ipsius Christi commemoratio apostoli Pauli, qui aeque malos in ecclesiae communione tolerabat; cf. Parm. I 3, 5. De bapt. III 9, 12. Petil. II 81, 180. Breuic. III 8, 11, alias. ceterum lectorem ad haec scripta relego: Du Méril, Poésies populaires Latines antérieures au XII^e^ siècle, Paris 1843, pag. 120 sqq. — W. Meyer, Anfang und Ursprung der lateinischen und griechischen rhythmischen Dichtung (Abhandlungen der Akademie in München 1885, I. Klasse, XVII. Band, II. Abteilung, pag. 284 sqq.). — A. Ebert, Geschichte der christlich-lateinischen Literatur, ed. alt., pag. 250—251. — M. Manitius, Geschichte der christlich-lateinischen Poesie, Stuttgart 1891, pag. 320—322.

Codices Psalmi manserunt sex, omnes recentiores. inter quos *codices* fortasse uetustissimus, certe optimus est

1. codex capituli Coloniensis 77 saec. XII. incipit Λ fol. 54^a^ med.: *ABECEDARIUM AUGVSITINI* (sic) *CONTRA DONA:TISTAS.* litterae initiales stropharum (*A*—*V*) rubro pictae sunt. uersus intra singulas strophas non distinguuntur. contulit W. Schmitz intercedente canonico theol. doctore Berlage.

Ad eandem familiam pertinent:

2. Liliocampensis (monasterii Lilienfeld in Austria infe- λ riore) 72 saec. XII—XIII. continet etiam libros septem De baptismo. fol. 134^a^: *Incipit sermo eiusdem sancti augustini*

in cantilena psalmiste aduersus donatistas abecedarium. pretio multo inferior est quam Λ et lectiones aliquot exhibet cum altera familia concordantes. contulit I. Stadlmann.

φ 3. Ultraiectinus 9 saec. XV, olim Carthusiorum prope Traiectum inferius. continet praeter Psalmum libros De immortalitate animae, De quantitate animae, De duabus animabus, De uita beata, De magistro, De uera religione, De utilitate credendi. Psalmo praescribitur: *Incipit sermo seu psalmus aurelii augustini in cantilena psalmiste contra donatistas abedarium.* contulit C. Mras.

χ 4. Ultraiectinus 16 saec. XV, olim Regularium in Traiecto. praeter Psalmum continet libros Retractationum, De Academicis, De beata uita, De ordine rerum, De quantitate animae, De immortalitate animae, Soliloquiorum, De magistro. ante uerba Psalmi legitur: *Incipit prologus in psalmo aurelii augustini* sequente Retractationis capitulo, deinde: *Explicit prologus. Incipit sermo seu psalmus aurelii augustini* et cetera sicut in φ. bonitate hunc superat, uterque autem propius ad Λ accedit quam λ. contulit C. Mras.

Alterius deterioris familiae sunt duo codices quasi gemelli:

Σ 5. Stuttgartiensis theol. fol. 207 saec. XII. fol. 48ᵃ: *Incipit sermo s. aug̃. in cantilena psalmistę aduersus donatistas abecedarium.* contulit H. Plenkers.

Φ 6. Fuldensis Aa 23 saec. XII. fol. 51ʳ: *Incipit cantilena sacti* (sic, ex *sactus*) *aug̃. de psalmo contra donatistas.* contulit I. Stadlmann.

mss. Adnotaui etiam lectiones discrepantes duorum codicum Cambronensis et Endouiensis a Maurinis adhibitorum, quamquam illos bonitate infra meos fuisse editio Maurina demonstrat.

Codices omnes, utpote recentiores, plus minus corruptos esse uariis indiciis probatur. de duabus lacunis iam supra disputaui. praeterea nonnullorum uersuum rhythmus turbatus est, cum syllabae aut desint, ut in uu. 17, 25, 109, 244, aut abundent, ut 90, 135, 175, 183, 198, 205. talia ut potui correxi, ceterum autem praecipue fidem codicis Λ secutus sum.

II.

Contra epistulam Parmeniani

Psalmum excipiunt Contra epistulam Parmeniani libri tres. is fuerat episcopus Donatistarum Carthaginiensis successorque Donati, contraque eum iam Optatus Mileuitanus opus suum de schismate Donatistarum scripserat. Parmenianus Tychonium Afrum et ipsum Donatistam[1]) epistula quadam uehementer impugnauerat et corrigere conatus erat, quod ille scripto quodam id ipsum demonstrare adgressus erat quod catholici aduersus Donatistas proferre non intermittebant, ecclesiam dei nullorum hominum quamuis sceleratorum contagione posse maculari. Augustinus autem, non tam Tychonium defendere quam Parmenianum redarguere studens, primo libro contra querellas eius et criminationes in catholicos pugnat, secundo uero et tertio testimonia scripturarum, quibus ille perperam intellectis imperitos decipere conatur, ad ueram interpretationem reducit. hoc opus circiter annum 400 scriptum esse et ex locis nonnullis, ubi Augustinus de Optato Gildoniano, qui anno 398 decessit, tamquam defuncto loquitur[2]), apparet et ex eo, quod lib. I 9, 15 recentibus legibus simulacra paganorum euerti iussa esse dicit, quae leges ab Honorio non ante annum 399 datae sunt.

codices

E multis codicibus, in quibus hi libri continentur, collati sunt octo:

D

1. Casinensis 163 saec. XI scriptura Langobardica exaratus. opus contra Parmenianum extat foliis 164—214. praecedit Retractationum caput II 43 ab eadem manu scriptum, sed in extrema parte legitur: *hoc opus sic incipit: multa quidem et alia aduersus donatistas,* cum textus ipse recte praebeat: *multa quidem alias* (*s* eras.). librum praestantissimum ex archetypo saeculi sexti uel septimi diligenter descriptum esse et bonitate lectionum et orthographia declaratur. correctores duos ut uidetur passus est paulo recentiores. contulit Th. Vahala.

M

2. Mantuanus bybl. urbicae A. II. 2 saec. XII, olim

[1]) Cf. Gennad. uir. ill. cap. 18.

[2]) Cf. p. 45, 8 sqq. 54, 2 sqq. 64, 25.

Liber sancti benedicti de padolirone, pars est codicis e tribus compaginati, quorum primo (fol. 1—8) continetur *Liber sancti Augustini de penitentia,* secundo (fol. 9—20) *de uita christiana ad sororem suam, item sermo de kalendis ianuarii.* hi codices saec. XI scripti sunt. tertio saec. XII exarato continentur foliis 21—89 *libri III ad tichonium contra parmenianum utilimi contra omnes hereses scismaticorum.* textum praecedit Retractatio, deinde praescribitur: *Incipit liber ·I· sancti augustini episcopi ad tichonium contra parmenianum:* addit manus recentior: *utilimus contra omnes hereses scismaticorum* (cf. subscript. cod. *F* ad librum tertium). correctus est partim a prima, partim ab altera manu fortasse contemporanea. contulit I. Bick.

P 3. Pistoriensis bybl. collegii canonicorum 89 saec. XI, foliorum 56, quorum quattuor ultima uacua sunt. fol. 1[r] praescribitur: *Incipit liber sancti augustini contra epistulam parmeniani.* Retractatio deest. liber sane bonus per alium codicem ex eodem fonte quo *D* deriuatus est, uno tamen plus gradu a communi archetypo distat. correxit prima et altera manus. contulit Lucianus Villani professor Pistoriensis.

E 4. Schafhusiensis 30 saec. XII praeter libros Contra quinque haereses et De magistro foliis 46—106 hoc opus exhibet. praemittitur caput Retractationum cum praescriptione: *Incipit prologus trium librorum sancti augustini episcopi contra epistolam parmeniani donatistę.* initio desunt uocabula *Multa quidem,* spatio uacuo relicto. correctus est uel ab ipso librario uel a manu fere contemporanea. contulit A. Goldmann.

F 5. Uaticanus 505 saec. XI exeuntis continet libros Contra epistulam Parmeniani, Epistulam ad Generosum de Donatistis, librum De cura pro mortuis agenda. eorum Uaticanorum archetypus esse uidetur, quorum ope Maurini libros contra Parmenianum in antiquioribus editionibus miserrime tractatos multis locis correxerunt. codex diligenter scriptus correcturas uel lectiones uarias rarissime exhibet. contulit H. Koebert.

G 6. Parisiensis 13.370 saec. XII, antea *S. Germani a Pratis n. 1286.* in folio praefixo legitur: *de mss. Biblioth.*

Binio Benigniana. est ergo Benignianus Maurinorum. fol. 1ʳ (minio): *Incipit s. augustini episcopi contra epistolam parmeniani donatiste.* sequitur Retractationum caput. correcturae et lectiones uariae partim a m. 1 partim a m. 2 sunt. contuli ipse.

7. Cod. bybl. Mazarini 272 saec. XII. fol. 1ʳ: *Monasterij S. Cygirāj.* fol. 145ⁿ: *Incipit liber sancti augustini episcopi contra parmenianum donatistam.* textui praemittitur Retractatio. contuli ipse. *H*

8. Parisiensis 2092 saec. XII. fol. 1ʳ supra: *Alme ecclesię uenerandi presulis Amandi liber,* infra: *Codex Telleriano-Remensis 252, Reg. 4009.* fol. 1ᵘ (minio): *Ex libro retractationum beati augustini* (atramento) *In tribus libris* et cetera, deinde (minio): *Liber s. augustini contra epistolam parmeniani ad thiconium.* correcturae raro occurrunt. contuli ipse. *I*

Principatum inter hos libros obtinet *D,* et quod ad orthographiam et quod ad lectionum praestantiam attinet. scribitur *faenus, paenitentia, naesanus* et *nesanus, aunitto ammoneo aunmonitio aunministro, augustare,* item *humilare, aput illut athibeo, Beliar, coherceo cohercitio, comisatio, contemsi diremtio emtae redemtio praesumtio tentauerunt, deminno deminutio denerto, dirrumpo, distingunt, facinerosus, inquid quod aliquod* (*d* = *t*), *Mauretania, ommutesco, optineo, profeta fariseus iosafat tyfus, labsus inmbtarum, repperio, suscenseo, suscribo. b* pro *u*: *beneficia libore; u* pro *b*: *acerrus auitineuses cinus nagaiensi.* haec maximam partem consentiunt cum orthographia codicis Escorialensis saec. VI libros De baptismo continentis, de quo infra disseretur. in lectionibus autem minimum centum locis a reliquis codicibus ita differt, ut numquam causa sit ab eo discedendi, saepe etiam interpolatio, quae in reliquis plus minus grassata est, plane dispiciatur. pauca huius rei exempla sufficient. p. 23. 19 in archetypo extabat *incertamina* pro *incerta crimina:* in *D mina* erasum est, in *P* interpolatum *pro certamina,* in *M* partim correctum *pro certa crimina,* in reliquis stolide scriptum *certa crimina.* p. 86, 7 *D* seruauit *qui adaquat* (i. e. perfundit) *proximos sibi euersione*

iniquitatis, in reliquis sine sensu legitur *adaequat.* p. 113, 8 librarius *D* archetypum accurate expressit scribens *recentissima eres erant,* quod altera manus recte distinxit in *recentissimae res erant;* in reliquis stultissime interpolatum est *recentissima heresis erat.* ita etiam lectiones *D* p. 33, 17 *praecisiones* (cf. 129, 1); 37, 9 *manifesta;* 81, 9 *ducat;* 84, 25 *lumina;* 109, 19 *collegas* et multas alias ueras esse per se ipsum patet. quaedam uero, quae in *D* uitiose tradita sunt, in *MP*, perraro in reliquis per coniecturam correcta sunt, ueluti p. 19, 17 *perfecto* pro *perspecto* (*M*); 28, 6 *in alio*[*s*] (*P*); 33, 11 *quod* pro *quot* (*MP*); 34, 5 *male* pro *tale* (*P; a* = *t,* cf. p. 33, 3 *tagno* pro *magno* in *D*); 35, 20 *eos quos* pro *eosque* (*P*); 39, 4 *quod* pro *quae* (*MP*); 50, 3 *dicimus* pro *didicimus* (*P*); 76, 3 *fatiandae* pro *satiandae* (*P*); 83, 11 *sacrilegio* pro *sacrilego* (*Pm2*); 117, 6 *duu* pro *duua* (*MP*); 124, 8 *est* pro *esse* (*P*). reuera autem has esse meras coniecturas eo probatur, quod, antequam collationes *MP* post textum constitutum confectas accepi, eosdem locos facili correctione ipse sic restitueram. ut in *M* uel *P* uel *MP* leguntur. quae cum ita sint, in uerbis constituendis *D* ducem secutus sum, ubi uitiosus est, primum *MP*, deinde reliquos multo magis interpolatos consului, aliquot locos ipse emendaui. poteram quidem lectiones codicum *EFGHI* paucis locis exceptis (cf. p. 23, 20. 78, 22. 135, 26) penitus abicere, nisi earum retinendarum idonea causa esset. ex eis enim optime cognoscitur, quibus uel qualibus libris manu scriptis primi editores postque eos Maurini usi sint. quamobrem minutiis orthographicis omissis consensum *EFGHI* cum editione Maurina (*v*) littera α, consensum *EGHIv* littera β, consensum *EIv* littera γ signaui. sic et rationi criticae et textus historiae quam uocant consultum esse ratus. ceterum apparatum criticum augere inutile putaui, quamquam, ut dixi, multi alii libri manu scripti huius operis hodie supersunt, qui tamen praeter Oxoniensem bybl. Laudianae 117 saec. XI et Casinensem 167 saec. XI—XII supra duodecimum saeculum non ascendunt. sed Casinensem ad interpolatos *EFGHI* pertinere uel e paucis lectionibus, quas

Reifferscheid in BPLI exscripserat. intellexi, idemque de Oxoniensi specimina scripturarum probauerunt, quae Alex. Souter professor Oxoniensis beneuole transmisit. reliquos a me omnino neglectos hoc loco saltem enumerare libet, ut, si quis forte unum uel alterum conferre uelit — quod quidem sine ullo emolumento futurum esse mihi persuasum est —, eligendi potestatem habeat. ad saeculum igitur duodecimum pertinent Cantabrigiensis 3118, Abrincensis 93, Eburouicensis 92, Gratianopolitanus 202, Trecenses 69 et 646. recentiores sunt Florentinus 65 saec. XII—XIII, Bristolensis bybl. urbicae 3 saec. XIII, Cantabrigiensis 118 saec. XIIII (mutilus), Parisiensis bybl. Mazarini 640 saec. XV, Bodleianus Ham. 49 saec. XV.

III.

De baptismo

In libro secundo operis Contra Parmenianum cap. 14, 32 (p. 86, 4) Augustinus se de quaestione baptismi latius aliquid tractaturum promiserat promissumque soluit De baptismo libris septem paulo post compositis. quorum primo baptismum etiam extra ecclesiam dari et accipi posse, sed prodesse non posse, secundo auctoritatem Cypriani catholicis a Donatistis frustra opponi demonstrat. tertio, quarto, quinto sententiam Cypriani in epistula ad Iubaianum expressam refellit, baptismum ab haereticis dari non posse contendentis, et eiusdem epistulas ad Quintum, ad Numidas episcopos, ad Pompeium examinat. sexto et septimo sententiae concilii Carthaginiensis sub Cypriano habiti perpenduntur.

codices

Huius operis satis magna est copia codicum et bonorum et antiquorum; quare ad eos, qui infra decimum saeculum scripti sunt, descendere superuacaneum est, cum praesertim sexto iam saeculo diuisio in duas classes facta sit. ad primam pertinent:

1. Oxoniensis bybl. Bodleianae Laud. misc. n. 130 saec. X ineuntis. contulit Alex. Souter, qui haec adnotauit: 'Codex est ff. 298, a f. 207 duabus columnis, olim *ecclesiae B. Mariae in Ebirbach*. continet 1. (inc. f. 3) Aug. loc. Hept. *J*

2. (inc. f. 36) Aug. quaest. Hept. 3. qui est codex alter, ut numeratio quaternionum ostendit et binae columnae, (inc. f. 207) Aug. De bapt. c. Don. libb. VII; desinit in uerbis *donec deus id quoque* (p. 375, 2). haec pars habet titulos capitulorum nitidissime adscriptos. ex eo quod quaterniones sunt signati dextra inferiore margine (e. g. = III II =), licet conicere codicem esse descriptum ex unciali sexti saeculi. uir clarissimus Chatelainius (Uncialis scriptura nouis exemplis illustrata, Paris 1901) nos docuit numeros fuisse positos ibi in uncc. VI. saec., et conicio librarium nostrum imitatum esse id quod uidebat in suo exemplari.' haec rectissime Souter, ut infra uberius exponetur.

K 2. Escorialensis ille celeberrimus sine numero, foliorum 172, adseruatus in scrinio quod appellatur 'Camarin de las reliquias', saec. VI scriptura unciali exaratus.[1]) librum pretiosissimum, de quo manus saec. XV praedicat: *Sancti augustini epi libri de baptismo | Quos manu fertur scripsisse propria,* medio aeuo possidebat monasterium Spanheim, id quod indicant adnotationes: *pertinet sancto martino in spanheym ꝙ mutatus pro alio* a manu saec. XIIII et fol. 33^{r} supra minio: *codex sancti martini in spanheym* a manu saec. XV. P. Ewald et G. Loewe[2]) eum in Hispania scriptum esse uoluerunt. at H. Plenkers uir rei palaeographicae peritissimus, qui librum et in usum meum contulerat et alias accurate examinauerat, a me consultus rescripsit id neque per se esse probabile neque ullo modo plane euinci posse. inscriptio deest ut in Oxoniensi, quocum satis arta cognatione coniunctus est; in quam rem infra diligenter inquiretur. correctus est partim ab eadem manu partim ab altera fere contemporanea, quae et ipsa ductibus uncialibus utitur. praeterea glossatores quidam in margine adnotationes suas adscripserunt, quas, quoniam nullius pretii sunt, omnino neglexi.

[1]) Cf. Hartel-Loewe, BPLH I 7.

[2]) Exempla scripturae Uisigoticae, Heidelberg 1883, tab. I.

3. Sangallensis 158 saec. VIIII a pluribus manibus binis columnis scriptus, foliorum 105. inscribitur: *IN NOMINE DNI NRI IHV̄ X̄PI. INCIP. LIBER PRIMUS BEATI AVGVSTINI EPISCOPI. DE BAPTISMO.* correctus est partim a prima manu partim ab altera satis antiqua. etiam hunc codicem cognatione quadam cum *K* cohaerere praeter multa alia indicia eo probatur, quod, cum p. 150, 9 ad uerba *intuentur etiam similitudinem notae militaris, quia extra militiam a desertoribus et haberi et accipi potest* in margine *K* a glossatore adnotatum sit: *de nota imperatoris in manu militis designata,* in *L* haec uerba paulum mutata ita in textum recepta sunt: *desertoribus et [de nota imperatoris in milite designata] haberi et accipi potest.* codicem ipse contuli. *L*

4. Parisiensis 13.363 saec. VIIII, foliorum 162, quaternionum 20, qui litteris *A*.... *U* signati sunt (deest littera *B*), olim *Sti Germani a Pratis n. 1285,* antea, ut in tegumento anteriore a manu recenti adscriptum est, *ex libris S. Petri Corbeiensis.* inscribitur fol. 1ª minio: *INCIPIT LIBER PRIMUS BEATI AGVSTINI DE BAPTISMO CONTRA DONATISTAS.* liber neglegenter scriptus et a pluribus manibus multifariam correctus ex optimo fonte manasse uidetur, ut ego conicio, e codice scriptura unciali exarato. tria enim folia, quae in eius archetypo interciderant (cf. p. 358, 12. 365, 13. 374, 1), ducena terna uocabula complectebantur, cum singula folia codicis K circiter trecena contineant. contuli ipse. *N*

5. Hic illic laudaui etiam codicem olim Goerresianum 66 saec. VIIII—X, nunc Monacensem, cuius multas lectiones discrepantes H. Plenkers exscripsit. continet duos primos libros et initium tertii usque ad p. 203, 19 *consuetudinem cedere,* nihil tamen ad uerba Augustini restituenda ualet. *G*

Alterius classis multo deterioris codices adhibiti sunt hi:

6. Monacensis 21.218 saec. VIIII binis columnis exaratus, passim a prima et altera manu correctus. *M*

7. Lugdunensis 603 saec. VIIII, correctus a prima manu et a recentiore saec. XII. inscribitur fol. 16ʳ: *Incipit* (add. m2) *V*

de baptismo. codicem, qui etiam libros De baptismo paruulorum et De unico baptismo continet, contulit L. Sternbach.

μ 8. Monacensis 15.814 saec. X, foliorum 232, nitide scriptus et nisi ab eadem manu (μ *m2*) non correctus. in tergo tegumenti extat: *Sal. capit.* (Salisburgense capitulum). praescribitur fol. 1ᵘ minio: *INCIPIT LIBER AVGVSTINI DE BAPTISMO.* contuli ipse.

ς 9. Sangallensis 171 saec. X, neglegenter scriptus et plurimis locis correctus, praeter opus De baptismo libros De pastoribus, De ouibus, De baptismo paruulorum, De unico baptismo, De spiritu et littera continet. praescribitur pag. 63 med.: *INCP AGSTI DE BAPTISMO. CONTRA DONATISTAS LIB. I.* contuli ipse.

Inter codices, qui neque collati neque inspecti sunt, unus olim Ashburnhamensis (Barrois manuscripts) 248 saeculo decimo adscribitur. recentiores sunt Casinensis 172 saec. XI, Burdigalensis 115, cod. bybl. Mazarini 617, Ualentianensis 153, Berolinensis Phillippicus 1992, Saresberensis 64, Cantabrigiensis (Iesus College) Q. A. 16. omnes saec. XII, Liliocampensis 72 saec. XII—XIII, cod. bybl. Mazarini 632, Cantabrigiensis 1275, Coloniensis 77, Assisianus 88, Londiniensis (Lambeth Palace) 88, Herefordensis (bybl. cathedr.) P. 2. 14, omnes saec. XIII, cod. bybl. Mazarini 638 et cod. bybl. Athenaei regii Taurinensis 665 saec. XIIII.

Subsidiis criticis recensitis iam quaerendum est, quae cognatio inter *J* et *K* intercedat. cum collationem codicis Oxoniensis accepissem et praeter alia mirum consensum amborum in rebus orthographicis animaduertissem, primo aspectu *J* ex *K* descriptum esse arbitratus sum. ad id suspicandum me etiam eo adductum esse fateor, quod hi codices medio aeuo in monasteriis inter se uicinis Eberbach et Spanheim, quae haud procul a Mogontiaco sita erant, adseruabantur. uerum rem aliter se habere, postquam utriusque lectiones accuratius examinaui, facile mihi persuasi. primum enim aliquot uocabula, quae in *K* desunt, *J* seruauit: p. 197, 26 *ea;* p. 228, 8 *inquit;* p. 235, 5 *autem;* p. 236, 28 *non;* p. 286, 10 *est;* p. 323, 1

ecclesiae. deinde, si *J* apographon esset libri *K*, explicari non posset, quomodo librarius *J*, qui rem suam alioquin tam diligenter egit, nonnulla, quae hodie quoque in *K* plane leguntur, omittere potuerit. nolo dicere de subscriptionibus in *K contuli* et *deo gratias*,[1]) nolo ea adferre, quae propter homoeoteleuton praeteriri potuerunt, uelut p. 197, 3 *rebaptizandos catholicos* [*quia ille censuit in catholica baptizandos haereticos*], sed grauioris momenti haec sunt:

	K	*J*
p. 155, 1	*cur hoc ipse prohiberi prohibuit*	om. (in mg. addito signo ϡ)
„ 168, 17	*natos*	om.
„ 173, 24	*quod*	om.
„ 200, 20	*se*	om. spatio uacuo relicto
„ 212, 8	*mendacem ac perfidum*	*mendacem perfidum*
„ 216, 10	*dathan uero chore et abyron*	*dathan uero et abyron* (= cet.)
„ 261, 22	*disseruimus*	om. (*dictum est* suppl. m2)
„ 279, 11	*multos iam esse concedimus*	om.
„ 317, 12	*haberent uel darent eorum iniquitatibus fuisse uiolatum*	om. et suppletum *dant* (m2) *hanc* (*hinc* m2), deinde spatium circiter 19 litterarum uacuum
„ 333, 20	*in unitate*	om. spatio uacuo relicto
„ 333, 21	*a crimine*	„ „ „ „
„ 354, 6	*non puto* (= *V*)	om. (= *LMN*μς)
„ 374, 17	*et inpensis supplici deuotione*	om.

Praeterea lectiones *J* et *K* saepe ita differunt, ut modo ille modo hic aut solus aut aliis astipulantibus uerum praebeat. tales loci sunt:

	K	*J*
p. 150, 19	*exclamaui* (= *MN*^{a}μς)	*damaui* (= *clamaui LN*^{b}*VG*)
„ 167, 9	*promissionis*	*repromissionis* (= *N* corr.)
„ 175, 15	*ducamus*	*dicamus* (= cet.)
„ 177, 3	*Mauritania* (= *LMNm2Vm2*)	*Mauretania* (recte)

[1]) Memorabilis est forma sane antiquissima *explicat* pro usitata *explicit* in subscriptionibus *J*.

	K	*J*
p. 180, 23	*res se*	*se res* (= cet.)
„ 181, 1	*res se* (= *V*)	*se res* (= *LMN*μς)
„ 181, 12	*agnouerunt*	*cognouerunt* (= *V*)
„ 186, 21	*et*	*adque* (= cet.)
„ 187, 5	*posteriorum* (= *V*)	*posterorum*
„ 189, 26	*discussis ambagibus* (= cet.)	*ambagibus discussis*
„ 195, 12	*ea*	*ex* (= cet.)
„ 197, 5	*orbe terrarum* (= *N*)	*terrarum orbe* (= *LMV*μς)
„ 201, 26	*sentire*	*sentiri* (= cet.)
„ 205, 23	*nomen dei*	*dei nomen* (= *LN*; cf. p. 249, 2. 288, 11)
„ 208, 1	*in alio iam*	*iam in alio* (= cet.)
„ 213, 1	*sanctum spiritum* (= *L*)	*spiritum sanctum*
„ 215, 23	*fundati sunt*	*fundati sint* (= *LN*)
„ 216, 4	*dimittentur* (= *N*)	*dimittuntur* (= *LMV*μς)
„ 221, 11	*carnalis anima delectatur*	*delectatur carnalis anima* (= cet.)
„ 221, 12	*librorum sanctorum*	*sanctorum librorum* (= cet.)
„ 223, 7	*constituta*	*constitutae* (= *LMm1Nm1V*μς)
„ 224, 7	*de precando*	*de deprecando* (= *LN*)
„ 225, 20	*una*	*unica* (= *LN*)
„ 235, 16	*neque* (= *V*)	*nec*
„ 235, 21	*breuiter*	*breuibus* (= cet.)
„ 237, 10	*Paulum apostolum*	*apostolum Paulum* (= cet.)
„ 248, 9	*talem baptismum* (= *MVm2*)	*tale baptismum* (= *LNVm1*μς)
„ 249, 2	*bonum dei*	*dei bonum* (= cet.; cf. 205. 23. 288, 11)
„ 262, 4	*fuerant*	*erant* (= cet.)
„ 273, 16	*in paenitentia* (= cet.)	*paenitentiae*
„ 277, 9	*magis* (= *V*)	*maius* (= *LMN*μς)
„ 280, 25	*mutua*	*tua* (= cet.)
„ 284, 1	*prius fuerant* (= cet.)	*fuerant prius*
„ 288, 11	*munere dei*	*dei munere* (= cet.; cf. 205, 23. 249, 2)
„ 290, 17	*spiritus sanctus*	*sanctus spiritus* (= *M*μ)
„ 296, 1	*si*	*sicut* (= cet.)
„ 304, 2	*et quid ego ei* (*quidque ego ei* Cypr.)	*quidque ei* (= cet.)
„ 307, 2	*baptisma* (= *MV*)	*baptismum*
„ 307, 12	*bonos mores* (= *V*)	*mores bonos*
„ 310, 3	*renatus* (= *Nm1* Cypr.)	*natus*

	K	*J*
p. 319, 22	*sanctum spiritum* (= Cypr.)	*spiritum sanctum* (= cet.)
„ 321, 24	*uelut*	*ueluti* (= *LN*)
„ 325, 13	*gratiam dei* (= cet.)	*dei gratiam*
„ 341, 18	*plenarii concilii*	*concilii plenarii* (= cet.)
„ 356, 4	*maiori*	*maiore* (= cet.)
„ 357, 12	*baptismum ecclesiae*	*ecclesiae baptismum* (= cet.)
„ 358, 20	*Cyprianus ipse* (= cet.)	*ipse Cyprianus*
„ 364, 25	*et ecclesia* (= *Nm1*)	*ecclesia*

Ex eis, quae protuli, puto satis apparere codicem Laudianum apographon Escorialensis ipsius esse non posse. aut ergo ad alterum codicem Escorialensi fere contemporaneum referendus est aut ad tale apographon Escorialensis sexto saeculo confectum, in quod lectiones alterius cuiusdam codicis receptae erant. quod si cum H. Plenkers statuere mauis, ne sic quidem pretium codicis *J* minuitur, cum eum librum, cuius ope illud apographon siue emendatum siue mutatum esse putandum est, et ipsum antiquissimum fuisse necesse sit. librarium *J* uero nihil in manibus habuisse nisi uetus exemplar suum tota ratione, qua in scribendo usus est, demonstratur. ne illi quidem, qui menda et errores siue primae manus *J* siue archetypi eius corrigere lacunasque explere conatus est, alter codex praesto fuit. alioquin non, ubi manum emendatricem admouit, tam saepe toto caelo errasset.

Restat, ut de orthographia *JK* pauca adiciam. dissimilatio consonantium in eis fere ubique seruata est, magis etiam in *J* quam in *K: adf- adg- adl- adm- adn- adp- adq- adsadt,* sed *ammitto* (*J*), *ammoneo, conlatio conmendo conparo inb- inl- inm- inp- inr- obp.* scribitur *adque, aput* (*K*), *athibeo* (*K*), *Bahal* (*Bal* p. 349, 18), *beniuolus maliuolus, caelum, ceteri, contemtor contemta diremtus temtatio, Carthago* semel (p. 192, 13), alias *Karthago, consequuti loquuti q^{u}ur quur,*[1]) *caenosus, cotidie, cathecumenus* (*J* etiam *cathecuminus*),

[1]) H. Plenkers de *K* adnotauit: Die erste Hand schrieb meist *cur*, bisweilen *quur, consecutus locütus;* ein Korrektor, vielleicht *a* (hoc est manus fere contemporanea) hat dies regelmäßig in *qur consequtus loqutus* korrigiert.

calciamentum, dirrumpo, epistula, faenus, hereticus saepius quam *haereticus, inherere coherere* (*J*), *hebreus, harena, oboedio, optineo, oportune* et *opportunus, paenitentia, paenitus* (*K*), *praece, paene, quidquid* (*quicquid J*), *redducto, repperio, rettuli, Sarra, scribsi scribtus, sumsi, sollemnis, thensaurizo, tritticum, tyfus typhus, tinguo,* sed *tinguntur.*

Archetypus *JK*, qualis ex consensu eorum restitui potest, cum proxime ad Augustini tempora accedit tum bonitate scripturae ceteros codices longe superat. ubi uero *J* et *K* dissentiunt, primum *LN* consulendi sunt; nonnullis locis, ubi in his omnibus lectio corrupta est, altera classis *MV*μς auxilio uocanda est. hanc, etsi testes eius saeculum nonum non superant, tamen ad archetypum saeculi sexti referendam esse consensione cum Excerptis Eugippii probatur.[1]) quae cum quasi uice codicis fungantur, non satis habui uerba eorum e Knoellii editione adponere, sed etiam discrepantiam lectionis codicum *VM* et *APG,* ubi necessarium uisum est, adscripsi. locos Cypriani ab Augustino laudatos et sententias episcoporum ad fidem meorum codicum recensui et, ubi ab Hartelii editione dissentiunt, id adnotaui. ceterum in hoc opere, quod tanta copia codicum antiquorum excellit, coniecturis raro locus fuit. quam apte autem uel considerate singulas scripturas elegerim quantumue omnino in uerbis scriptoris restituendis profecerim, uiri huius materiae peritiores iudicabunt. hic pauca exempla rationis criticae dare sufficiet. p. 145, 22 *ostenditur ... separati* corruptum est neque iuuat quod *J* exhibet *separatim*, cum inter se opponantur *in unitate positi* et *separati*. itaque cum *MV* scribendum erat *ostenduntur*. p. 180, 23 *Vm1* recte praebet *aliquid aliter sapere,* quia Augustinus sic uel *aliter sapere* dicere solet, non autem *aliquid,* quod hoc loco nihili esset, uel *aliquid aliud* (*Mm2N*)

[1]) Eis locis, ubi nihil interest, in quo uel quibus codicibus uera scriptura per correcturam restituta sit, exemplar, unde *MV*μς profecti sunt, siglo β *pr.* notaui. Ita β *pr.* p. 174, 22 (*sentire*) significat: *Mm1V*μς; 181, 14 (*reuelauit*) *MVm1*μς; 189, 10 (*quo*) *Mm1V*μ*m1*ς; 193, 4 (*more*) *Mm1Vm1*μς; 196, 3 (*adiuuat*) *MVm1*μ*m2* (*adiubat* μ*m1*ς); 216, 16 (*illa*) *Mm1Vm1*μς*m1.*

uel *aliud aliter* (*Vm2*); in archetypo *aliter* omissum erat. p. 197, 26 cum *JLVm2* recipiendum esse *in* ⟨*ea*⟩ *ecclesia* locus similis ibi adlatus docet. p. 245, 10 *poterunt* (*Lm1*) propter sequens *possint* uerum est, non *poterant;* item p. 271, 3 *accepimus* propter ἐλάβομεν. p. 273, 16 cum *J* scripsi *baptizo uos in aqua paenitentiae* (*in paenitentia* cet.) *in remissionem peccatorum;* praecedit enim *baptizasse Iohannem in aqua paenitentiae in remissionem peccatorum* et Petil. II 32, 72 item legitur: *ego uos baptizo in aqua paenitentiae.* p. 303, 13 *sibi,* quod *JKL* omittunt, sensus requirit, item p. 307, 6 *qui.* p. 310, 3 *renatus* (*KNm1*), p. 311, 10 *sunt enim* (*L*), p. 312, 7 *nihilum* (*N*), p. 316, 10 *dei* propter Cypriani locos recepi; item p. 316, 21 cum *MVμ Bagai* (*uagai JKLN*), p. 317, 20 *credimus* (*credidimus JKN*) praetuli. p. 320, 20 *M* recte praebet *qui,* ceteri *quia.* p. 331, 19 solus *Jm1* in scriptura *ueniunt* (*ueniant* cet.) cum Cypriano concordat.

Quod p. 152, 17 emendaui *in sacrilego* (*sacrilegio* codd.), *sicut concilium eorum clamat,* [*in*] *schismate baptizarunt,* et uerbis decreti concilii Bagaiensis et simili loco p. 83, 11 satis defenditur. minus fortasse placebit, quod p. 179, 20 sententiae inseruiens *quia* uel *qui* in *quin* mutaui. p. 205, 4 ad anacoluthon tollendum pro *eum qui* scripsi *cum qui* (*qui* = *quis*), quamquam haud dissimilia stili errata in his operibus occurrunt. coniectura uero *auaritiam* p. 227, 13 locis ibi laudatis ita comprobatur, ut eam ueram esse pro certo adfirmare audeam. item p. 261, 2 *quo*[*d*] *deprauati,* p. 280, 16 ⟨*diuinam*⟩ sensu requiritur.

Scripsi in uico Kroisbach prope

Graz, mense Nouembri a. 1907.

M. Petschenig.

CONSPECTUS SIGLORUM ET NOTARUM.

add. = addit, addunt
alt. = alter etc.
Amerb. = Amerbach
Aug. = Augustinus
Breuic. = Breuiculus collationis cum Donatistis
Caes. = Sermo ad Caesariensis ecclesiae plebem
c., *cap.* = caput, *capp.* = capita
cens. = censuit, censuerunt
cet. = ceteri, cetera
cf. = conferatur
cod., *codd.* = codex, codices
coll. = collato etc.
comp., *compend.* = compendium
coni. = coniecit, coniecerunt
corr. = correxit, correxerunt etc.
Cresc. = Contra Cresconium
Cypr. = Cyprianus (ed. Hartel)
De bapt. = De baptismo
De un. bapt. = De unico baptismo
del. = deleuit, deletum etc.
e. gr. = exempli gratia
ed., *edd.* = editio, editiones
em. = emendauit etc.
Em., *Emer.* = Gesta cum Emerito
Ep. c. Don. = Epistula ad catholicos (*uulgo:* Ad catholicos epistola contra Donatistas)
eras. = erasum, erasa etc.
Erasm. = Erasmus
euan. = euanuit, euanuerunt
exp. = expunctum etc.
extr. = in extrema parte
fort. = fortasse
Fulg. = Libellus aduersus Fulgentium
Gaud. = Contra Gaudentium
gr. = Graece
i. e. = id est
init. = initium, initio
l. c. = loco citato
litt. = littera etc.
Lou., *Louan.* = Louanienses
med. = medio etc.
mg. = margo, in margine etc.
om. = omisit, omiserunt
Optat. = Optatus
Parm. = Contra Parmenianum
Petil. = Contra litteras Petiliani
Ps. = Psalmus
post. = posterior etc.
postr. = postremus etc.
Post gesta = Contra partem Donati post gesta (*uulgo:* Ad Donatistas post collationem)
pr. = prior, prius etc.
ras. = rasura etc.
s. = supra
s. s., *s. scr.*, *s. script.* = supra scriptum
scil. = scilicet
scr. = scripsit, scripserunt
scrib. = scribendum
script. = scriptum, scripta
sec. = secundum
sim. = similiter, similia
sub fin. = sub finem

suppl. = suppleuit etc.
susp. = suspicatur etc.
tert. = tertius etc.
tr. = transposuit etc.
v = editio Maurina
uet. = uetus etc.
uid. = uidetur
Uulg. = Uulgata
* = littera erasa
| = finis uersus
|' = finis paginae

I.

PSALMUS

CONTRA PARTEM DONATI

Λ	=	cod. capituli Coloniensis 77 saec. XII
Σ	=	cod. Stuttgartiensis theol. fol. 207 saec. XII
Φ	=	cod. Fuldensis A a 23 saec. XII
λ	=	cod. Liliocampensis 72 saec. XII—XIII
φ	=	cod. Ultraiectinus 9 saec. XV
χ	=	cod. Ultraiectinus 16 saec. XV
codd.	=	codices omnes in hac editione adhibiti
mss.	=	codices Maurinorum
v	=	editio Maurina
edd.	=	editiones ante Maurinam

I.

PSALMUS CONTRA PARTEM DONATI.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Abundantia peccatorum solet fratres conturbare.
propter hoc dominus noster uoluit nos praemonere
comparans regnum caelorum reticulo misso in mare
congreganti multos pisces omne genus hinc et inde.
quos cum traxissent ad litus, tunc coeperunt separare,
bonos in uasa miserunt, reliquos malos in mare.
quisquis nouit euangelium, recognoscat cum timore.
uidet reticulum ecclesiam, uidet hoc saeculum mare;
genus autem mixtum piscis iustus est cum peccatore;
saeculi finis est litus: tunc est tempus separare;
qui modo retia ruperunt, multum dilexerunt mare;
uasa sunt sedes sanctorum, quo non possunt peruenire.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Bonus auditor fortasse quaerit, qui ruperint rete.
homines multum superbi, qui iustos se dicunt esse.
sic fecerunt ⟨et⟩ scissuram et altare contra altare.
diabolo se tradiderunt, cum pugnant de traditione
et crimen quod commiserunt in alios uolunt transferre.
ipsi tradiderunt libros et nos audent accusare,

4 cf. Matth. 13, 47—48 9 cf. Matth. 13, 49—50

PSALMUS—DONATI *August. Retract. I 18 (20); de codicum praescriptionibus cf. Praefatio* 5 congreganti *Matth. 13, 47 et Post gesta 10, 13 init.* congregauit *codd.* 6 ceparare φ 11 finis scli ΣΦ 12 qui modo] quando *v* mare dilexerunt ΣΦλ 13 possunt] *add.* mali *mss.* 14 gaudetis—iudicate *om.* φχ, *qui deinceps tantum* omnes qui gaudetis *aut* omnes—pace *exhibent* de—iudicate *om.* Λ modo—iudicate *om.* λ 15 ruperit ΣΦ ruperunt φ*v* 16 multum *om.* ΣΦ 17 et *addidi*

ut peius committant scelus quam commiserunt et ante.
qui possent causam librorum excusare de timore,
quia Petrus Christum negauit, dum terreretur de morte,
modo quo pacto excusabunt factum altare contra altare
et pace Christi conscissa spem reponunt in homine?
quod persecutio non fecit, ipsi fecerunt in pace.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Custos noster, deus magne, tu nos potes liberare
a pseudoprophetis istis, qui nos quaerunt deuorare.
maledictum cor lupinum contegunt ouina pelle.
nomen iusti ouina pellis, schisma est in lupino corde.
qui non nouerunt scripturas, hos solent circumuenire;
audiunt enim 'traditores' et nesciunt quid gestum est ante.
quibus si dicam: 'probate', non habent quid respondere.
suis se dicunt credidisse: dico ego mentitos esse;
quia et nos credidimus nostris, qui eos dicunt tradidisse.
uis nosse qui dicant falsum? qui non sunt in unitate.
olim iam causa finita est, quod uos non statis in pace.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Dixerunt maiores nostri et libros fecerunt inde,
qui tunc causam cognouerunt, quo recens possent probare:

23 cf. Matth. 26, 70. 72. 74 etc. 29 cf. Matth. 7, 15

22 qui] quod *v* 23 quia] qui Δχ quod *v* terretur ΑΣΦλχ 25 conscissa (*pr.* s *s. l.*) Σ concisa Λφχ concissa λ reponunt *scripsi* ponunt *codd. v* 26 persecutor *edd.* 27 qui—iudicate *om.* Λ modo—iudicate *om.* Φ 28 potes nos ΣΦ 29 pseudosprophetis Λ querunt nos ΣΦ 30 lipinum *ex* lapinum λ 31 *uersum om. v, cf. Petil. I 24, 26 extr.* scisma *codd.* 32 non *om. v* norunt ΣΦ 33 enim] hoc λ quod ΣΦλ*v* 34 quod φχ, *cf. u. 211 et index* 'habeo' 35 ego] ergo Σ enim λ *post 35 unus uersus intercidit, ueluti:* nam non ideo se recte putant eis credidisse, 36 credimus ΣΦλφ*v* 37 quid dicant Σ dicunt λ *m1* 39 de—iudicate *om.* ΛΦλ 40 inde fecerunt ΣΦ inde] iudei φ 41 cognouere λ quo *scripsi* quod *codd. v* posset Λ

erant quidam traditores librorum de sancta lege
episcopi de Numidia et non quilibet de plebe.
cum Carthaginem uenissent episcopum ordinare,
inuenerunt Caecilianum iam ordinatum in sua sede.
irati sunt, quia ipsi non potuerunt ordinare.
erant Botrus et Caelestius hostes Caeciliano ualde,
impii fures superbi, de quibus longum est referre.
iunxerunt se simul omnes crimen in illum conflare,
dicunt ordinatorem eius sanctos libros tradidisse.
sic pacis retia ruperunt et errant modo per mare.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Ecce quam bonum et iocundum fratres in unum habitare!
audite uocem prophetae, ut sitis in unitate.
crimen nobis quis probauit antiquum de traditione?
quis obiecit in iudicio? qui sederunt iudicare?
quibus testibus conuicit, quis ausus est affirmare?
sed hoc libenter finxerunt, quod se nouerant fecisse.
quia fama iam loquebatur de librorum traditione,
sed qui fecerant latebant in illa perturbatione,
inde alios infamarunt, ut se ipsos possent celare.
per illos ceteri errarunt principes ex ipsa parte,
quia non credere collegis putauerunt sibi turpe.
iam, fratres, finiatur error et simus in unitate.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

42 sqq.] cf. Optat. I 18 sqq. 53 Ps. 132, 1

43 et] nec ΣΦλ, *om.* φχ 44 cartaginem ΣΦ 46 ordinare non potuerunt ΣΦ 47 eram Σ Potrus λ ceciliani ΣΦ 49 omnes simul λ 51 rumperunt λ *m1* 52 omnes qui gaudetis *ceteris omissis* ΛΦλ 53 et] et quam ΣΦλφ*v* 55 quis *om.* φ 58 nouerunt *v* 60 perturbatione] perditione *v* 61 infamauerunt *v* se] per se λ *m1* 62 errauerunt *v* 64 finiatur *coni. v* finitur *codd. v* sumus ΣΦ 65 *om.* λ de—iudicate *om.* ΛΦ

Fecerunt quod uoluerunt tunc in illa caecitate.
non iudices consederunt, non sacerdotes de more,
quo solent in magnis causis congregati iudicare,
non accusator et reus steterunt in quaestione,
non testis, non documentum, quo possent crimen probare,
sed furor dolus tumultus, qui regnant in falsitate.
proferantur nobis gesta, quae in concilio solent esse,
uideamus quae res coegit fieri altare contra altare.
si malus erat sacerdos, deponendus erat ante,
si non poterat deponi, tolerandus intra rete,
sicut modo toleratis tam multos malos aperte,
et qui fertis pro furore, ferretis unum pro pace.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Gaudium magnum esset nobis, si tunc nolletis errare;
sed si tunc non uisum est uerum, uel nunc experti uidete.
multos nunc habetis prauos, qui uobis displicent ualde,
nec tamen hos separatis a uestra communione.
non dico de illis peccatis, quae potestis et negare:
fustes ignes mortes dico, quae committunt uestri in luce,
et tamen suffertis illos uel errore uel timore.
quantum erat, ferrent unum patres uestri pro unitate,
si tantus erat tumultus, ut non possent degradare.
adde quod innocens erat et nil poterant probare.
sed ne crimen quaereretur, ubi se uidebant esse,
finxerunt se nimis iustos, cum totum uellent turbare.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

67 sederunt *v* 68 quo Σ quod *cet. v* 70 testes *v* 72 consilio φ 73 res se coegit λ *m1* cogit φ 74 *alt.* erat *om.* λ 75 deponi non poterat ΣΦ tolerandus erat ΣΦ 77 et] e λ furore] fure λ feretis Λ 78 de—iudicate *om.* Φλ modo—iudicate *om.* Λ 79 uobis φχ 80 nunc uel ΣΦ 81 habetas Φ 82 nec] neo Λ *m1* 84 mores Λ 85 illo Λ 87 degradari λ 88 addo *v* nih(ch)il *codd.* 89 queretur λ 90 turbare *Du Méril* perturbare *codd. v* 91 gaudetis—iudicate *om.* λ de—iudicate *om.* ΛΦ

Honores uanos qui quaerit, non uult cum Christo regnare,
sicut princeps huius mali, de cuius uocantur parte.
nam Donatus tunc uolebat Africam totam obtinere;
tunc iudices transmarinos petiit ab imperatore.
sed haec tam iusta petitio non erat de caritate.
hoc ipsa ueritas clamat, quam uolo modo referre.
nam consensit imperator, misit qui sederent Romae
sacerdotes, qui tunc possent Caecilianum cum illo audire.
dicta causa est, nil probatum est: ausus est et appellare
et post collegarum sedem audiri ab imperatore.
hinc petitio illa probatur non esse de caritate.
deinde ubique uictus coepit christianos rebaptizare.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Iustitiam sequi si uultis, totam causam cogitate.
quod postea fecit Donatus, factum quare non est ante?
dissentiebant sacerdotes in tota Africana parte:
sacerdotes transmarini possent inde iudicare.
quid cucurristis ad schisma et altare contra altare,
ut, quod postea iudicatum est, iam non possetis audire
et a iudicibus uestris cogeremini appellare,
dum uultis erroris regnum quoquo modo confirmare?
et nunc et uos totum noscitis, sed fingitis uos nescire,
et cum uos ueritas urget, patres dicitis errasse,
quasi uos aliquis uetet iam recedere ab errore.
sed superbia uos ligauit in cathedra pestilentiae.

116 cf. Ps. 1, 1

93 principes λ 94 tunc] cum *v* optinere Φλφ 95 transmannos λ *m1* 96 tamen Φ iniusta *v* 97 modo uolo Φλ 100 nihil *codd.* 101 audire *v* 102 hic Λχ*v* hec φ *ante* probatur *del.* non φ 103 ubique *om.* ΣΦλ 104 de—iudicate *om.* ΛΦλ 105 si] qui ΣΦ 106 Donatus *om. v* quare factum *v* 109 cucurristis *scripsi* curritis *codd. v* scisma ΛΦλφχ 111 congeremini Λ 113 *fort.* at nunc uos nescitis Φ *m1 v* nostis φ sed] et *v* 114 dicitis patres ΣΦ 115 uetet iam] ut etiam Λφχ etiam cogeret ΣΦ ut etiam cogeret λ

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Karitatem Christi qui habet, pacem non potest odisse.
uel uos iam, populi, audite et nobiscum concordate,
qui non tenetis cathedram, pro qua pugnetis iniuste.
si modo episcopi uestri ex una aliqua regione
haberent inter se litem, quos uelletis iudicare
nisi alterarum regionum qui non essent de ipsa lite?
sed cum discussissent causam, pronuntiarent pro una parte,
numquam communicaretis qui illis nollent consentire.
quare ergo communicastis istis, qui hoc fecerunt ante?
nam et ipsi non consenserunt transmarinorum sententiae,
qui pro nobis iudicarunt; nam nobis iunguntur hodie.
si iudex Christus hoc dicat, quid habetis respondere?

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Lumen cordis si est in uobis, uerum potestis uidere.
sunt preces Donati et acta, quibus quod dictum est probate.
quae si credere non uultis, uos huc aliqua proferte.
quibus si et nos non credimus, erit rixa sine fine.
amplectamur ergo pacem. quid ad nos quod gestum est ante?
obicitis traditionem: respondemus uos fecisse.
clamatis uos de Macario: et nos de circumcellione.
illud nostrum iam transactum: uestri non cessant usque hodie.
habet paleas area nostra: uos hoc solum uultis esse;
uos enim non uultis pacem. illi minantur de fuste:

117 *om.* λ de—iudicate *om.* ΛΦ 118 caritatem ΣΦ 120 qui *om.* λ *m1* teneti λ *m1* cathedram *in mg.* φ pugnatis φ 123 quae φ 124 discussam ΣΦ causam *om.* Φ *fort. scrib.* causam ⟨et⟩ nuntiarent ΣΦ 126 communicatis ΣΦλ consensistis *v* illis ΣΦ 127 et ipsi non *om.* ΣΦ conserunt λ *m1* 130 de—iudicate *om.* ΛΦλ 131 uerum *om.* λ *m1* poteritis *ex* potis λ *m2* 135 pacem] *add.* xpi *codd.* 137 machario ΛΣΦλ 138 iam *om.* λ *m1* 139 habeat Σ*v* uestra Φ*v*

et utinam minarentur et non tunderent cotidie.
hos si expellunt isti uestri, non habent per quos regnare.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Modum si excessit Macarius conscriptum in christiana lege,
uel legem regis referebat, ut pugnaret pro unitate.
non dico istum nil peccasse, sed uestros peiores esse.
quis enim praecepit illis per Africam sic saeuire?
non Christus, non imperator haec probatur permisisse,
fustes et ignes priuatos et insaniam sine lege.
quia scriptum est: reconde gladium, scelus non putant in fuste,
non ut homo moriatur, sed ut conquassetur ualde
et postea moriatur inde, iam cruciatus languore.
sed tamen si miserentur, occidunt et uno fuste.
fustes Israheles uocant, quod dixerunt cum honore,
ut plus uastent ipsum nomen quam corpus quod caedunt inde.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Nolite nobis iam, fratres, tempus Macarii imputare.
si crudeles erant illi, et nobis displicent ualde;
si autem falsa de illis dicunt, deus potest iudicare.
nos amemus pacem Christi, gaudeamus in unitate.
si qui sunt mali in ecclesia, nil nobis possunt nocere.
si non possunt nobiscum esse, excludantur salua pace.

150 Matth. 26, 52

141 tonderent Φ tundunt λ cotidie tunderent (*sed tr. m1*) φ cottidie λ 142 isti, uestri *v* 143 de—iudicate *om.* ΛΦ 144 excesserit φ macharius ΛΣΦλ 146 nil χ nih(ch)il *cet. v* uestro Σ esse *om.* φ, *in mg. m1 add.* χ 147 praecipit φ 148 probatur hoc *v* permisisse Φ permisse λ *m1* 151 sed ut—(*152*) inde *in mg. m1* φ 154 israhelis φχ 156 *om.* λχ qui—iudicate *om.* Λ de—iudicate *om.* Φ 157 macharii ΛΣΦλ 158 illi erant Λ 159 autem] enim Σ 160 amemus *ex* amamus φ *m1* pacem] potestatem *mss.* 161 sunt *om.* Λ mali sunt *v* nihil *codd.*

si non poterunt excludi, excludantur uel de corde.
dixit Ezechiel sanctus quosdam consignatos esse,
qui gemunt peccata fratrum et non se separant inde.
sic nos propter malos fratres non separemur a matre,
quod tunc impii fecerunt extra leuantes altare,
ut peiores nunc haberent quam quos se fingunt fugisse.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Omnis qui scripturas legit nouit quod uolo aperire.
Iohannes Baptista dixit tunc ad Iudaeos aperte,
quod illos tamquam aream suam posset Christus uentilare.
misit in messem operarios discipulos praedicare,
per quos area collecta est et uentilata de cruce.
tunc iusti tamquam frumentum ecclesias implerunt caste
uendentes quae possidebant et mundo dicentes uale.
illi tamquam semen erant, quod toto dispersum est orbe,
ut alia surgeret messis, quae uentilanda est in fine.
haec crescit inter zizania, quia sunt haereses ubique;
huius palea sunt iniusti, qui non sunt in unitate.
ex quibus si erat Macarius, nos quid uis rebaptizare?

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Pone in corde areas duas, ut possis quod dico uidere.
certe et priores habebant sanctos, sicut ostendunt scripturae.

164 cf. Ezech. 9, 4 172 cf. Matth. 3, 12 173 cf. Matth. 9, 38 177 cf. Matth. 13, 24—30. 37—43

168 quos] quod Aλ *m1* φχ fuisse Aλ *m1* φχ 169 *om.* λ de—iudicate *om.* AΦ 172 arcam λ Christus posset *v* 173 missit λ *m1* 175 ecclesias *ex* ecclesiam A implerunt *Du Méril* impleuerunt *codd. v* 176 possederunt ΣΦ 177 dispersum toto (*tr. m1*) φ 181 si] sic φχ macharius AΣΦλ 182 *om.* λ de—iudicate *om.* AΦ 183 uidere] in corde uidere *codd. et mss.* 184 sicut *in mg.* χ *m1*

nam et septem milia uirorum deus se dixit reliquisse,
et sacerdotes et reges multi iusti sunt in lege.
ibi habes tantos prophetas, habes multos et de plebe.
dic mihi quis tunc iustorum separauit sibi altare.
multa scelera admittebat iniquus populus ille,
idolis sacrificatum est, tot occisi sunt prophetae
et nemo tamen iustorum recessit ab unitate.
iusti iniustos sufferebant uenturo uentilatore,
uno templo miscebantur, sed mixti non erant corde,
dicebant in illos tanta et unum habebant altare.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Quid uobis ad haec uidetur? secunda messis ecclesiae,
quae per totum orbem crescit, plura debet sustinere:
habet [et]iam domini exemplum et in Iuda traditore.
hunc inter bonos ferebat, hunc misit et praedicare.
malus seruus praedicabat, sed Christus erat in fide,
quia qui iudici credebant non curabant de praecone.
quando dedit sanctam cenam, nec tunc illum exclusit inde,
et posset per illum tradi, etiam si inde exisset ante.
sed nobis exemplum datum est malos fratres tolerare,
ut, cum non possunt excludi, solo separemur corde.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Rogo, respondete nobis, quid uultis rebaptizare.
lapsos sacerdotes uestros pellitis a communione

185 cf. III Reg. 19, 18. Rom. 11, 4 198 cf. Matth. 10, 4 202 cf. Matth. 26, 25

186 multo Λφχ 188 separauerit φχ separabit *v* 193 in corde ΣΦλ 195 *om.* λ qui—iudicate *om.* Λ gaudetis—iudicate *om.* Φ 196—205] *duo uersus interciderunt* 196 uobis *om.* ΣΦ 198 iam *scripsi* etiam *codd.* enim *v* domini *om.* Σ 199 fererebat λ *m1* 201 credebat *et* curabat ΣΦλ 202 et quando ΣΦ sacram ΣΦ cęnam ΛΣ 203 et] ut Φ inde *om. v* 205 cum *Du Méril* quando *codd. v* separentur *edd.* 206 *om.* λ qui—iudicate *om.* Λ gaudetis—iudicate *om.* Φ

et nemo tamen post illos ausus est rebaptizare
et quoscumque baptizarunt uobis communicant hodie.
quid ab eis acceperunt, si non habebant quid dare?
legite quomodo adulteri puniantur in sancta lege;
non enim dicere possunt, quia peccarunt a timore.
si sancti soli baptizant, post istos rebaptizate.
quid calumniamini nobis, quia sumus in unitate,
qui nondum eramus nati in illa persecutione?
scriptum est peccata patrum ad filios non pertinere,
sed nemo dat fructum bonum, si praecisus est de uite.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Scitis catholica quid sit et quid sit praecisum a uite.
si qui sunt inter uos cauti, ueniant, uiuant in radice;
antequam nimis arescant, iam liberentur ab igne.
ideo non rebaptizamus, quod unum signum est in fide,
non quia uos sanctos uidemus, sed solam formam tenere,
quia ipsam formam habet sarmentum, quod praecisum est de uite.
sed quid illi prodest forma, si non uiuit de radice?
uenite, fratres, si uultis, ut inseramini in uite.
dolor est cum uos uidemus praecisos ita iacere.
numerate sacerdotes uel ab ipsa Petri sede
et in ordine illo patrum quis cui successit uidete:
ipsa est petra quam non uincunt superbae inferorum portae.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

217 cf. Deut. 24, 16 218 cf. Ioh. 15, 4 231 cf. Matth. 16, 18

210 et *om.* φ, *del.* χ 211 iis *v* habent Φ quod Σ darent ΣΦλ 213 quia] quod *v* peccauerunt ΣΦφ 214 baptzant λ . istos] illos φ rebaptizare λ 215 quia] qui λ *m1* 217 non *om.* ΣΦ 218 de] ab ΣΦ 219 *om.* λ gaudetis—iudicate *om.* Λ de—iudicate *om.* Φ 225 ipsam *idem quod* eandem sacramentum λ *m1* φ de uite praecisum est ΣΦλ 230 cui quis ΣΦλ uidere λ 232 *om.* λ gaudetis—iudicate *om.* Φ de—iudicate *om.* Λ

Talis si quis ad te ueniat plenus catholica fide,
quales illos sanctos uiros omnes solemus audire,
et si tibi dicat: 'frater, quid me uis rebaptizare?
quid sit ante factum nescio, nunc autem sum in Christi fide.
si me maculat quod nescio, tu qualis sis nunc ostende:
uultus tuos ecce attendo, ignoro quid sit in corde.
si me maculat quod nescio, tu me maculas fortasse,
et si te credo esse sanctum, quibus communicas uide.
si maculat quod nescimus, iam non potes sanctus esse,
quem maculant tot peccata, quae committunt uestri occulte.
si autem quod nescis non curas, nec ego quod factum est ante'. —
et tamen christianum talem audes ⟨tu⟩ rebaptizare.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Uae qui pro cathedris uestris sic contenditis iniuste.
clamatis uos solos sanctos, aliud dicitis in corde,
quia uidetis et uos multos malos abundare ubique.
numquid dicere potestis: 'mixti sumus intra rete'?
respondetur enim uobis iam uos illud disrupisse.
neque dicere potestis paleas uos sustinere;
iterum enim respondemus: hoc fecissetis et ante.
non enim peiores erant illo Iuda traditore,
cum quo apostoli acceperunt primum sacramentum cenae,
cum tanti sceleris reum inter se iam scirent esse;
nec tamen hos inquinabant sordes in alieno corde.
et tamen christianos fratres audetis rebaptizare.

254 cf. Matth. 26, 25. Ioh. 13, 26

234 sanctos uiros illos ΣΦ sanctos illos uiros λφχ 235 si tibi dicat] *de hoc anacolutho cf. Parm. I 7, 12 init. et Post gesta 4, 4 init.* frater dicat ΣΦλ 236 in fide Christi Φ 237 tu ostende qualis sis ΣΦ nunc *om.* ΣΦλ 240 te *om.* φχν 242 *in mg. exhibet* χ *m1* 244 tu *addidi* 245 *om.* λ gaudetis—iudicate *om.* Φ de—iudicate *om.* Λ 246 uestris *in mg.* χ *m1* 248 multos uidetis et uos malos ΣΦ 250 dirupisse ΣΦλ 253 illo *om.* ΣΦ proditore φ 254 cęnę ΛΦ 256 nec] haec λ

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate.

Audite, fratres, quod dico, et mihi irasci nolite.
quia non sunt falsa quae auditis, potestis et considerare.
quid si ipsa mater ecclesia uos alloquatur cum pace
et dicat: 'o filii mei, quid querimini de matre?
quare me deseruistis, iam uolo a uobis audire.
accusatis fratres uestros et ego laceror ualde.
quando me premebant gentes, multa tuli cum dolore.
multi me deseruerunt, sed fecerunt in timore;
uos uero nullus coegit sic contra me rebellare.
dicitis mecum uos esse, sed falsum uidetis esse:
ego catholica dicor et uos de Donati parte.
iussit me apostolus pro regibus mundi orare;
uos inuidetis, quod reges iam sunt in christiana fide.
si filii estis, quid inuidetis, quia auditae sunt preces meae?
quando enim dona miserunt, noluistis acceptare
et obliti estis prophetas, qui illud praedixerunt ante,
quod gentium reges magni missuri essent dona ecclesiae.
quae dona cum respuistis, ostendistis uos non esse
et Macarium coegistis suum dolorem uindicare.
sed ego quid uobis feci, uestra mater in toto orbe?
expello malos quos possum, quos non possum cogor ferre;
fero illos, donec sanentur aut separentur in fine.
uos me quare dimisistis et crucior de uestra morte?
si multum malos odistis, quales habetis uidete.
si et uos toleratis malos, quare non in unitate,
ubi nemo rebaptizat nec altare est contra altare?

270 cf. I Tim. 2, 1—2 275 cf. Ps. 71, 10 276 sq.] cf. Optat. III 3 sqq.

258 *om.* λ gaudetis—iudicate *om.* Φ de—iudicate *om.* Λ 261 mater] nunc *v* 264 laceor Φ*m1*λ*m1* 272 sunt *om.* ΣΦ 273 dona *om.* Φ remiserunt ΣΦλφχ 275 magna λ 276 ostenditis λ*m1* 277 macharium ΛΣΦλ uindicare dolorem ΣΦ 278 feci uobis ΣΦ uestra *om.* ΣΦ 279 et cogor ΣΦ 281 demisistis Λ 283 malos toleratis ΣΦ 284 est *om.* Λλφχ*v*

malos tantos toleratis, sed nulla bona mercede,
quia, quod debetis pro Christo, pro Donato uultis ferre'.
cantauimus uobis, fratres, pacem, si uultis audire.
uenturus est iudex noster: nos damus, exigit ille.

285 tantum Λ 287 cantamus *v* 288 ille] *add.* EXPLICIT aBeCEdaRIUM aVGUSTINI Λ Amen (*om.* χ). Explicit sermo augustini in cantilena psalmiste contra donatistas abcdarium φχ *nihil subscriptum in* ΣΦλ

AVGVSTINI RETRACTATIONVM LIB. I CAP. XVIII (XX)

(PAG. 96, 9 ED. KNOELL).

PSALMUS CONTRA PARTEM DONATI, LIBER I.

1. Uolens etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi uulgi et omnino inperitorum atque idiotarum notitiam peruenire et eorum, quantum fieri per nos posset, inhaerere memoriae, psalmum, qui eis cantaretur, per latinas litteras feci, sed usque ad U litteram, quales abecedarias appellant. tres uero ultimas omisi, sed pro eis nouissimum quasi epilogum adiunxi, tamquam eos mater adloqueretur ecclesia. ypopsalma etiam, quod respondetur, et prooemium causae, quod uoluimus ut cantaretur, non sunt in ordine litterarum; earum quippe ordo incipit post prooemium. ideo autem non aliquo carminis genere id fieri uolui, ne me necessitas metrica ad aliqua uerba, quae uulgo minus sunt usitata, conpelleret.

2. Iste psalmus sic incipit: *Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate,* quod eius ypopsalma est.

II.

CONTRA EPISTULAM PARMENIANI LIBRI III.

D = cod. Casinensis 163 saec. XI
M = cod. Mantuanus bybl. urbicae A. II. 2 saec. XII
P = cod. Pistoriensis bybl. collegii canonicorum 89 saec. XI
E = cod. Schafhusiensis 30 saec. XII
F = cod. Uaticanus 505 saec. XI—XII
G = cod. Parisiensis bybl. nationalis 13370 saec. XII
H = cod. Parisiensis bybl. Mazarini 272 saec. XII
I = cod. Parisiensis bybl. nationalis 2092 saec. XII
v = editio Maurina
α = *EFGHIv*
β = *EGHIv*
γ = *EIv*

II.

CONTRA EPISTULAM PARMENIANI LIBER PRIMUS.

I. 1. Multa quidem alias aduersus Donatistas pro uiribus quas dominus praebet partim scribendo partim etiam tractando disserui. nunc autem, quoniam incidit in manus nostras Parmeniani quondam episcopi eorum quaedam epistula quam scribit ad Tychonium, hominem quidem et acri ingenio praeditum et uberi eloquio, sed tamen Donatistam, cum eum arbitraretur in hoc errare quod ille uerum coactus est confiteri, placuit petentibus, immo iubentibus fratribus, ut hic eidem Parmeniani epistulae responderem propter quaedam maxime quae de scripturis testimonia non sicut accipienda sunt accipit. Tychonius enim omnibus sanctarum paginarum uocibus circumtunsus euigilauit et uidit ecclesiam dei toto terrarum orbe diffusam, sicut de illa tanto ante per corda et ora sanctorum praeuisum atque praedictum est. quo perspecto suscepit aduersus ipsos suos hoc demonstrare et adserere, nullius hominis quamuis sceleratum et immane peccatum praescribere promissis dei nec id agere quorumlibet intra ecclesiam constitutorum et quamlibet impietatem, ut fides dei de ecclesia futura diffundenda usque ad terminos orbis terrae, quae in promissis patrum retenta et nunc exhibita est, euacuetur. hoc ergo Tychonius cum uehementer copioseque dissereret et ora contradicentium multis et magnis et manifestis sanctarum scripturarum testimoniis oppilaret, non uidit quod consequenter uidendum fuit, illos

De codicum praescriptionibus cf. Praefatio 4 alias *Dm1MP* alia *Dm2* et alia *cet.* 5 deus *v* 7 quae scribitur α scripsit *M* 8 tich(thich- *uel* thic-)onium *Mα, sim. deinceps* 11 huic α 15 orbe terrarum *M* terrarum *om.* β 17 perspecto *M* perfecto *DP* percepto α, *cf. II 13, 30* 18 hoc *om.* α 19 scelerati *M* nec] et *DP* 20 et *om.* α, *cf. De bapt. VI 25, 47* hominum quorumlibet et qualibet peruersitate 21 futura] et *add. Mα* 25 et *alt.*] ac α 26 sequenter *PFH*

uidelicet in Africa christianos pertinere ad ecclesiam toto orbe diffusam, qui utique non istis ab eiusdem orbis communione atque unitate seiunctis, sed ipsi orbi terrarum per communionem conecterentur. Parmenianus autem ceterique Donatistae uiderunt hoc esse consequens et maluerunt suscipere obstinatissimum animum aduersus apertissimam ueritatem, quam Tychonius asserebat, quam ea concessa superari ab Africanis ecclesiis, quae illius unitatis quam Tychonius asseruit communione gauderent, unde se isti separassent. et Parmenianus quidem primo eum per epistulam uelut corrigendum putauit; postea uero etiam concilio eorum perhibent esse damnatum. epistulae itaque Parmeniani quam scripsit ad Tychonium reprehendens eum, quod ecclesiam praedicaret toto orbe diffusam, et ammonens ne facere auderet, hoc opere statuimus respondere.

II. 2. Illud itaque primum uideamus quale sit, quod Gallos et Hispanos et Italos et eorum socios, quos utique totum orbem uult intellegi, traditoribus Africanis commercio scelerum et societate criminum dicit esse consimiles. homini enim de scripturis sanctis proferenti tam multa et tam ingentia documenta ipse sine documentis loquitur et uult nihil probans credi sibi, inuitans eum uidelicet ad imitationem suam, quia et ipse quibusdam coepiscopis suis contra tot ecclesias per tantam latitudinem terrarum omnium constitutas non nisi loquentibus credidit. qua credulitate quid magis temerarium repperiri potest? dicit enim legatione functos quosdam, sicut ipse asserit, fidelissimos testes ad easdem uenisse prouincias; deinde geminato aduentu sanctissimorum, sicut ipse dicit, domini sacerdotum dilucide plenius ac uerius publicata esse quae obiciunt. o hominem putantem sibi magis credi debere quam deo! profert Tychonius diuini testamenti tonitrua, quod factum est in pro-

15 cf. epist. Parm. 25 cf. epist. Parm. et pag. 21, 23—22, 1

1 in Africa *om. M* 8 asseruit] asserebat *MG*γ 9 isti se *FHI* 11 etiam] ex α, *om. M* perhibet α esse *om.* α 19 tam *alt. om. F* 21 sui α quia et *euan. in F* 28 o *om. M*α 29 homo putans α

missione Abrahae et promissione Isaac et promissione Iacob, quorum se deum testatur dicens: ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob; hoc mihi nomen est in aeternum, et iste opponit narrationes consacerdotum suorum. quid dictum est ad Abraham? in semine tuo benedicentur omnes gentes. quid dictum est ad Isaac? et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, propter quod audiuit Abraham pater tuus uocem meam. quid dictum est ad Iacob? ego sum deus Abrahae patris tui et deus Isaac, ne timeas. terra enim supra quam tu dormis tibi dabo eam et semini tuo. et erit semen tuum sicut harena terrae et replebitur in mare et in africum et in aquilonem et in orientem. et benedicentur in te omnes tribus terrae et in semine tuo. ne autem hoc de Iudaeis dictum putent, quid sit semen Abrahae in quo dictum est benedicendas omnes gentes, exponat apostolus: Abrahae, inquit, dictae sunt promissiones et semini eius. non dicit 'et seminibus' tamquam in multis, sed tamquam in uno 'et semini tuo', quod est Christus. in Christo ergo gentes omnes benedictionem habituras tanta auctoritate promissum est, tanta exhibitum ueritate, et contradicunt qui se christianos dici uolunt. et contra haec quid opponunt? *legatione*, ait, *functi quidam fidelissimi testes ad easdem prouincias uenerunt; deinde geminato aduentu sanctissimorum domini sacerdotum dilucide plenius ac uerius*

2 Ex. 3, 6. 15 4 cf. epist. Parm. 5 Gen. 22, 18 6 Gen. 26, 4—5 9 Gen. 28, 13—14 17 Gal. 3, 16 23 epist. Parm., cf. pag. 20, 25

1 et *pr.*] *add.* in *GHv* *tert.* promissione *om.* β 3 *pr.* et *om.* β nomen est mihi *F*γ 5 quod *M* 6 gentes terrae *M* 7 pro eo quod γ 10 terra (ἡ γῆ) *DP* terram *Mα* 11 tu *om. M* eam (αὐτήν) *DPG* iam *F om. cet. v* 15 hoc *om. MPm1α* quod *M* qui sint *F* 16 benedicentur *DMP* exponit *P* 18 et] ex *M* 20 omnes gentes *MG*γ 21 ueritate exhibitum *M* 23 hoc β functi *om. DP, cf. p. 20, 25* 24 dein β 25 uerius] penitus *DP* uerius penitus *M, cf. p. 20, 28*

esse publicatum. quid, quaeso te, quid per istos fideles testes, quos uultis esse deo fideliores, quid publicatum est? an quia per Afros traditores semen Abrahae, quod est Christus, non est permissum peruenire usque ad omnes gentes et ibi exaruit quo peruenerat? dicite iam collegis uestris magis credendum esse quam testamento dei, et haec dicentes ipsum testamentum uos a flamma conseruasse gloriamini, quod lingua delere conamini.

3. Sed eligat quisque quod placet et, si contra caelestia fulgura mendacii terreni fumus aliquid praeualet, dimisso caelo euanescat in uentos. si enim Parmenianus non cathedrae suae faueret, magis eligeret scripturae dei credere quam collegis suis. deus enim dicit ad Iacob: non relinquam, donec faciam quae locutus sum tecum. istos autem multo est utique credibilius, quia iam iusto iudicio fuerant improbati, ad sociandam communionem in illis partibus, ubi iam deus complebat quod promiserat patribus nostris, non esse admissos et propterea de sanctis dei sacerdotibus, a quibus recipi non meruerant, iactasse talia, quibus infirmos animos deceptarum a se plebium falsis rumoribus agitarent et temere credulas mentes superbia sui nominis inretitas ab orbis terrarum pace dirrumperent. quid hac stultitia, immo uero dementia repperitur insanius? in tot gentibus orbis terrarum et ex magna parte compleuit deus et adhuc complet, donec ad omnes omnino ueniat quod promisit, qui dixit: non relinquam, donec faciam quae locutus sum tecum, et isti iam credunt nuntiantibus non impleri quae promisit deus, et ideo ex partibus terrarum in quibus iam impletum erat perisse Abrahae semen, quod est Christus, et euacuatas promissiones dei, quia ipsi

13. 25 Gen. 28, 15

1 est *EHv* ipsos *Mα* 2 multis *M* deo esse *MPα* 4 uenire *F* ubi *M* 6 hoc *FGγ* 11 non *post* suae *tr. MPα* 13 relinquam te β 16 sociandum *Ev* 17 nostris *om.* β 18 permissos *DP, cf. p. 23, 1* sacerdotibus dei *v* 19 non recipi *M* 23 reperitur *FGH* 25 perueniat *M* relinquam te *Gv*

non sunt admissi ad eorum communionem, aput quos hoc iam retinebat orbis impletum, et non eis dicitur: 'solus deus uerax, omnis autem homo mendax. de uestro ista dicitis, quia qui loquitur mendacium de suo loquitur. uos ergo sicut homines mentimini, quia sicut homines irascimini'. non eis hoc dicitur, sed insuper creditur eis de orbe terrarum, quem possidere iam coeperat, perisse Christum. et qui haec credunt, cum impudenter dicerent: 'christiani sumus', audent dicere: 'nos soli sumus'.

III. 4. Dicit etiam Parmenianus hinc probari consceleratum fuisse orbem terrarum criminibus traditionis et aliorum sacrilegiorum, quia, cum multa talia fuerint tempore persecutionis admissa, nulla postea facta est in ipsis prouinciis separatio populorum. quasi fieri non potuerit, ut partim latuerint mali neque fuerint accusati, ut possent sine ulla temeritate damnari, partim etiam proditi fuerint atque damnati et, quia rebus manifestis arguebantur, ab ecclesiis perturbandis diuidendisque cessauerint atque ita factum sit, ut, cum quidam non accusarentur, quaedam uero incerta crimina pro certa pace deo dimitterentur, quaedam autem ita manifestata et conuicta damnarentur, ut nullus damnatus posset simulata innocentia decipere populos, nequaquam unitatis uinculum rumperetur. neque enim et in Africa fieret hoc tam immane praecisionis malum, nisi magis factio falsa fingentium quam ratio uera conuincentium praeualeret.

2 Rom. 3, 4 4 Ioh. 8, 44 10 cf. epist. Parm.

1 ammissi *Dm1* 4 quia *om. DMFGHv* qui enim *G* 5 mentimini *in ras. Dm2* 7 possidere quem *M* qui] quia *EGHI* hoc α, *om. M* 8 dicant *EGI, cf. II 2, 4 extr.* 12 fuerint] fiunt *M* 13 ammissa *D* postea] praeterea postea *M* propterea α 15 possint *Fm1* 16 etiam *om. M* fuerint (fuerant *F*) proditi *MP*α 17 non arguebantur α 18 sit] est *M* 19 incerta *D* pro certa *M* pro certamina *P* certa *cet.* crimina] *ras. in D, in qua* mina *dispicitur* (*fuit:* in certamina), *om. P* 20 ita *om. FI* manifesta *DMPGH, cf.* manifestato scelere *Petil. III 21, 25* 24 magis] mala *M*

5. Legant qui uolunt quae narret et quibus documentis quam multa persuadeat uenerabilis memoriae Mileuitanus episcopus catholicae communionis Optatus siue de Lucilla pecuniosissima tunc et factiosissima femina, quam pro ecclesiae disciplina sanctus Caecilianus adhuc diaconus laeserat, uel de ceteris factionis eius consortibus siue furibus ecclesiastici argenti siue ad episcopatum se non peruenisse dolentibus et sibi praelatum Caecilianum insidiis quibus poterant insectantibus siue de Numidis episcopis, quos ista factio conuocauerat ad perniciem Caeciliani, ut illo deposito alter eis ordinaretur. qui uenientes cum primate suo tunc Secundo Tigisitano et aliis, quibus traditionis confessa crimina Secundus ipse donauerat ueluti paci consulens, sicut ecclesiastica gesta testantur, absentem Caecilianum sine ulla dilatione diligentioris inquisitionis, nullo responsionis loco seruato, traditorem esse censuerunt, ut ei uidelicet obessent absenti traditionis crimina tantummodo obiecta, cum sibimet ipsi praesentes confessa donauerint. ita contra sedentem in cathedra, cui totus orbis christianus in transmarinis et longe remotis terris et in ipsis Afris grauioribus et aduersus eiusmodi fallacias robustioribus communicaret ecclesiis, episcopum alterum ordinauerunt, ut possent pro suo facto contradicere promissionibus dei, ne in semine Abrahae benedicerentur omnes gentes, ut eas etiam partes orbis terrarum a traditoribus Afris inquinatas dicerent, quae nec Caeciliani nomen audissent aut certe, quomodo se haberet eius uita, quam tamen isti de nullo crimine conuicerunt, illae tamquam innocentis audissent. insuper etiam contra orbem terrarum dicentem: 'quod ciuibus tuis obicis, nec cognoscere potui nec damnare incognitum debui', proferunt apostoli testimonium

3 cf. Optat. I 13 sqq. 13 cf. Cresc. III 27, 30. Optat. I 14 29 cf. epist. Parm.

9 numideis *M* numidiis *P* 16 absentis *M* 17 ipsis *Mα* 19 africanis *Mα* 20 huiusmodi *FH* 25 *uerba* aut certe—*lin. 27* audissent *post* incognitum debui *extant in* α quomodo certe *M* 26 quem *M* illae *P* ille *cet. v* 27 innocens audisset *Mα* insuper (n *add. m2*) *D* contra] circa *M*, *item infra* 29 testimonium apostoli *MPα*

dicentis: non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. parum enim fuit tot et tantos populos christianos damnare inauditos, nisi etiam contra ipsum apostolum eius quidem uerba, sed non eius intellectum depromere auderent. si enim hoc est consentire male facientibus, esse cum eis in ecclesia, consentiebat etiam ipse falsis fratribus, inter quos se periclitari contestabatur et quos non caste, sed per inuidiam sine caritate euangelium praedicantes tamen praedicare permittit. si autem nihil est aliud consentire male facientibus nisi mala facta eorum approbare atque laudare, exemplo apostoli orbis terrarum non consentiret criminibus Afrorum, etiamsi ea cognita pro ecclesiae pace toleraret; quem tamen ea cognouisse isti non probant, etiamsi uera fuisse probare potuissent.

IIII. 6. Frustra itaque dicit Parmenianus damnatos in Africa traditores in consortium sanctitatis acceptos a prouinciis transmarinis. hoc enim est quod credere non debemus, ne temeritate sacrilega totum orbem terrarum in Christi unitate fundatum ex istorum falsa criminatione damnemus potius quam ex uera dei promissione diligamus. quid enim magis credendum est, quod dixit deus: in semine tuo benedicentur omnes gentes, an quod isti dicunt: *in semine traditorum Afrorum maledicuntur omnes gentes,* ut plus ualeat quod commisit iniquitas quam quod pollicita est ueritas? cur ergo non potius credimus, quod illi, qui recepti sunt in communionem a prouinciis transmarinis, aut innocentes opprimi non potuerunt a calumniatoribus, quod multis documentis probabilius persuaderi potest, aut certe, cum conuinci non possent, etiamsi mali

1 Rom. 1, 32 6 cf. II Cor. 11, 26 7 cf. Phil. 1, 15. 17. 18 15 cf. epist. Parm. 21 Gen. 22, 18 22 epist. Parm.

1 solum rei sunt qui *F* 2 parum enim] parumne eis *Mα* 3 christianos populos *v* apostolum ipsum *Mα* 8 praedicantes euangelium praedicare tamen *v* 9 committit *F* 10 male *M* 11 consentirent *Pm1* 12 pace ecclesiae *MPα* 13 approbant *M* etsi *EGI* 16 sanctitatis] damnationis *Mα* 17 est enim *Mγ* 25 credamus *M* quod] quia *Fv*

fuerunt, innocentes crediti sine ulla suscipientium contaminatione suscepti sunt? quid quod, etiamsi per malos fratres, quales apostolus in ecclesiae unitate tolerauit, quales martyr Cyprianus in epistula de lapsis gemit, si ergo per tales fratres etiam in iudicum numero constitutos actum esset aliqua prauitate, ut traditores excludi conuincique non possent et christianus orbis simulata eorum innocentia falleretur, nullo modo suam innocentiam perdidisset.

7. Quod enim de Ossio dixit Cordubensi quondam catholico episcopo, flagitandum est ut probent non solum talem illum fuisse qualem dicunt, sed quod talis fuerit manifestum illis fuisse, quibus eum communicasse asserunt. hoc enim nisi probauerint, frustra se dicunt scisse qualis fuerit, quia nescientibus obesse non potuit, a quibus se isti innocentibus separando propter ipsam separationis sacrilegam iniquitatem innocentes esse non possunt. hoc enim magis credibile est — si tamen Ossius ab Hispanis damnatus a Gallis est absolutus —, fieri potuisse, ut falsis criminationibus Hispani circumuenti et callida insidiarum fraude decepti contra innocentem ferrent sententiam et postea pacifice in humilitate christiana cederent sententiae collegarum, quibus illius innocentia comprobata est, ne peruicaci et animosa peruersitate priores suas sententias defendendo in sacrilegium schismatis, quod omnia scelera supergreditur, caecitate impietatis inruerent, sicut isti miseri fecerunt et nec sero saltem totiens diuisi atque concisi sentiunt quod fecerunt.

8. Satis ⟨ita⟩que declarant unde insanabiles facti sint, uidelicet ne priores sententias suas, quas in absentem Caecilianum

4 cf. Cyprian. de laps. cap. 6 9 cf. epist. Parm.

1 fuerint *F* 8 perdidissent *DP* (*sed uerbum melius ad* orbis *refertur quam ad* suscipientium) 9 Quid *M* osio *Dm2MPα* dicunt *Mα* 11 fuit *F* 13 dicunt se *γ* 17 osius *Dm2MPα* 18 sic fieri *GHv* 24 supergraditur *MFGγ* 25 saltim *F* (*saepe*) 27 satis itaque *scripsi* satisque *DMPF* satis igitur (*om. H*) satisque *β* sunt *Mα* 28 priores *om. α*

temere protulerunt, condemnare cogerentur, si transmarino iudicio, ubi a Caeciliano praesente superati sunt, consideratione ueritatis et pacis adquiescerent, maiorem reportaturi uictoriam, si animositatem humanam saltem post iudicium quam si hominem in ipso iudicio superarent. nam illa uictoria praecelsior est et triumpho celsiore plenior, quam si non solum de homine uno uicto, sed de uniuersa subiugata ciuitate referatur, dicente scriptura: melior est qui uincit iram quam qui capit ciuitatem. illi ergo uincere hominem cupiebant quos ira uincebat, et quia hominem uincere nequiuerunt, et ab homine et ab ira superati sunt: ab homine, quia in iudicio uicti sunt, ab ira, quia nec uicti quieuerunt, prauissimo corde uel audientes uel legentes apostoli sententiam dicentis: si enim quae destruxi haec eadem iterum aedifico, praeuaricatorem me ipsum constituo. quae uerba scilicet si tam sinistro animo ipse apostolus intellegeret, nec christianus nec apostolus fieret nec praedicator aedificaret ecclesias, quas persecutor antea destruebat. nusquam itaque isti se tam aperte indicarunt, cur nec superati corrigi uoluerunt, quam cum detestantur Hispanos, quod post sententias suas aliter prolatas collegarum posteriori discussioni iudicioque cesserunt. quam enim hoc factum est de mansuetudine christiana, tam illud de contentione diabolica, et ideo non mirum quia ista humilitate pax custodita est, illa elatione dirrupta. proinde illis recte redditur quod fecerunt; docuerunt enim talia posteros suos. nam et Maximianistae non ob aliud trecentorum et decem collegarum suorum, a quibus Primianus, quem primo ipsi damnauerant, innocens iudicatus est, con⟨cilio⟩ cedere noluerunt, nisi perdita pertinacia sententiam apostolicam imperitis

8 Prou. 16, 32 13 Gal. 2, 18

4 quasi *M* 7 ciuitate subiugata *M* 9 hominem uincere *MP*α 10 uincere hominem *M* 14 eadem *om.* γ 18 ante α 23 quia *DMPI* quod *cet. v* 24 est et β dirrupta *sic DF* 26 aliud in *EGI* 28 damnauerunt *M*α concilio cedere *scripsi* concidere *DP* iudicio consedere (concedere *MEm2*, cedere *v*) *M*α 29 perdita] pro dicta (praedicta *E*, producta *H*) *M*α contumacia *MP*α

opponendo et dicendo: si enim quae destruxi haec eadem iterum aedifico, praeuaricatorem me ipsum constituo. destruxerant enim centum collegae Primianum et eum propterea cum trecentis rursus aedificare noluerunt. ita cum se cauere fingunt, ne hominem aedificent quem destruxerant, se ipsos in alio schismate maiore sacrilegio destruxerunt.

9. Sed tamen, si uiueret Parmenianus, non auderet iam reprehendere Hispanos et eos appellare praeuaricatores, quia sententiam suam in collegarum sententiam deflexerunt, ne ipse offenderet collegas suos, qui multi a se iam Primiano damnato in melius correcti ad trecentorum concilium transierunt, magis eligentes contra suas praeproperas uenire sententias quam contra pacem unitatis etiam in parte Donati. et maxime Praetextato Assuritano et Feliciano Mustitano parceret Parmenianus, qui etiam damnati a trecentis et decem coepiscopis suis ad eosdem ipsos, a quibus damnati sunt, studio concordiae redierunt et a suis damnatoribus eodem studio sine ullo sui honoris detrimento pro pace suscepti sunt, nec quisquam rebaptizandos putauit qui fuerant ab eis foris in schismate baptizati. an forte, quia multum displicent Parmeniano qui corrigunt sententias suas et eos non intellegens apostolum praeuaricatores uocat, detestaretur istos, quia intro redire quam foris remanere uoluerunt, et adiunctis sibi nonnullis similibus sociis etiam Parmenianistas crearet, sicut iam multa frusta de isto grandi frusto per totam Africam facta sunt? sic, sic necesse est:

1 Gal. 2, 18 7 cf. epist. Parm.

2 eadem *om.* γ iterum aedifico haec eadem *MP* iterum *om. GH* 4 propterea] postea *M* 6 in alio *P* in alios *D* malo *Mα* scismate *D* sc(h)ismatis *MPα* maiore *om.* β sacrilegi *FG*γ 7 uiuere *D* 8 quia] qui a *Fv* 9 sententias suas *M* sententia sua α defluxerunt *F* defluxit *EGHI* 10 suas *Dm1* primiano iam a se α 11 consilium *PF* 12 proprias *GHIv* 14 mustitato *M* 15 damnatis *D* et *om. M* 16 sunt] fuerant α 19 scismate *DMP* (*passim*) 21 intellegens*** *D* intelligentes *F* apostolum] quos apostolus *Hv* 22 intus *M* 23 maluerunt *Mα, cf. Petil. II 101, 231* adiuncti *D* 24 creare *DM* frustra *Dm1Em1* grandi *om.* β 25 frustro *DM* si sic *M* est ut *Mα*

minutatim secti concisique dispereunt, qui tumorem animositatis suae catholicae pacis sanctissimo uinculo praetulerunt. neque enim tam timenda sunt quae criminatur Parmenianus quam intuenda quae confitetur.

V. 10. Cum enim diceret per Ossium Hispanum adiutorium praestitum Caeciliano, ut ad eorum communionem sanctorum et inlibatorum numerus cogeretur, et huic impietati fidem seruorum dei integram restitisse, ultro fassus est ipsos suos adisse etiam Constantinum et eius arbitrio a iudicibus episcopis causam esse cognitam, quibus praefuit Miltiades Romanae urbis episcopus. in quo iudicio, sicut ecclesiastica gesta testantur, quia uicti sunt isti et innocens Caecilianus inuentus est, eundem Miltiadem crimine traditionis accusant. quod quaero quando cognouerint. si enim ante iudicium, non sibi praeiudicare debuerunt, ut aput talem iudicem causam suam agere inciperent et ex praecepto imperatoris, quem ipsi adierant, tale subire iudicium. si autem post dictam causam prolatamque sententiam eum traditorem didicisse ⟨se⟩ perhibent, usque adeo dementes sunt homines, ut contra iudices aput quos uicti sunt uictis litigatoribus credant? et tamen in his omnibus quamuis magna temeritate Italos et Gallos et Hispanos accusant relictis ceteris tam multis prouinciis atque gentibus, a quibus nefando sacrilegio separati sunt, quibus utique obesse non possent crimina Italorum, Hispanorum atque Gallorum, etiamsi uera dicerentur. iam enim ceteras terras caeco more uel potius furore arguunt et eis irascuntur, quia, cum duae partes essent in Africa — una, inquiunt, traditorum et altera innocentium —,

5 cf. epist. Parm. 27 cf. epist. Parm.

1 dispereant *MPα* timorem *P* 3 comminatur α 4 confitentur *Pm1* 5 osium *MPα* 8 suos ipsos β, *cf. I 1, 1. II 9, 19 extr.* 9 arbitrio eius β 10 esse *om.* α militiades *Dm1* melch(melc- *MPFH*) iades *MPα* 13 meltiadem *P* melch(melc-)iadem *Mα* 14 quando] quomodo *Mα* 15 aput *ex* caput *D* suam *om.* α 16 et] etiam α audierant *MP* 18 se *addidi, om. codd.* (se didicisse *F*) 21 *prius* et *om.* α accusat *DP* 24 possint *F* 25 enim *om. Em1GIv*

traditores sibi quam innocentes adiungere maluerunt. quae uana criminatio breuissime atque uerissime ita refellitur, quia, cum duas partes esse in Africa audissent, unam traditorum, alteram innocentium, eam innocentem esse crediderunt, quae causam suam aput uicinos ecclesiasticos iudices obtinuerat. quapropter illi semper innocentes manserunt, qui nescientes quemadmodum ista in Africa gesta sint id tamen crediderunt, quod pacifice ac religiose credere debuerunt, a quibus innocentibus separatio nullo modo esse innocens potuit.

VI. 11. Fatetur etiam Parmenianus ad Arelatense oppidum et episcopos iudices et partes ex Africa conuenisse, Caecilianum scilicet atque Donatistas. ubi omnia suis credidit, qui nihil uicti potuerunt nisi de iudicibus conqueri, nec tamen negat rursus eos ad Constantinum uenisse et, quia ibi quoque ultimo iudicio superati sunt, etiam ipsum gratia corruptum esse criminatur. quibus omnibus consideratis qui sine studio partium iudicat eligat quibus credat, utrum iudicibus sententias proferentibus an litigatoribus contra quos prolatae sunt litem finire nolentibus. et certe orbis terrarum iudicibus credidit. qui autem Donatistis consentiunt eosque defendunt, fatentur se illis credere, qui causam suam, qualiscumque illa fuerit, non potuerunt tamen in transmarinis tot disceptationibus obtinere, et eorum aduersus iudices murmura et crimina credula uanitate suscipiunt. qua in re si innocentes se dicunt et eos quos superatos uident nolunt temere credere ueritate superatos, quanto innocentiores sunt qui temere mali aliquid credere de ipsis iudicibus nolunt, de quibus necesse est ut qui uicti fuerint conquerantur! non solum enim qui bonam causam perdidit de iniquo uel tardo

10 cf. epist. Parm.

2 uana] una α refallitur *M* 3 audissent *post* partes *extat in* β 5 optinuerat *MF* 7 queammodum (*sic*) *D* sunt *M* 9 innocens esse γ 12 qui *DMPGH* cui *cet. v* 14 ultimo] optimo *M* 18 litem] litterae *M* 19 et *om. v* 22 obtineret *D* optinere *MF* et *om. DP* 24 uident—superatos] scimus *M*α 26 aliquid mali de ipsis iudicibus credere γ 27 fuerant (fuerunt *H*) *P*α 28 perdit *D*

uel neglegenti iudice queritur, sed etiam qui iustissime uictus est ea caecitate de innocente iudice murmurat, qua caecitate cum innocente aduersario litigabat. quapropter isti non ideo scelerati sunt, quia de hominibus uictis nolunt temere aliquid credere, sed ideo, quia se furore schismatis praeciderunt ab eis innocentibus, qui multo rationabilius nolunt tale aliquid de ipsis iudicibus credere.

VII. 12. Existat enim aliqua illarum partium in nomine Christi nobilissima ecclesia ex illis septem et, si placet, potissimum Philadelphia, quae mystico nomine per linguam Graecam fraternam intimat caritatem. audiamus igitur eius uocem nec eius loquatur palea, sed frumentum. si ergo dicat istis: 'quid in me arguitis, fratres, quid accusatis? quanto interuallo secundum terrenum locum ab Africa remota sim, partim nosse partim audire potuistis. quid ibi tunc siue traditores siue traditorum uel accusatores uel damnatores siue innocentium uel calumniatores uel oppressores egerint, prorsus ignoro. sed ille dominus noster, qui emit totum orbem pretio sanguinis sui, cuius sancta commercia propheta tanto ante cecinit dicens: foderunt manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea. ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestimentum meum miserunt sortem, inter uos et nos non spatia constituit uacua et nuda christianis; impleuit haec omnia sanctificatione nominis sui. in ipso quippe psalmo passionis non solum quanti, sed etiam quantum emerit declaratum est. ibi enim paulo post dicitur: reminiscentur et conuertentur

9 cf. Apoc. 1, 11 19 Ps. 21, 17—19 27 Ps. 21, 28—29

2 innocenti *utroque loco M* 4 hominibus] omnibus α credere aliquid *M* 8 illorum *D* 9 et] etiam *M* 10 filadelfia *M* quae de *MP*α 11 uocem eius α 12 palea loquatur *M*α si *et cet.*] *de hoc anacolutho cf. Post gesta 4, 4 init.* 14 nosce *M* 18 orbem *DMPF* mundum *cet. v* 19 profeta *ex* profecta *D* 20 meas *om. F* pedes] pedes meos *Dm2MP*α 22 me *om. M* super uestem meam *M*α, *cf. Ep. c. Don. 8, 21* 23 uos et nos *DPI* nos et uos *cet. v* 24 et impleuit *EGI* 26 quanti] quanto *F*

ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium, quoniam ipsius est regnum et ipse dominabitur gentium. de causa itaque uestra tunc fortasse cogerer iudicare, si uel uicina essem uel ita remota, ut inter nos et uos non habitarent alii christiani eodem nomine signati, eadem unitate pacati. multae interiacent patriae gentium simul mecum emptae illius sanguine, in cuius conspectu mecum pariter adorant. per illas ad me transiit fama de uobis; ipsae de uicinitate causam uestram examinare potuerunt. quod si non factum est, uos neglexistis; neque enim neglecti a ceteris non usque ad nos etiam ueniretis. si autem aliquid iudicatum est, date ueniam; non audeo uobis superatis temere credere et iudices uestros eadem temeritate damnare. accedit mihi aliud quod me plurimum moueat, quia, si uos innocentes oppressi essetis, nos saltem fratres, qui uobis nihil nocuimus, amaretis; cum uero nos, qui bene nobis conscii sumus causam uestram uicinis uestris recto ecclesiae iure commissam fuisse, qui coram deo sciunt quemadmodum iudicauerint, lacerare tamen maledictis et acerbis odiis insectari et, quasi propter uos Christus aput nos hereditatem suam perdiderit, etiam rebaptizare conamini, quid boni de illa uestra causa sentire poterimus? qui enim longe remotissimos fratres temerariis suspicionibus damnare minime dubitatis, quam iuste a uicinis uestris damnati fueritis ostenditis. cur enim non credam recte damnari potuisse a uicino iudice auditum, qui me fratrem tam longe absentem damnare non dubitat inauditum, hoc mihi obiciens maximum crimen, quoniam qui praesens esse non potui eis ad quos causa perducta est iudicibus potius quam uictis litigatoribus credidi?

2 patriae] familiae *EGm1Hm1I, cf. Petil. II 8, 19. Ep. c. Don. 8, 21. 19, 51* 5 esset *M* 6 aliii *D* 7 emtae *DM* 8 conspectum *DMP* 9 transit *EGHI* de ciuitate *Pm1* 10 est factum γ 14 mihi] huc *v* 15 mouet *M* 16 nihil uobis *MP*α 17 sumus conscii bene nobis *M* 18 quemammodum *D* (*ubique*) 19 aceruis *D* 22 illa] *add.* ipsa *M* 28 potui] potim *D, fort.* potuerim

quibus iudicibus si non potius credidissem, etiamsi illi qui uicti sunt innocentes essent, ego innocens esse non possem. magno enim delicto implicaremur, si, cum corda humana non cerneremus, nec disciplinam ecclesiasticam teneremus, cum eis nollemus iudicantibus credere, ultra quos non potuit causa transire et per quos potuit ad nos fama percurrere. ab istis innocentibus impia diremptione discindens te innocentem dicis? quod utique si esses, cum uideres in scripturis sanctis messem domini tui ante ultimam segregationem et uentilationem a zizaniis et palea non posse separari, eligeres potius fortis esse in tolerandis malis quam impius in deserendis bonis'. — quot enim ecclesiarum per orbem longe remotarum putamus esse istas et quam iustissimas uoces, quas in Philadelphia figuraui!

VIII. 13. Quin etiam conqueri audet Parmenianus, quod eos Constantinus ad campum id est ad supplicium duci iussit, qui uicti aput ecclesiasticos iudices nec aput ipsum quae dicebant probare potuerunt et adhuc in sanctae ecclesiae praecisiones sacrilego furore ferebantur, et hoc eum tamquam immaniter iussisse Hispano Ossio suggerente criminatur, suspicionibus uidelicet suis, sicut semper, damnando inauditos. quasi uero non humanius et probabilius alius crediderit Ossio tamquam episcopo suggerente potius factum, ut in leniorem cohercitionem quamuis immanissimi sceleris, id est sacrilegi schismatis, sententiam flecteret imperator. quid enim non isti iuste patiuntur, cum ex altissimo dei praesidentis et ad cauendum ignem

8 cf. Matth. 3, 12. 13, 30 14 cf. epist. Parm.

1 etiamsi] etiam *F* 3 magno] tagno *D* 6 et *om. M* 7 impia te α diremtione *D* direptione (directione *H*) *M*α discindens te *scripsi* discindent et *D* (*alt.* i *ex* e, nt *in ras.*), *P* discindite et *M* discindis et α innocente *Dm1* innocentem te *cet.* (te *ad* discindens *et ad* dicis *pertinet; similiter Cresc. III 36, 40* a quibus se castum seruando fecit alienum) 8 quod] quid *M* 10 paleis *F* 11 quot *MP* quod *D* cur α 12 non putamus α 17 praecisione *MP*α 19 osio *MP*α 21 et] ac *v* aliis *M* osio *MPm2*α 22 cohertionem *MP* 23 scismatis *Dm2* 24 isti non *v*

aeternum flagellis talibus ammonentis iudicio patiantur et merito criminum et ordine potestatum? prius enim probent non esse se haereticos uel schismaticos; tum demum de indignis poenis suis emittant liberam uocem, tum demum sese audeant, cum tale aliquid patiuntur, ueritatis martyres dicere. alioquin si, quisquis ab imperatore uel a iudicibus ab eo missis poenas luit, continuo martyr est, omnes carceres martyribus pleni sunt, omnes catenae iudiciariae martyres trahunt, in omnibus metallis martyres aerumnosi sunt, in omnes insulas martyres deportantur, in omnibus poenalibus locis iuridico gladio martyres feriuntur, omnes ad bestias martyres subriguntur aut iussionibus iudicum uiui ignibus concremantur. si autem, sicut dicit apostolus, non est potestas nisi a deo et minister dei uindex est in ira ei qui male agit, non sine causa gladium portat. uis non timere potestatem? bonum fac et habebis laudem ex illa. bonus enim quisquis passus fuerit, laus illi prouenit ex potestate facientis, malus uero quod merito patitur iniquitatis non deputet saeuitiae potestatis.

14. Et tamen quid tale isti patiuntur quale faciunt, nisi quia hominum multitudo non in corde cor habet, sed in oculis? nam si sanguis exit de carne mortali, quisquis aspicit exhorrescit; si a pace Christi praecisae animae atque separatae in haeresis uel schismatis sacrilegio moriuntur, quia non uidetur, non plangitur, immo uero mors taetrior atque luctuosior et ut plane dixerim uerior iure consuetudinis et ridetur, cum

13 Rom. 13, 1 Rom. 13, 4 15 Rom. 13, 3

1 ammonentibus *Pm2* patiuntur α 2 se non esse *Mα* 3 ereticos *Dm2* 4 liuidam (liberam *G*) emittant β liuidam *F* 5 tale *P* male *DMm1F* mali *Mm2*β, *cf. p. 38, 12. 39, 23* 11 ad omnes α 13 apostolus dicit *M* 14 uindex est *DMPH* est uindex *cet. v* iram *Mα*, *cf. Gaud. I 19, 20* eius *MPEm1FG* non] non enim *F* nec β 16 enim *om.* α quid(quic-)quid *Mα* 18 qui α 20 patiuntur isti *H et fort. Dm1*, *in quo* isti patiun *in ras. script. ita*, *ut sub ductibus* un *dispiciatur* is 21 cor *om. M* 26 et ridetur] deridetur *Mα*

auctores tantarum mortium publice insultant et nec ueritatis manifestandae causa sermonem nobiscum conferre dignantur. et si quid temporalis molestiae passi fuerint per certissimum atque rectissimum ordinem potestatum, cum ipsi priuatis furiosorum agminibus multo grauiora passim atque cotidie nulla regia, nulla ecclesiastica lege committant, nos corporum persecutores uocant, se animarum interfectores non uocant, cum priuata licentia nec corporibus parcant. sed quia per mansuetudinem christianam multo seuerius uindicatur oculus euulsus in lite quam animus excaecatus in schismate, elocuntur et aduersus nos locuntur et nobiscum non locuntur, et cum eos ommutescere compellat ueritas, silere non permittit iniquitas.

VIIII. 15. An forte de religione fas non est ut iudicet imperator uel quos miserit imperator? cur ergo ad imperatorem uestri uenere legati? cur eum fecerunt causae suae iudicem, non secuturi quod ille iudicaret? sed quorsum ista dicuntur? numquidnam, etiamsi optineant non pertinere ad imperatorem aduersus eos aliquid statuere qui praua in religione sectantur, propterea, si fecerit eosque puniuerit, martyres erunt? hoc enim modo ista haereticis omnibus uox patebit, in quos ex occulto imperio dei per manifestum hominum imperium multa quibus cohercerentur seuerissime constituta sunt, nec solum haereticis quoquo modo saltem christiano nomine dealbatis, sed etiam ipsis paganis. nam utique et ipsi falsa religione sunt impii, quorum simulacra euerti atque confringi iussa sunt recentibus legibus, inhiberi etiam sacrificia sub terrore capitali. si quis ergo eorum damnatus in tali crimine fuerit, martyr habendus est, quia pro superstitione, quam piam religionem

5 passi *M* 9 iudicatur *FGH*, *om. EI* oculus iudicatur *v* 10 elocuntur *om. Mα* 11 aduersum *Hγ* non *om.* β 12 ueritas] uentas *D* 14 iudicet *DMPEm2* dicat *Fv* dicatur *Em1GHI* 16 uestrum uenerunt *M* 17 corsum *DP* 18 optineant *sic DEI* 19 in *om. M* 20 interfecerit *Mα* eosque *P* eos quos *cet. v* punierit *Mα* 24 quomodo *Dm1* saltim *M* 25 et ipsi utique *M* 26 iusta *D*

putabat, poenas legibus luit? nullus certe quoquo modo christianus audet hoc dicere. non ergo, quisquis in aliqua religionis quaestione fuerit ab imperatore punitus, martyr efficitur. neque enim uident qui talia sentiunt in eum locum se progredi, ut ipsos etiam daemones martyrum gloriam sibi uindicare posse contendant, quia istam patiuntur persecutionem per imperatores christianos, ut paene toto orbe terrarum eorum templa euertantur, idola comminuantur, sacrificia subtrahantur, qui eos honorant, si deprehensi fuerint, puniantur. quod si dementissimum est dicere, non ergo ex passione certa iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est. ideoque dominus, ne quisquam in hac re nebulas obtenderet imperitis et in suorum damnatione meritorum laudem quaereret martyrum, non generaliter ait: 'beati qui persecutionem patiuntur', sed addidit magnam differentiam, qua uere a sacrilegio pietas secernatur. ait enim: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. nullo modo autem propter iustitiam patiuntur, qui Christi ecclesiam diuiserunt et, cum eam simulata iustitia quasi conantur ante tempus a palea separare ac frumenta eius falsis criminationibus insectantur, ipsi ab ea potius tamquam leuissima palea uariis rumorum flatibus separati sunt. 'sed', inquiunt, 'non hoc fecimus'. uideant ergo ex hac quaestione se primitus liberare debere et tunc audere, si quid molestiarum siue poenarum a christianis imperatoribus patiuntur, uel deponere in querimoniam uel assumere in gloriam. de qua re, id est ipsius schismatis quaestione, si nihil aliud dicerem, ea quae superius sunt dicta sufficerent.

X. 16. An forte dicent, etiamsi conuincuntur in sacrilega dissensione, ut pro ea dementia si quid passi fuerint martyres non sint, non tamen ad imperatorum potestatem haec coher-

15 Matth. 5, 10

5 gloria *M* sibi gloriam *v* 9 quid *M* 12 ostenderet *EGHI* offunderet *v* 15 uera *Mv* 17 patiuntur *om.* β 18 quasi *ante* simulata *tr. M* 21 hoc] haec *v* 22 liberari *EI* 23 audire *M* 24 *alt.* uel] aut β 27 etsi *M* 28 discessione *F* si] etiam si *Pm2* 29 ab imperatorum potestate *M*

cenda uel punienda pertinere debere? qua in re quaero quid dicant: an quia de religione uitiosa uel falsa nihil curandum est talibus potestatibus? sed multa iam etiam de paganis diximus et de ipsis daemonibus, quod persecutiones ab imperatoribus patiantur. an et hoc displicet? cur ergo ipsi ubi possunt templa subuertunt et per furores circumcellionum talia facere aut uindicare non cessant? an iustior est priuata uiolentia quam regia diligentia? sed haec omitto. illud quaero, cum manifesta enumeret apostolus opera carnis — quae sunt, inquit, fornicationes, immunditiae, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comisationes et his similia —, quid istis uideatur, ut crimen idolatriae putent iuste ab imperatoribus uindicari, aut si nec hoc uolunt, cur in ueneficos uigorem legum exeri iuste fateantur, in haereticos autem atque impias dissensiones nolint fateri, cum in eisdem iniquitatis fructibus auctoritate apostolica numerentur? an forte nec talia potestates istas humanae constitutionis curare permittunt? propter quid ergo gladium portat, qui dictus est minister dei uindex in iram eis qui male agunt? nisi forte, quemadmodum nonnulli eorum sane imperitissimi hoc intellegere solent, de honoribus ecclesiasticis dictum est, ut gladius intellegatur uindicta spiritalis quae excommunicationem operatur, cum prouidentissimus apostolus consequenti contextione lectionis satis aperiat quid loquatur. illic quippe addidit: propter hoc enim et tributa praestatis ac deinde subiunxit: reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui uecti-

9 Gal. 5, 19—21 20 cf. Rom. 13, 4 26 Rom. 13, 6. 7

3 etiam *om. F* 9 manifeste *MPα* (φανερὰ τὰ ἔργα τῆς σαρκός) 10 luxuria—inimicitiae *om. α* 11 beneficia *D* 13 comisationes *sic D* 14 ut] utrum *F* an *G* 16 exeri] exerceret *M* exerceri *α* 17 noluit *M* nolunt *EFGHI* 18 numerent *M* 19 istae *Fv, om. H* humanae istas *M* permittuntur curare *v* permittuntur *FH* 20 quid] quod *M* 23 esse *MFGI* 24 qui *β* 27 subiuncxit *Pm1*

gal uectigal, cui honorem honorem, cui timorem timorem. hoc ergo iam restat, ut istis disputationibus suis prohibeant christianos tributa persoluere, cum et dominus talia sentientibus Pharisaeis, quos imitantur isti, nummo inspecto responderit: reddite Caesari quod Caesaris est et deo quod dei est. hi uero in utroque inoboedientes atque impii nec deo reddunt christianum amorem nec regibus humanum timorem, ita caeci et insani, ut, cum schismaticos suos Maximianistas per potestates a catholicis imperatoribus missas de basilicis excluserint et ui magna iussionum et auxiliorum cedere sibi compulerint, arguant catholicam, si pro ea catholici principes tale aliquid fieri praeceperint. ipsi uero Maximianistae, antequam essent Maximianistae, id est cum adhuc uno simul Donatistarum consortio tenerentur, quae ab eis Rogatus ille Maurus per regem barbarum Firmum quam saeua quam acerba perpessus sit, recolant et taceant nec conqueri audeant, si quid huiusmodi uel a Primianistis propter suum schisma uel cum Primianistis propter Donatistarum schisma non pro religione sacra, sed pro animositate sacrilega patiuntur.

XI. 17. Fortassis enim dicunt grauiora se perpessos a catholicis imperatoribus quam isti fecerunt uel per reges barbarorum Rogatistis uel per iudices catholicorum imperatorum Maximianistis uel etiam faciunt per furorem circumcellionum quibuscumque potuerint. quasi uero inde quaestio est, utrum grauiora patiantur quam faciunt, quod quidem nullo modo concesserim. multa enim eorum saeuissima et acerbissima numerantur, immo numerari non possunt, quae si pauciora essent uel eos in quos admittuntur minus affligerent, eo ipso essent certe grauiora, quod

5 Matth. 22, 21

5 responderit *om.* β reddite, ait *Hv* caesari est *D* est cesaris *M* 6 hii *M* 7 redditur *M* 14 donatistarum *om. M* 15 et quam seua quam *F* et quam (*om. G*) acerba β 18 donatistas *EGI* schisma *om.* β 21 uel *om.* α regē barbarū *P corr.* barbarum *D*, *cf. p. 39, 26* 24 possunt *Mα* est] sit *Mα* 26 eorum *om. M* et acerbissima *D*, *om.* α 28 ammittuntur *D*, *item infra* ipse *D*

non ab ordinatis potestatibus iubentur, sed extraordinariis furoribus admittuntur. non enim tam multa sunt quae aduersus Maximianistas per iudices humanae constitutionis egerunt. in eo genere actionum ponant, si uolunt, quae etiam ad persequendum Rogatum Maurum ab eis per Firmum barbarum gesta sunt, et illum licet hostem immanissimum Romanorum in legitimis potestatibus numerent. sed haec non tam multa sunt, quam multa cotidie per furiosos ebriosorum iuuenum greges quibus principes constituunt, qui primum tantummodo fustibus, nunc etiam ferro se armare coeperunt, qui circumcellionum notissimo nomine per totam Africam uagantur et saeuiunt, contra omnem ordinem legum potestatumque committunt. quorum scelera cum ad eos deferuntur, fingunt se ignorare tale hominum genus uel omnino ad se non pertinere contra quam omnes homines norunt ore impudentissimo affirmant; neque hanc saltem uocem totius orbis accipiunt, multo probabilius ueriusque dicentis nescire se quid in Africa gestum sit siue a parte Donati siue contra partem Donati, si licet in ipsa Africa Donatistis episcopis Donatistarum circumcellionum uel facta nescire uel dicere ad se non pertinere.

18. Sed, ut dicere coeperam, non hoc modo quaeritur, utrum patiantur grauiora quam faciunt, sed utrum aduersus haereticos et schismaticos fieri tale aliquid liceat. si enim dicunt non licere, cur ipsi faciunt? si autem licere fatentur, etiamsi ostendant, quod nullo modo possunt, grauiora se perpeti a catholicis imperatoribus quam ipsi per iudices eorum uel per reges barbarorum schismaticis suis fecerunt uel per insaniam circumcellionum omni generi hominum faciunt, neque hoc mirandum

4 quae *MP* quod *D* quaeque *Fv* quam quae *GH* quam quod *EI* 6 et] etsi α 7 potestatibus *om.* α 8 per] agunt per α quibus] quos *F* 11 saeuiunt] saeua *Mα* 14 contra quam] cum *M* quam *om.* α 15 norunt *om.* α 17 Donati *om.* α 18 si licet] quam (quando *EI*) scilicet *Mα* Donatistis *om. M* Donatistis episcopis *om.* α 19 Donatistarum episcopos α cercicellionum *D* 21 caeperant *M* hoc non quaeritur modo α 23 tale aliquid fieri α dicent *Pm1* 24 etiam sic *v* 26 regem α, *cf. p. 38, 21* 27 eorum barbarorum *Pm1*

est, si plus possunt principes quam missi a principibus iudices, si plus possunt Romani imperatores quam barbari reges, et si merito grauiora legibus patitur latro quam contra leges ipse committit. unde merito constitutionibus iustis grauiora patiuntur circumcellionum mancipes quam faciunt circumcelliones. et tamen tanta est mansuetudo christiana, ut poenas eorum incomparabiliter superent facinora eorum. sed ecce damnauerunt in concilio suo Maximianistas trecenti et decem episcopi Donatistae, illi autem pertinacia peruersitatis suae basilicis cedere nolebant. aditi sunt iudices, concilium eorum proconsularibus gestis inditum est. deinde iussum est, ut illi qui tanto episcoporum numero damnati sunt cederent locis. qui facile cesserunt non multa passi sunt, qui autem resistere temptauerunt quemadmodum afflicti sint quis ignorat? sed tamen si tanta fuisset immanitas resistentium, ut ad iniurias iudicum perueniret, nonne multo acerbiora Romanis legibus paterentur? sic et tunc, cum post terminum causae, in qua se isti a catholica praeciderunt, consequenter agi coepisset, ut basilicas non tenerent, et tenerent imperialibus resistendo iussionibus et sic resistendo, ut uis illa circumcellionum notissima praeualeret, addendo etiam insuper, ut cum donis ecclesiae quos miserat imperator per Africam euntes turbulentissimis et saeuissimis seditionibus agitarent, tales in eos leges proferebantur, ut ne ipsas quidem basilicas quae non erant unitatis, sed a separatis atque in suo iam schismate constitutis fuerant fabricatae, reti-

21 cf. Optat. III 4

3 patiuntur latrones *M* ipsi committunt *M* 5 cercicellionum *et* cercicelliones *D* 6 est tanta *v* christianorum *Mα* 8 et *om.* β 9 suis *MPv* 10 additi *M* 11 indictum *EGHI* inductum *Mv*, *cf. II 3, 7* uisum est *EGHI* 13 temtauerunt *D* 14 sunt *M* 16 aceruiora *D* regibus *P* 17 cum *om. Dm1* 18 cepissent *Dm1 ut uidetur* 19 et tenerent *om. DM* et sic resistendo] ita *α* 20 ut] ut ita *M* notissima circumcellionum β 21 insuper etiam *α* 22 tribulentissimis *M* 23 proferebantur *scripsi* proferrentur *DPm2* proferentur *Pm1* proferuntur *Mα* 25 iam *om. α*

nere sinerentur. qua in re iam suas iniurias potestas regia uindicauit. quid enim ualent iuste possidere inimici iustitiae?

XII. 19. Nec pro eis aliquid promulgasse inuenitur nisi apostata Iulianus, cui pax et unitas christiana nimium displicebat, quandoquidem ipsa ei unde impie ceciderat religio displiceret. cui quidem isti Donatistae, sicut iudicum gesta testantur quibus id quod impetrauerant allegarunt, talibus uerbis supplicauerunt, ut ei fortasse mitius ad idolorum cultum quidam timore consenserint quam eum isti furore laudauerint. dixerunt enim, quod aput eum sola iustitia locum haberet. quid ergo aliud dixisse repperiuntur nisi uel christianam sanctitatem non esse iustitiam, quae aput illum nullum haberet locum, aut honorem daemonum esse iustitiam, qui aput illum primum haberet locum? aliorum autem imperatorum leges quam uehementes aduersus eos latae sint quis ignorat? in quibus una generalis aduersus omnes, qui se christianos dici uolunt et ecclesiae catholicae non communicant, sed suis separatis conuenticulis congregantur, id continet, ut uel ordinator clerici uel ipse ordinatus denis libris auri multentur, locus uero ipse quo impia separatio congregatur redigatur in fiscum. sunt et aliae iussiones generales, quibus eis uel faciendi testamenta uel per donationes aliquid conferendi facultas adimitur uel ex donationibus aut testamentis aliquid capiendi. nam in quadam causa cum homo nobilis imperatoribus supplicasset, quod soror eius, quae de parte Donati fuerit, cum defungeretur, in nescio quos communionis suae et maxime in quendam Augustinum episcopum eorum plurima contulisset, ex illa generali lege

14 cf. cod. Theodos. XVI 5. Uictor Uit. III 8 sqq.

3 promulgasse quis *Mα* 5 displiceret] displicent *M* 7 id] hii *F* hi β impetrauerunt *EFv* 9 furiosi laudauerunt α 10 solum *codd. praeter DP, cf. Petil. II 92, 203 sqq.* 11 repperiuntur *sic DMPEG* uel *om.* α 13 qui—locum *om. Mα* quia *P* primum *Dm2* nullum *Dm1* nullum non *P* 14 quam] quae *Em1GIv* uehementer *Em2FGHv* 15 sunt α ignoret *Pm1* 16 christianos se α 17 in suis β separatim *Hγ*, *om. G* 19 ipsi *M* multetur *M* 22 uel *ante* per *om. M* 25 fuerat *Mα* nescio in α in quos nescio *M*

praeceptum est, ut omnia fratri restituerentur; ubi etiam circumcellionum mentio facta est, si more suo uiolenter obsisterent, quo genere auxiliorum et amminiculis repellerentur. sic enim noti, sic multis proeliis probati sunt, ut de his et supplex imperatoris et imperator tacere non posset.

XIII. 20. Quae cum ita sint, cum et diuinis et humanis legibus ita damnentur, tanta est tamen mansuetudo christiana, ut non solum teneant basilicas quas iam praecisi aedificarunt, sed nec eas omnes reddiderint unitati quas ab exordio unitas tenuit. et cum ipsi Maximianistas de basilicis ad partem Donati pertinentibus per iudices a catholicis imperatoribus missos instanter excluserint, tamen a multis locis, quos catholica ante unitas retinebat, nec ipsorum catholicorum imperatorum legibus excluduntur. postremo, si quid forte aliquando immoderatius in eos factum est, ut christianam excederet lenitatem, displicet omnibus frumentis messis dominicae, id est in Christo laudabilibus christianis, qui siue centenario siue sexagenario siue tricenario fructu in catholica ecclesia toto orbe succrescunt.

XIIII. 21. Quapropter zizania uel paleam catholicae segetis nobiscum copiosissime accusent, sed nobiscum ferre patientissime non recusent. qui enim noluit ante tempus eradicare zizania et a frumentorum permixtione separare, sinite, inquit, utraque crescere usque ad messem. et cum inuolucrum eiusdem similitudinis quaerentibus discipulis explicaret, non ait: 'ager est Africa', sed ait: ager autem est hic mundus. per totum ergo mundum seges ista seminata est, per totum

17 cf. Matth. 13, 23 23 Matth. 13, 30 26 Matth. 13, 38

2 est facta *MP* 3 amminiculis *sic DMPm1FGH* 5 supplex (suplex *D*) imperatoris *DP* supplicatio imperatori fieret (f. i. *M*) *Mα* 8 aedificauerunt β 12 instantes *M* 15 ut] quod *Gγ* 17 siue sexagenario siue tricenario *om. M* 20 zizaniam *M* 22 qui enim noluit] qui noluit (nolunt *M*) enim *MP* noluit enim dominus α 23 zizaniam *M* permixtione] permaxime *M* inquid *D* 24 inuolutum *F* (*mg.* uel inuolucrum), *MEI* 26 autem (δέ) *om.* β est autem *M*

superseminata zizania, per totum crescit utrumque usque ad messem. numquid aut Donatus fuit maior messorum aut eo tempore, quo se isti a terrarum orbe separarunt, tempus messis aduenerat, cum idem dominus, ne alicui liceret interpretari quod uellet, apertissime dixerit: messis autem est finis saeculi, messores autem angeli sunt? tales enim messores errare non possunt, ut nec frumenta pro zizaniis colligant nec pro frumentis zizania redigant. isti autem, cum quasi zizania fugiunt, se ipsos esse zizania demonstrarunt, in manifestissimo sacrilegio contra sententiam domini praedicantes, ut, cum ille dicat: sinite utraque crescere usque ad messem, isti per tam magnum agrum id est totum mundum tantummodo zizania crescere, frumenta uero deminuta et in sola Africa remansisse contendant, Christo regi et principi nostro sacrilegam facientes iniuriam. scriptum est enim: in lata gente gloria regis, in deminutione autem populi contritio principis. sed iam tempus est, quantum existimo, ipsa testimonia scripturarum, quae male interpretando decipiunt imperitos, diligenter attendere et quantum donat dominus secundum intellectum catholicae ueritatis aperire.

LIBER SECUNDUS.

I. 1. Quae tandem uis nisi caecitas et uanitas animi cogit homines clausis ut dicitur oculis tamquam in alterum iacere, quod in eum qui iecit continuo redeat eumque ictu reciproco

5 Matth. 13, 39 11 Matth. 13, 30 16 Prou. 14, 28

1 usque *om. P* 2 mesor α, *cf. Roensch, It.*^{2} *p. 435* 5 est autem *MP*γ 7 nec—nec] uel—uel *M*α 9 esse] etiam *EI, om. FGH* 10 sententias *Pm1* 13 tantummodo *om.* β 14 diminuta *codd. praeter Dm2P, v* 16 diminutione *M*α 19 interpretata *EI* attende *M* 20 dominus donat γ 21 aperire. Amen *DMP* Explicit liber primus (I· *DPH*). Incipit (liber *add. DMPG*) secundus (II· *DPH*) *D, M* (*om.* E. l. pr.), *PGHI nulla subscriptio in E, de F nihil adnotatum* 24 hominem γ 25 iecit] iaceat *M* eum qui *M*

affligat intacto illo quem uulnerare uoluerat, sicut isti Donatistae de omnibus fere scripturarum testimoniis faciunt, quae cum se aduersus nos proferre arbitrantur, uelut ammonere nos uidentur, quales eos esse ipsa scriptura conuincat? quid enim facit aliud quod uel pro se uel contra nos Parmenianus putat esse quod scriptum est: *uae his qui dicunt quod nequam est bonum et quod bonum est nequam, qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, qui ponunt id quod amarum est dulce et dulce amarum?* o stultissimam caecitatem! quid enim tam bonum et tam iocundum quam fratres habitantes in unum? quod illi nequam dicunt et amarum ponunt, qui se ab omnibus fratribus separarunt, dum uanas suspiciones suas, ne dicam factiosas calumnias, uel non excitare uel excitatas tolerare noluerunt. qui si ueram paleam odissent et ipsi palea non essent, non propter eam se a tritico dominico per totum agrum id est hunc mundum seminato et crescente seiungerent.

2. Exclament itaque quantum possunt: *uae his qui dicunt quod nequam est bonum et quod bonum est nequam.* respondemus: 'hoc uerum est' et addimus aliud: uae his qui perdiderunt sustinentiam, dum ponunt lucem tenebras et tenebras lucem. quid enim lucidius promissis dei, qui temporibus nostris exhibuit quod ante annorum milia praenuntiauit, in semine Abrahae, quod est Christus, benedictionem omnes gentes habituras, et quid tenebrosius praesumptionibus hominum, qui propter temere obiecta et numquam probata

6 epist. Parm. Esai. 5, 20 10 cf. Ps. 132, 1 18 epist. Parm. Esai. 5, 20 20 Eccli. 2, 16 24 cf. Gen. 22, 18

3 aduersum *Pα* 4 esse *post* conuincat *tr.* β 5 quod *DMPFH* quando *cet. v* 9 dulce quod amarum β inamarum *M* 11 habitare *MPEFI* habitare fratres *GHv, cf. Petil. II 104, 239* 14 tollere *EFv* qui si] quodsi *FGIv* uere *F* 15 paleam *Pm1* propterea *MEGHI* trico *Dm1* dominico tritico β 16 hunc *om.* β 18 quantum] quod *Iv* si *EG, om. H* 20 respondemus breuiter *v* 21 perdiderint *FH* 23 pronuntiauit *EFGHI* 25 praesumtionibus *D* promissionibus *Pm1*

crimina traditorum, quae si uera essent numquam deo praeiudicarent quominus quod promisit impleret, perisse dicunt christianum nomen de tot gentibus in orbe terrarum et in sola Africa remansisse? et hanc praesumptionem suam lucem dicunt, promissa uero dei iam ipso effectu rerum inluminata mendaciorum tenebris operire contendunt et insuper aduersus nos facta sua clamant dicentes: *uae his qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem.* itane lux erat Optatus et ēum tota Africa tenebras appellabat, an eum potius esse tenebras tota Africa sentiebat et isti eum lucem uocabant, qui non ponunt lucem tenebras et tenebras lucem? 'sed displicebat', inquiunt, 'Optatus in communione nostra omnibus bonis'. non ergo eum lucem uocabatis et tamen ei communicabatis. eligite itaque quid uelitis, aut non obesse in una communione tenebras luci, sed sufficere luci ut tenebras improbet et eas pro unitate, si expellere non potest, toleret, atque ita non fuisse causam cur ab innocentibus fratribus, quibus malos certe non potuistis ostendere, etiamsi uobis cognitos fuisse dicatis, tenebroso schismatis sacrilegio disiungeremini; aut si non sufficit luci ut improbet tenebras quas expellere non potest, id est si non sufficit bonis ut improbent malos quos excludere uel emendare non possunt, facilius unus Optatus partem Donati in una Africa notissimus et apertissimus maculauit quam quilibet Afer traditor tot gentes per orbem terrarum, etsi non dicam falsis criminibus accusatus, tamen, quod impudentissime negatur, ignotus.

3. Accipientes itaque peruerso corde scripturas non eas faciunt obesse nobis, sed sibi, quando ad hoc putant esse

7 epist. Parm. Esai. 5, 20

2 quod] quae *FHv, om. M* 4 praesumtionem *D* 6 et *om.* α aduersum γ aduersus nos *post* clamant *tr. M* 8 et *alt. om. G*γ 9 eum] cum α totam affricam *H* totum orbem *G*γ tenebras esse *M* 10 non] nunc *M, om.* γ 11 displicebant *Pm1* 14 quod *MFv* 16 coleret *Dm1* tolleret *Pm1* 17 quibus *DMPm1H* quos *cet. v* 18 etiamsi *DMPF* si *cet. v* (etiam [et *EI*] *ante* cognitos *add. EGHI, post* cognitos *v*) fuisse] esse *M* 19 si *om. M* 20 tenebras *post* potest *tr. Hv* 21 si *om. Mm1F*

scriptum: *uae his qui dicunt quod nequam est bonum et quod bonum est nequam,* ne paleam frumenta inter se tolerent usque ad tempus uentilationis, ut, cum male intellegunt: uae his qui dicunt quod nequam est bonum et quod bonum est nequam, compleatur in eis: uae his qui perdiderunt sustinentiam. si autem intellegant in eos hoc esse dictum, qui opinantes quod malum est bonum esse mala committunt uel hi qui talibus laudando atque approbando consentiunt, quae duo genera uno in loco scriptura commemorat dicens: quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae et qui iniqua gerit benedicetur, recte intellegent nec turbabuntur, cum et aput ipsos inueniuntur mali, nisi quod eos pro Donati parte tolerant quos pro Christi unitate debuerunt, et per hanc obstinationem animositatis suae coguntur miseri in schismate suo ferre quos norunt, in orbe terrarum accusare quos nesciunt. quisquis ergo uel quod potest arguendo corrigit uel quod corrigere non potest saluo pacis uinculo excludit uel quod saluo pacis uinculo excludere non potest aequitate inprobat, firmitate subportat, hic est pacificus et ab isto maledicto quo scriptura dicit: uae his qui dicunt quod nequam est bonum et quod bonum est nequam, qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, qui ponunt quod amarum est dulce et quod dulce est amarum omnino liber, prorsus securus, penitus alienus.

II. 4. Obiciunt iterum simile aliquid solita caecitate. *de uobis*, inquiunt, *dicit scriptura: qui iudicat iustum in-*

1 epist. Parm. Esai. 5, 20 5 Eccli. 2, 16 10 Ps. 9, 24 21 Esai. 5, 20 26 epist. Parm. 27 Prou. 17, 15

2 ne] non quo *M* quo *α* 3 se non *α* ad usque *β* intelli(-e-*P*)-gant *MPα* 6 perdiderint *FH* 8 committitur *M* hi] hii *P* in eos *Mα* 9 in uno *Fγ* 11 benedicetur *DMPGm1* benedicitur *cet. v* 12 et *om. MPα* 13 inuenientur *Em1GI* per—partem *M* parte donati *Gγ* 14 tolerare debuerunt *FGγ* 18 saluo pacis uinculo *pr. om. M* 19 inprobat (in *s. l. m2*) *D* 20 quo] quod *α* 24 est *alt. om. M* 26 terum *D*

iustum, iniustum uero iustum, execrabilis aput deum. cur non ista execratio potius in illos cadit, qui uniuersum orbem terrarum christianum damnare ausi sunt inauditum, in quo tam ingenti hominum numero sine ulla dubitatione fuerunt et sunt ab eorum criminibus innocentes? hoc ergo modo quod iustum est iudicarunt iniustum, quod autem iniustum est iudicarunt iustum, cum Optatum Gildonianum, decennalem totius Africae gemitum, tamquam sacerdotem atque collegam honorantes in communione tenuerunt. aut si eum corde improbabant, sed pro pace tolerabant, discant nullius pacifici patientiam malo non consentientem ab ullis malis posse maculari, atque ita sentiant, in qua perditione iaceant qui propter falsa siue uera — non enim hoc nunc quaeritur — crimina Afrorum unitatem spiritus in uinculo pacis non seruant cum orbe terrarum. qui si dicerent: 'nescimus an sint per tot gentes terrarum transmarinarum boni christiani', impudentissime dicerent. deus enim perhibet testimonium frumentis suis, quae per totum agrum seminans quamuis cum zizaniis a diabolo superseminatis tamen usque ad messem crescere praenuntiauit; unde etsi homines ipsos minus nouimus, esse tamen eos ideo nouimus, quia mentiri deum non potuisse fide certissima retinemus. cum ergo sacrilega impudentia dicerent: 'nescimus utrum sint in cetero terrarum orbe boni christiani,' uideant qua insania dicere audeant — cotidie enim non dubitant dicere —: 'scimus non ibi esse christianos'. aliud est utique 'nescimus an sint', aliud 'scimus quod non sint'; utrumque infidele et impium est. sed si detestandus est qui dicit: 'nescio an uera dixerit deus', quid est ille qui dicit: 'scio quod non uera dixerit deus'?

14 cf. Eph. 4, 3

1 est apud *Mα* 6 iniustum iudicarunt *Gγ* quod autem (et quod *P*) —iustum *om. Mα* 13 nunc *om. GH* quaeritur nunc *v* 18 seminamus *M* seminata *v* 21 esse bonos tamen ideo nouimus eos *EI* 22 dicant *EGI, cf. p. 23, 8* 23 orbe terrarum *MGIv* 24 enim *om. DP* 25 *pr.* non *om. H* dubitabant *M'* ibi non *M* 26 utique] enim *M* 27 et infidele et β 28 quid] quis *Mα*

5. Certe arbitror quod neminem istorum offendere debeo, si Donato deum praeposuero. quantumlibet enim ament Donatum, plus timent deum; postremo, quantum ipsi ament Donatum, nos nouimus quia solus deus uerax est, omnis autem homo mendax. Christus ergo, qui super omnia deus est benedictus in saecula et qui uerissime de se ipso dixit: ego sum ueritas, cum serui eius ab eo quaererent, utrum uellet eos ire et colligere zizania, sinite, inquit, utraque crescere usque ad messem, Donatus autem dicit zizania quidem creuisse, frumenta uero esse deminuta. eligant isti cui credant. Christus id est ueritas dicit: ager est hic mundus, Donatus autem dicit agrum dei solam Africam remansisse. eligant cui credant. Christus id est ueritas dicit: in tempore messis dicam messoribus: colligite primum zizania et exponit dicens: messis est finis saeculi, Donatus autem dicit per praecisionem partis suae ante messem a frumentis zizania separata. eligant cui credant. Christus id est ueritas dicit: messores angeli sunt, Donatus autem dicit se atque collegas suos hoc fecisse ante messem quod ille dixit angelos in messe facturos. eligant cui credant. certe christianos se dicunt: Christum eis Donatumque proponimus. si uerba dant Christo, cor autem Donato, considerent qui sint. ego parco, non inuehor, non exaggero, dolorem meum melius premo quam promo. si autem dicunt se Christo dare cor suum, Christo ergo credant dicenti quod per totum mundum et filii regni crescant et filii maligni, non Donato dicenti quod per mundum filii maligni tantummodo creuerint, filii autem boni usque ad solam Africam deminuti sint. quodsi

4 Rom. 3, 4 5 Rom. 9, 5 7 Ioh. 14, 6 8 Matth. 13, 30 11 Matth. 13, 38 14 Matth. 13, 30 15. 18 Matth. 13, 39 26 cf. Matth. 13, 38

3 quantumlibet *v* 7 uia et ueritas *EFI* uia et (*om. v*) ueritas et uita *GHv* 10 esse *om. M* diminuta *Mα* 12 in sola africa *Mα* 16 per *om. Mm1* partis] patris *D* 17 separari *Mα* 18 sunt angeli *FH*$_{\gamma}$ 22 praeponimus *F* qui (quid *EGI*) sint considerent *MPα* 27 per totum mundum *EGv* creuerunt *EFGv* 28 diminuti *Mα* sunt *MFGHIv* quodsi] qui si *M*

Christo credunt, non iam dicimus cum ecclesiis orbis terrarum, sed cum ipso euangelio pacem habeant, quod ab igne se conseruasse mendaciter iactitant, quia factis non probant.

III. 6. Iam illud quo pertinet quod idem Parmenianus ex propheta Esaia nobis obiciendum putauit: *numquid non ualet manus domini saluos facere aut grauauit aurem ne exaudiat? sed delicta uestra distingunt inter medium uestrum et dei, et propter peccata uestra auertit faciem a uobis ne misereatur. manus enim uestrae sanguine coinquinatae sunt et digiti uestri in peccatis; labia autem uestra locuta sunt iniquitatem et lingua uestra iniustitiam meditatur. nemo loquitur iusta nec est iudicium uerum. confidunt in uanis et locuntur inania, quia parturiunt dolorem et pariunt iniquitatem. oua aspidum eruperunt et telam araneae texunt, et qui erat de ouis illis manducaturus conterens inuenit olidum et in ipso basiliscum. tela eorum non erit ad uestiendum neque se operient de operibus suis. opera enim illorum opera iniquitatis, pedes autem eorum ad nequitiam currunt ueloces ad effundendum sanguinem, et cogitationes eorum cogitationes insipientium. contritio et miseria in uiis eorum, et uiam pacis non cognouerunt?* quos isto loco scriptura describit, ubicumque fuerint etiam inter bonos non obsunt bonis, sicut non obest palea frumentis, donec ueniat dominus areae ferens uentilabrum in manu sua et mundet aream suam,

5 epist. Parm. Esai. 59, 1—8 27 cf. Matth. 3, 12

2 habent *M* 3 mendaciter *om.* β iactant *M* quia] quod *MFG*γ approbant *M* 5 profeta *D* 6 adgrauauit *M* 7 ne] ut *H* ut non *v* distingunt *sic DMPG1* 12 meditantur *Dm1* 13 nec] non α 14 locuntur *sic DMPEFG* inania (κενά) *DP* inania uel uana *M* uana *FGHv* mala *EI* 16 ruperunt *Dm2Em1Hm1I, cf. p. 51, 10. 14. 23* telas *M* areneae *F* texuerunt *Mm1Pm1EGI* 18 ergo eorum *MEm2FGHv* 21 illorum *M* 23 miseria] infelicitas *EI* 25 etiam] et *EI, om. GHv* 26 uenia *Dm1* 27 et] ut α

frumenta recondat in horreum, paleam uero comburat igni inextinguibili; sicut non obfuit bonis tanta multitudo sceleratorum, quod per Ezechielem prophetam didicimus, illis uidelicet qui gemebant et maerebant facinora populi quae fiebant in medio eorum. unde, quia eos corrigere non poterant nec ab unitate populi dei se ullo modo separare debebant, pro merito innocentissimae tolerantiae suae signari meruerunt et in illorum perditorum uastatione atque interitu liberari. uerumtamen isti qui haec catholicis obiciunt cur non se respiciunt, quorum et cateruae gregum furiosorum huc atque illuc armatae ferro ac fustibus uolitant et tam crebris ubi potuerint stragibus nequaquam in tanta immanitate satiantur, ubi per busta cadauerum eorum cum feminis, quae cum illis passim commixtae contra ordinem rerum diuinarum et humanarum diebus ac noctibus euagantur, tanta feruet ebrietas, ut inde insaniam cotidianam non solum alios insectandi, sed etiam se ipsos praecipitandi concipiant? horum pedes ad malitiam non currunt nec ueloces sunt ad effundendum sanguinem? ab istis non recedit iudicium, qui sibi etiam iniustissimas licentias inordinatae potestatis usurpant? istis non fiunt tenebrae, dum sustinent lumen in falso martyrio? nonne in media nocte ambulant et per diem, quandoquidem dicit apostolus: qui inebriantur nocte sunt ebrii? nonne isti cadunt in meridie quasi media nocte? quod quidem omnium haereticorum est, qui rem manifestissimam in luce omnium gentium constitutam uidere non possunt, extra cuius unitatem quidquid

4 cf. Ezech. 9, 4 17 cf. Esai. 59, 7 19–21 cf. Esai. 59, 9 22 I Thess. 5, 7 23 cf. Esai. 59, 10. Hiob 5, 14

1 recondit *Pm1* 3 quod (qui *Pm1*) per ezechielem (iezechielum *D*) prophetam didicimus (dicimus *D*) *DP* (*cf. De bapt. II 1, 2* quod etiam nos in scripturis sanctis didicimus) qui per ezechielem (ezechihelem *F* iezechielem *MH*) prophetam dicti sunt *Mα* 9 despiciunt *M* 10 et *om. Mα* 12 in] tamen α 17 malitiam] malum γ 19 qui sibi] quis *M* 20 isti *M* 21 sustinent (ἀναμένουσι, *cf. Roensch, It.*^{2} *p. 381*) *DP* non ualent sustinere *Mα* in *alt.*] isti in γ 22 et] etiam *Mα* 23 nonne] non *M* cadunt] palpant *G*γ 24 in media α 25 constituta *M* 26 quicquid *MGHI*

operantur, quamuis magna sollertia et diligentia fieri uideatur, tam illis nihil prodest aduersus iram dei, quam nec aranearum telae possunt defendere a frigore.

7. Quid ergo de hoc prophetico capitulo ponunt quod in ipsos retorqueri non possit nisi forte de ouis aspidum, quorum multum meminerat dictator ille sententiae plenarii concilii trecentorum decem, cum ex uniuersis prouinciis Africae conuenerunt? hoc certe nunc si uiueret Parmenianus non diceret nec ex propheta Esaia poneret aduersus nos: *oua aspidum eruperunt.* respiceret enim adiunctum collegio suo Felicianum Mustitanum et Praetextatum Assuritanum, quos ex numero damnatorum quasi bono pacis, non tamen Christi sed Donati, uelut integros denuo receperunt, qui et erant oua aspidum et eruperant. sic enim eos describunt trecenti decem plenarii concilii ore ueridico, sicut eorum gesta etiam proconsularibus gestis allegata testantur. haec enim certe concilii eorum uerba sunt: licet enim uiperei seminis noxios partus uenenati uteri alueus diu texerit et concepti sceleris uda coagula in aspidum membra tardo se calore uaporauerint, tamen conceptum uirus euanescenti umbraculo celari non potuit. nam etsi sero publicum facinus et parricidium suum feta scelerum uota pepererunt. haec oua aspidum iam eruperant iamque horribilia et male olentia cum uenenosis fetibus erant ab eorum communione proiecta, sed erat intus Optatus basiliscus, qui nutu quodam regali, quo inter serpentes excellere dicitur,

9 epist. Parm. Esai. 59, 5 14. 17 Sententia concilii Bagaiensis, cf. De bapt. II 12, 17

1 solertia *DMP* 2 tam] tamen α quam] quos *Fγ* 4 prophetico] proprio *M* in ipsis *DMP* 6 multum *DP* multo *M* ante multum *H* multo ante *cet. v* illae *P* illius *v*, *ut legitur Cresc. III 19, 22* 7 cum ex] qui cum α 8 nunc *om. Mα* 9 Isaia propheta *v* aduersum β 11 asuritanum *M* 15 gesta *om.* α 16 enim *om. Gγ* certe *om. M* 18 aluus *v* 19 uda] uta *D* ut *MPEGHI*, *om. F* coaugula *Pm1* 20 conceptus *P* euanescenti *D* (ti *in ras. m1*), *P* euanescente *Mα*, *cf. Cresc. IIII 2, 2* 21 celare *F* 23 iam *om.* β 24 faetibus *DM* 26 quondam *MF*

etiam proiectos aspides reuocaret. aut si haec pro pace non obsunt, quid catholicis obiciunt quos conuincere nequiuerunt, cum ipsi receperint quos ore proprio damnauerunt? si haec pro pace non obsunt, obsunt tamen pro pace Donati, cui multum fauetur in iniuriam pacis Christi, pro quo sacrilegio quidquid corporalibus molestiis patiuntur ammonitio dei est cauendae damnationis aeternae. nam ipsi uere sanguinem non solum corporaliter per furias circumcellionum, sed etiam spiritaliter fundunt, qui orbem terrarum, si possint, rebaptizare conantur. aut si solus ille sanguinem fundit, qui carnem mortalem uel uulnerat uel uulnere perimit, ille autem non fundit, qui seductas animas sacrilegio schismatis perimit, quare in schismaticos suos Maximianistas per eandem plenarii concilii sui sententiam talia dixerunt: ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, cum ab eis constet corporaliter neminem occisum, neminem uulneratum, sed insuper eos ab istis multa perpessos, cum de basilicis per iudiciarias potestates excluderentur? qualia multis ante separationem Maximianistarum, cum in uno pariter essent, multa fecerunt, eis qui priora ex parte Donati schismata fecerant. cui enim umquam schismatico suo pepercerunt, qui sibi ab orbe terrarum, cuius ipsi schismatici sunt, nimis impudenter parci uolunt, cum a sola ipsa uera unitate iustissime schismata puniantur, si eo modo ista punienda sunt?

IIII. 8. Et illud quod scriptum est: *secundum principem populi sic et ministri ipsius, et qualis rector est ciuitatis tales et inhabitantes,* si intellegerent quo

14 Esai. 59, 7 25 epist. Parm. Eccli. 10, 2

1 proiectas *v* 3 receperunt *M* damnauer (*sic*) *Dm1* 4 non obsunt Christi *Iv* tamen] enim *M* pace] parte *M* 5 in *om. M* 6 quicquid *codd. praeter PF* 7 non solum corporaliter *post* circumcellionum *tr. M* 9 quid *M* possent *EFI* possunt *MGHv* 10 carnem mortalem *post* uulnerat *tr. M* 11 uulnere] uulneratam *Mα* 12 perimit] occidit *α* 18 multis *om. Mα* 19 in unum *γ* 26 est rector *MEFGI* 27 et *om. Hv* inhabitantes in ea *M*

pertinet, nec nobis obicerent nec ipsi uana iactantia superbirent. nos enim, ut hominum spem, quae in solo deo tuta recteque secura est, non in hominibus collocemus, quoniam scriptum meminimus: maledictus qui spem suam ponit in homine, non intellegimus hoc loco principem populi et rectorem ciuitatis episcopum significari; non ideo, quia non possumus innumerabiles sanctos in catholica episcopos intueri, sed ne cuiusquam ut dixi spes hominis in homine collocetur et, si ei forte contingat in ea uiuere ciuitate, ubi non sit bonus episcopus, arbitretur impune se malum fieri, usurpans ad defensionem suam tam peruerse intellectam istam scripturam quam peruerse ab istis intellegitur, et dicens ideo se bonum esse non posse, quia secundum principem populi sic et ministri eius, et qualis rector est ciuitatis tales et inhabitantes. contradicitur enim huic errori ueritatis ore dicentis: quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite. dicunt enim et non faciunt. habentes itaque plebes tales episcopos, qui bona dicant ex cathedra Moysi et ea quae dicunt non faciant ex pestilentia sua, si illi faciant ea bona quae dicunt et non faciant mala quae faciunt, sicut praecepit dominus, nonne satis indicant non ita intellegendum principem populi et rectorem cīuitatis quomodo isti intellegunt, quia possunt esse populi boni et ubi fuerint episcopi mali, sicut potuit esse populus malus ubi fuit Moyses princeps et rector bonus? errantes enim in uerbis sanctarum scripturarum et, sicut dicit apostolus, non intellegentes neque quae loquuntur neque de quibus affirmant,

4 Hier. 17, 5 13 Eccli. 10, 2 16 Matth. 23, 3 18 cf. Matth. 23, 2 19 cf. Ps. 1, 1 26 I Tim. 1, 7

2 spe *Pm1* 7 possimus *FH*γ catholica fide (sede *G*) β 8 collocetur in homine α 9 forte ei *MP*α 11 intellectam *om.* β 12 bonum] hominum *Dm1* 13 qui *Dm1* 14 et *om. M* est rector *MEFI* est *om. H* 15 et *om. Mv* 17 nolite facere *v* 18 dicant *ex* dicunt *Dm1* dicunt *P*α 19 faciunt *MP*α *an* illae? 20 faciunt ea quae bona dicunt *M* dicant *Pm1* faciant] faciunt *M* faciant ea mala *GHv* 21 praecipit *Ev* ista *Dm1* intelligendum esse *v* 23 quia possunt] possunt enim *M*α et *om. M*α 27 locuntur *PEG*

ipsi potius secundum peruersitatem intellectus sui magnas patiuntur angustias, cum eis dicitur: 'ergo qualis fuit Optatus, talis fuit et plebs Thamugadensis; et si communione sacramentorum, sicut dicitis, contaminantur et illi qui facta mala improbant, etiam illa quae pro pace tolerant unitatis, tales estis et uos omnes, qui et illi collegae uestro et illi plebi communicastis, cum illum tota Africa Gildonis satellitem manifesto gemitu declararet'. quem propterea saepe nomino, quia ita manifestus apparuit, ut ubicumque fuerit nominatus nullus se ignorare respondeat.

9. Nam ipsi respiciant et recordentur quam multos inter se similes habeant, quorum par malitia est, sed impar notitia, et aliquando ueniant ad ueram sententiam istorum uerborum et intellegant unum populi principem dominum nostrum Iesum Christum, cuius ministri sunt boni, et ipsum rectorem ciuitatis illius Hierusalem, quae est mater nostra aeterna in caelis. cuius rectoris dignitati congruunt habitantes non ad aequalitatem, sed pro modo suo, quia dictum est eis: sancti eritis, quoniam et ego sanctus sum, secundum quandam scilicet imaginis similitudinem, in quam transformamur de gloria in gloriam tamquam a domini spiritu munere illius, qui nos facit conformes imaginis filii sui. est et alterius mali populi diabolus princeps et rector eius ciuitatis, quae mystice Babylonia dicitur, quoniam principes et rectores tenebrarum harum id est peccatorum ipsum et angelos eius apostolus Paulus appellat, et illius ministri similes eius sunt, quia transfigurant se in mini-

16 cf. Gal. 4, 26 18 Leu. 11, 45 20 II Cor. 3, 18 22 cf. Rom. 8, 29 23 cf. Apoc. 17, 5 24 cf. Eph. 6, 12 26 cf. II Cor. 11, 14—15

3 fuit et γ et fuit *G* fuit *DPFH* cetera plebs fuit *M* 4 factam *Dm1* 5 etiam illa quae] et (etiam *G*) illi qui ea *EGI* et illi qui etiam ea *v* 6 uestro *om.* β 7 communicatis *Pm1* 8 declamaret *EI* 10 eum se *EI* 12 habent *M* 16 ierusalem *DF*γ hirusalem *M*, *per compend. GH* in caelis aeterna β 17 dignitatis *Pm1* 18 quoniam et] quia *M* 20 in qua *HI* 24 quoniam] quem α principem *M*α rectorem *MGHIv* 25 et *pr. om. M* apostolus Paulus appellat] appellat apostolus *M* apellat *P* 26 eius *Dv* eis *G* ei *cet.* qui *M*

stros iustitiae, sicut ille in angelum lucis, et inhabitantes rectori pessimo in factis similibus congruunt. sed istorum populorum atque ciuitatum tunc erit aperta separatio, cum ista messis fuerit uentilata; quod donec fiat omnia tolerat dilectio frumentorum, ne, dum grana paleam praepropere fugiunt, a consortibus granis impie separentur.

V. 10. Quid igitur iam ualet ad causam quod isti nobis obiciunt, quia per Esaiam dicit dominus de malis sacrificatoribus: *facinerosus qui sacrificat mihi uitulum quasi qui canem occidat, et qui ponit similaginem quasi sanguinem porcinum, et qui offert thus in memoria quasi blasphemus?* haec omnia multo congruentius de illis dicuntur, qui contra ecclesiam dei toto sicut promissa est orbe diffusam altare sui schismatis erexerunt; quod eos sacrilegium omnes inuoluit, et quilibet ubilibet offert sacrificium tali corde uel factis, ut haec audire mereatur, perniciem sibi infert, non illis bonis qui secundum prophetam Ezechielem gemunt et maerent peccata et iniquitates quae fiunt in medio eorum, quamuis non se inde corporaliter separent; unicuique enim tribuit dominus secundum cor suum. nam si primis temporibus non obfuerunt mali sacerdotes uel collegis bonis, sicut fuit Zacharias, uel popularibus bonis, sicut fuit Nathanahel in quo dolus non erat, quanto magis nihil obest in unitate christiana episcopus malus uel coepiscopis bonis

9 epist. Parm. Esai. 66, 3 18 cf. Ezech. 9, 4 20 cf. Ps. 19, 5 22 cf. Luc. 1, 5 23 cf. Ioh. 1, 47

8 per—sacrificatoribus] de malis sacrif. dom. per esaiam (ysaiam *I* Isaiam *v*) prophetam (*om. v*) dicit γ 9 facinorosus *codd. praeter Dm1* 10 ponit *om.* α 11 quasi qui *Dm2* tus *F* in memoria (-am *F*) quasi blasphemus] quasi qui benedicat uitulo (idolo *I*) *EI* 14 orbe *post* toto *tr. M* 16 haec ut *EGHv* 17 *post* bonis *add. v:* qui accipiunt ab eis sacramenta eadem prophetam *om. M* 18 iezechielem *DMPGH* ezechihelem *F* et iniquitates *om.* α 20 deus *EI* deus tribuit *v* 22 zacharias fuit *M* bonis *alt. om.* α fuit *alt. om. M* 23 natanahel *Dm1* nathanael *MP*β obesse potest *M* 24 bonis *om. MPEFI*

uel laicis bonis, cum iam ille sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec et pontifex noster sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis, qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. nec illud ergo bonis obest, sed offerentibus malis, quod uerissime dictum est: dona iniquorum non probat altissimus. non enim dixit: 'dona eorum qui pro pace iniquos tolerant non probat altissimus', cum tamen nec isti ea quae obiecerunt probare potuerint eo tempore quo schisma fecerunt. alioquin illis exclusis istos hereditas Christi toto orbe diffusa in communione catholica detineret.

VI. 11. *Sacrificia,* inquit, *impiorum execratio est domino; etenim inique offerunt illa.* iam supra responsum est quia non est iniquus Christus, qui pro nobis se ipsum obtulit et noster in caelo mediator est, quo suam ecclesiam gubernante bonis mali non oberunt qui uel ignorantur uel pro pace tolerantur, donec ipse ueniat ac separet praemissis messoribus a messe zizania et uentilabro paleas a frumentis. quamquam isti, quod saepe dicendum est, falsa crimina obiecerint, quae si etiam uera essent bonorum caritati pro unitate in unitate omnia toleranti nihil nocerent, si ea forte etiam cognita iudicibus ecclesiasticis persuadere non possent. sacrificia ergo impiorum eis ipsis oberunt qui offerunt impie. nam unum atque idem sacrificium propter nomen dei, quod ibi inuocatur et semper est sanctum, tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit; qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. non ait 'aliis', sed

1 cf. Hebr. 7, 17 2 cf. Hebr. 6, 20 cf. Rom. 8, 34 3 Rom. 4, 25 6 Eccli. 34, 23 12 epist. Parm. Prou. 21, 27 15 cf. I Tim. 2, 5 17 cf. Matth. 13, 30 18 cf. Matth. 3, 12 20 cf. I Cor. 13, 7 26 I Cor. 11, 29

1 bonis *om. GHv* in aeternum *om. Hv* 2 melchisedech *MFH*$_\gamma$ 5 ergo *om.* β 8 obitiunt *M* 11 retineret α 13 iniqui *M* illa] ea *M* 15 optulit *MF* 17 hac *P* promissis *Pm1* 20 si uera etiam *PF* etiam si uera *GHv* etiam *om. EI* uera *om. M* 21 in unitate *om. M* forte ea *M* 22 persuaderi α 24 domini α ibi *om.* β 25 sanctum est γ et tale α 26 acceserit *Dm1* 27 non ait—*alt.* bibit *om. EGH*

'sibi'. qui ergo digne manducat et bibit, gratiam sibi manducat et bibit. illi ergo uideant utrum digne manducent, qui inter tam multos parentes et filios, maritos et uxores, inter tam multos, quod est potissimum, dei heredes et Christi coheredes toto orbe diffusos nefario schismate diuiserunt, cum possent utique, si boni essent et uere malos arguerent, fructuose tolerare pro pace Christi quae perniciose tolerant pro parte Donati.

VII. 12. *In Exodo*, inquit, *scriptum est: sacerdotes autem qui accedunt ad dominum deum sanctificentur, ne forte derelinquat eos dominus, et iterum: et cum accedunt ministri ad altare sancti, non adducant in se delictum, ne moriantur, et illud in Leuitico: homo qui habuerit maculam et uitium non accedat offerre dona deo.* bene quod de ueteribus libris testimonia ista proponunt. dicant ergo mihi, cui sancto secundum salutem spiritalem obfuerit uel in sacerdotibus uel inter populum constituto malus aut maculatus sacerdos. ubi erat Moyses et Aaron, ibi murmuratores sacrilegi, quos deus semper a facie sua perdere minabatur; ubi erat Caiphas et ceteri tales, ibi Zacharias, ibi Simeon et ceteri boni; ubi Saul, ibi Dauid; ubi Hieremias, ubi Esaias, ubi Danihel, ubi Ezechiel, ibi sacerdotes mali et populi mali; sed sarcinam suam unusquisque portabat.

13. Omitto dicere quam scelerata superbia dicatur neminem esse inter collegas suos uel se ipsum non esse cum aliqua

4 cf. Rom. 8, 17 8 epist. Parm. Ex. 19, 22 10 Ex. 30, 20—21 12 Leu. 22, 21 23 cf. epist. Parm.

1 quid *Dm1* manducat digne *v* 2 qui] quod *Dm1M* 3 tam *pr. PHv, om. cet.* et filios et *GI* tam *alt. om. M* 4 potentissimum *Em1I* patentissimum *Hv* 6 arguere et *F* tolerare] tollerarent *M* 7 parte] pace *Gv* 8 autem *om. Fγ* 10 et *alt. om. Fγ* ministri ad altare accedunt *γ* 11 sancti *om. Mα* 13 dona offerre *MPFγ* 14 quod] quidem *v* ista testimonia *v* 16 offuerit *MP* in populo *M* 18 et sacrilegi *F* a facie sua semper *MPα* 19 symeon *DMEGHI* 20 et] ibi *Pm1* hieremias *P* iheremias *E* ieremias *cet. v* 21 daniel *MPGHIv* iezechiel *DMEGH* 23 dicant *β* 24 ipsos *β* non esse *om. v*

macula et uitio non membrorum, sed quod peius est morum. quod ubi agere cum eis coeperimus, respondent interesse qualis sit macula et quale uitium, quasi scriptura discreuerit quae ait: homo qui habuerit maculam et uitium non accedat offerre dona deo. nullamne maculam et uitium habuit non dico Optatus, sed ipse Parmenianus aut ipse Donatus? sed tanto isti amore hominum caeci sunt et corde impudico adulteros mentis suae uni legitimo uiro coaequare non dubitant, ut quod de solo domino Iesu Christo dici potuit etiam in Donato perfectum fuisse contendant. quis dabit oculis meis fontem lacrimarum? quis congruus huic sceleri gemitus concusso pectore exprimitur? sed interim attendant utrum saltem Optatus habuerit aliquam maculam aut aliquod uitium; non usque adeo caeci sunt, ut et istius uitam omnino immaculatam et omni uitio carentem fuisse respondeant. cur ergo accedebat offerre dona deo et ab eo ceteri coniunctis manibus accipiebant, quod maculosus et uitiosus obtulerat? attendant in ceteris suis utrum nulla sit macula ebriositas, sed prius legant quibus sceleratis ebriosos apostolus Paulus adiunxerit; utrum auaritia nulla sit macula, quam idem apostolus sic detestatur, ut idolorum comparet seruituti.

14. Qui autem rectissime sapiunt, intellegunt quemlibet hominum, quamuis iam pro consortio societatis humanae non absurde dici possit iustissime uiuere, non posse tamen esse sine aliquo uitio, quamdiu caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, et: qui

4 Leu. 22, 21 10 Hier. 9, 1 19 cf. I Cor. 5, 11. 6, 9—10 21 cf. Eph. 5, 5 25 Gal. 5, 17 26 I Ioh. 3, 9

2 coeperimus *ante* agere *tr. M* respondebunt $G\gamma$ 3 sit *post* uitium *tr. Hv, om. MPEFGI* 4 uitium aut maculam *M* 5 dona offerre *MPFH*γ deo offerre dona *G* et] aut *M* habuit et uitium α 9 domino nostro *codd. praeter DMP* 12 exprimetur *F*γ 13 aliquid *F, om. GHv* 14 et *om.* α 15 respondendum *Pm1* 16 dona offerre *FH*γ deo offerre dona *G* ceteri *post* manibus *tr. M* 17 optulerat *MPEH* 18 ceteris collegis suis $G\gamma$ pius *M* 19 adiunxerit apostolus (*om.* Paulus) β adiunxerat *M* 21 comparat *P* 22 quamlibet *P* 26 *post* carnem *in D haec leguntur e margine archetypi inlata:* Utrumque ab apostolo iohanne dictum est, *eadem in mg. Pm2*

natus est ex deo non peccat, et: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. quamuis enim, in quantum ex deo nati sumus, non peccemus, inest tamen adhuc etiam quod ex Adam sumus, quia nondum est absorta mors in uictoriam, quod etiam in corporum resurrectione promittitur, ut omni modo beati et immaculati et incorrupti simus qui iam secundum fidem filii dei sumus, sed secundum speciem nondum apparuit quod erimus. nondum enim re, sed spe salui facti sumus. spes autem quae uidetur non est spes. quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam exspectamus. quamdiu autem per patientiam exspectamus redemptionem corporis nostri, non audeamus nos dicere carere omni uitio, ne ipsa superbia sit immanissimum uitium, et euigilemus aliquando atque uideamus in sacerdotibus illius temporis, cum corporalia uitia uitabantur, illum praefigurari, qui cum esset deus factus est homo propter nos, solus uere agnus immaculatus et sacerdos sine uitio. ideoque et tunc sacerdos solus intrabat in sancta sanctorum, populus autem stabat foris, sicut nunc ille sacerdos post resurrectionem intrauit in secreta caelorum, ut ad dexteram patris interpellet pro nobis, populus autem cuius ille sacerdos est adhuc foris gemit. nam cum episcopo intus est populus et orat cum illo et quasi suscribens ad eius

1 I Ioh. 1, 8 5 I Cor. 15, 54 6 cf. I Cor. 15, 52 7 cf. II Cor. 5, 7 8 I Ioh. 3, 2 9 Rom. 8, 24—25 13 cf. Rom. 8, 23 18 cf. I Petr. 1, 19 19 cf. Leu. 16, 2. 34. Hebr. 9, 7. cf. Petil. II 105, 241

2 nosmet *M*γ 3 enim *om. M* 5 nati sumus *FG*γ est absorta *DPH* absorta (absorpta *Fv*) est *MFG*γ uictoria *MEGHI* 6 ut] et *M* omni modo] omnino *EFv* 8 speciem] spem *EGHI* 13 autem expect. per pat. corp. nostri redemptionem β redemtionem *D* 14 audemus *M* dicere carere nos γ omnino *M* 15 sit *om. Pm1* et euigilemus] euigilemus igitur *G*γ 18 propter nos homo γ uerus *G*γ, *om. H* 19 et *om. M* 21 resurrectionem suam *G*γ 22 interpellat *Pm1* 23 ille cuius *M* episcopus *F* episcopus solus *Gv* epō sanus *H* 24 subscribens *MP*α

uerba respondet 'amen'. usque adeo tunc, quando sine ulla macula et sine ullo uitio, quia non poterant animi, sacerdotum corpora quaerebantur, solus ille praefigurabatur, non isti superbi et impii, qui fornicante anima non zelant sponso, sed eis se audent ostentare pro sponso.

VIII. 15. *In euangelio,* inquit, *scriptum est: deus peccatores non audiet; sed si quis dominum coluerit et uoluntatem eius fecerit, illum audiet.* et hic absoluta responsio est. si enim duo simul orent, unus peccator et alter qui dominum colit et uoluntatem eius facit, nimirum illum audit, illum non audit. quid sibi ergo uult hoc testimonium uel quomodo pro se arbitrantur esse proferendum, cum his uerbis maxime securi fiant inter malos boni nec ulla causa corporalis separationis existat, ut nefario schismate homines etiam a bonis per spiritalem discordiam separentur, quando- quidem possunt et mali inter bonos non exaudiri propter infidelitatem suam et boni inter malos exaudiri propter fidem suam? deus enim qui cordis inspector est non errat, ut alium pro alio uel exaudiat uel repellat. an propterea dicunt haec, ut intellegatur episcopus malus non exaudiri, cum pro populo rogat? quod etsi ita esset, non ideo tamen populus, si bonus atque fidelis est, sollicitus esse debet. securos enim illos facit illa scriptura quae ait: fratres, haec scribo uobis, ut non peccetis; et si quis peccauerit, aduocatum

2 cf. I Mach. 4, 42 6 epist. Parm. Iob. 9, 31 18 Prou. 24, 12 23 I Ioh. 2, 1—2

2 ullo *om. GHv* 4 fornicante anima *scripsi* fornicantem animam *codd. v* cęlant *E* eis (*i. e.* sectatoribus suis) *scripsi* ei *codd. v cf. p. 58, 7* adulteros mentis suae uni legitimo uiro coaequare non dubitant audent se *Fv* 6 peccatorem *MH, cf. p. 63, 5* 7 audit *MPα* deum α colit β 8 facit α illum] hunc γ audit *Mα* haec β 10 deum α 11 et *ante* illum *add.* γ ergo sibi *v* 12 pro se *om. F* 14 separationis corporalis *M* 15 spiritalem] talem *Mα* 16 non exaudiri—malos *om.* α propter—exaudiri *om. M* 20 hoc *Mm2* β malus episcopus *v* 22 deberet β 23 illa *om. GHv*

habemus ad patrem Iesum Christum iustum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. quam ueraci et pia humilitate dictum sit audiant, si habent aures unde audiant. Iohannes enim dixerat: haec scripsi uobis, ut non peccetis. si ita sequeretur ut diceret: 'et si quis peccauerit, aduocatum habetis ad patrem Iesum Christum iustum, et ipse est propitiatio pro peccatis uestris', se ipsum a peccantibus quasi segregasse uideretur, ut iam non ei opus esset propitiatio quae fit per mediatorem sedentem ad dexteram patris et interpellantem pro nobis. quod utique non solum superbe, sed etiam falso diceretur. si uero etiam ita diceret: 'haec scripsi uobis, ut non peccetis, et si quis peccauerit, mediatorem me habetis ad patrem, ego exoro pro peccatis uestris', sicut Parmenianus quodam loco mediatorem posuit episcopum inter populum et deum, quis eum ferret bonorum atque fidelium christianorum, quis sicut Christi apostolum et non sicut antichristum intueretur? et tamen isti lacus detriti fumosam istorum superbiam ferunt et spiritum sanctum continere non possunt, ut seruent unitatem spiritus in uinculo pacis et in omnibus orationibus suis de uno mediatore securi sint.

16. Homines enim omnes christiani inuicem se commendant orationibus suis. pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus uerusque mediator est, cuius typus quoniam praefigurabatur in sacerdote ueteris testamenti, nullus et illic inuenitur orasse pro sacerdote. Paulus autem apostolus, quamquam sub capite praecipuum membrum, sed tamen quia

9 cf. Rom. 8, 34 14 cf. epist. Parm. 17 cf. Hier. 2, 13 19 cf. Eph. 4, 3 20. 23 cf. I Tim. 2, 5 26 cf. Eph. 4, 15. Rom. 12, 5

1 ad] aput *Gm1* apud *MPEGm2I* 2 quam] hoc quam *G*γ 3 sit] est *et s. script.* sit *F* 4 dixit *M*α scribo *M*β, *cf. lin. 11* 5 itaque β ut] et γ 6 habetis me *M* aput *G* apud *EI* Iesum Christum iustum *om. M* est *om. FH* 8 propitiatione *FG*γ 11 diceretur] diceret *G*γ etiam *om.* α ita etiam *M* 13 apud *EI* et ego γ parmeniano *Pm1* 14 episcopum *post* loco *tr. M* 16 apostolum christi *MP*α 17 isti *om.* α fumusam *Fm1, add.* aquam *F*γ 20 sunt *Pm1* 24 ueteri *Dm1* 25 et *om. MP*α

membrum est corporis Christi et nouerat non per figuram in interiora ueli ad sancta sanctorum, sed per expressam et redditam ueritatem in interiora caeli ad sanctitatem non imaginariam sed aeternam pro nobis intrasse maximum et uerissimum sacerdotem, ecclesiae se orationibus etiam ipse commendat nec mediatorem se facit inter populum et deum, ut pro se orent inuicem omnia membra corporis Christi, quoniam pro inuicem sollicita sunt membra et, si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra et, si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra; ac sic oratio pro inuicem membrorum omnium adhuc in terra laborantium ascendet ad caput quod praecessit in caelum, in quo est propitiatio pro peccatis nostris. nam si esset mediator Paulus, essent utique et ceteri coapostoli eius, ac sic multi mediatores essent nec ipsi Paulo ratio constaret qua dixerat: unus enim deus, unus et mediator dei et hominum homo Christus Iesus. in quo et nos unum sumus, si seruemus unitatem spiritus in uinculo pacis nec propter malos bonos deseramus, sed propter bonos malos sufferamus, ne, cum defendere uolumus quod temeraria praesumptione relinquimus incognitos, cogamur maiore scelere damnare inauditos.

17. Quid quod etiam inuenitur in scripturis Balaam propheta non de populo Israhel sed alienigena conductus ab inimico, ut populo dei malediceret, conuersus a domino ad benedicendum, cuius uerba omnia bene inprecantis audimus et legimus, et cum aliud haberet in uoto, uerba tamen precantis et bona

2 cf. Hebr. 6, 19. 9, 3. 12. 24 7 cf. I Cor. 12, 25—26 12 I Ioh. 2, 2 15 I Tim. 2, 5 16 cf. Gal. 3, 28 17 cf. Eph. 4, 3 22 cf. Num. 24

2 ueli] templi uela *M* redditam] firmam *EGI* 5 etiam] et α ipsa *M* 6 ut] sed rogat ut *G*γ 9 cumpatiuntur *D* 11 ascendet *DP* ascende *H* ascendit *MEFG* ascendat *Iv* 15 constaret ratio γ 16 et *pr.*] est *M* 17 spiritus *om. FH* 19 quos *MF* 20 reliquimus *Em2GHv* 21 maiori *M*α 22 Quid quod] Quod quid (*ex* qui) *P* Quid quod etiam] Cum etiam certum (cert. et. *MEHI*) sit quia peccatores (-rem *H*) deus audit, quod quidem (secundum quod *EGI*) *M*α balaham *P* 23 ihl *D* 24 benedicendum est *M*α

sunt et pro populo exaudiuntur a domino. unde non mirum est sic uerba bona quae pro populo dicuntur in precibus, etiamsi a malis dicantur episcopis, exaudiri tamen non pro peruersitate praepositorum, sed pro deuotione populorum. uerumtamen quod scriptum est in euangelio: deus peccatorem non audit; sed si qui dominum coluerit et uoluntatem eius fecerit, ipsum exaudiet, non a domino dictum est, sed ab illo qui oculos corporis iam quidem restitutos habebat, sed ei oculi cordis nondum patebant, unde ipsum dominum adhuc prophetam putabat. nam eum postea cognitum dei filium suppliciter adorauit. ipse autem dominus, cum in uno templo orarent publicanus et Pharisaeus, peccatorem confitentem peccata sua magis iustificatum dicit quam Pharisaeum iactantem merita sua, cui similes isti sunt. quamquam enim iustificatus destiterit esse peccator, tamen ut iustificaretur peccator orabat et peccata confitebatur et exauditus iustificatus est, ut desineret esse peccator. non itaque desineret esse peccator, nisi prius exaudiretur peccator. quamobrem non quidem omnem peccatorem exaudiri, sed tamen non omnem peccatorem non exaudiri ueritas testis est.

VIIII. 18. Obiciunt etiam quod dictum est in psalmis: *peccatori autem dicit deus: ut quid exponis iustificationes meas et assumis testamentum meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam et abiecisti ser-*

5 Ioh. 9, 31 10 cf. Ioh. 9, 17 11 cf. Luc. 18, 10—14 22 epist. Parm. Ps. 49, 16—18. 20

1 non mirum] nimirum *M* 2 sic *scripsi* si *DMPEFGI, om. Hv* pro populo] propulo *Dm1* 3 exaudiantur *EHI* 5 peccatores *FG*γ, *cf. De bapt. V 20, 28. VII 26, 50* 6 quis *MP*α deum α colit β, *cf. p. 60 7* 7 facit *H* exaudit *M*α 10 profetam *ex* profectam *D* recognitum *M* 11 suppliciter *om.* β 12 Phar. et publicanus α fariseus *M* peccatorem] publicanum *G*γ 13 fariseum *DP* 14 sua *om. MFH* 17 itaque] utique *FHv* 18 omnem] hominem *M* 19 non omnem] hominem *M* 21 dictum est] dicitur *MP*α psalmo *FH*γ 22 dixit *P*α ut quid exponis iustificationes] quare tu enarras iustitias *P* 24 autem] uero β proiecisti *P*β

mones meos retro. si uidebas furem, concurrebas cum eo et cum moechis particulam tuam ponebas. sedens aduersus fratrem tuum detrahebas et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. sed aperiant aliquando aures cordis et desinant esse non intellegentes neque quae locuntur neque de quibus affirmant. attendunt enim dictum peccatori: ut quid exponis iustificationes meas et assumis testamentum meum per os tuum? et non intellegunt ad hoc dictum, ut sciat nihil sibi prodesse uerba dei quae ore pronuntiat, si quod dicit ipse non facit, uerumtamen aliis prodesse qui etiam per malos audiunt et faciunt. quod dominus imperat, ipse dominus in euangelio docet dicens de Pharisaeis: cathedram Moysi sedent. quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite. dicunt enim et non faciunt.

19. Atque utinam uellent in his uerbis, quae de psalmo meminerunt, se tamquam in speculo intueri, quomodo proiciant sermones dei retro qui populis pronuntiant pacem et non amant pacem, quomodo oderint disciplinam qui damnare audent orbem inauditum et, quia pro merito, immo longe minus merito pro tanti furoris audacia secundum diuinae misericordiae disciplinam temporales molestias patiuntur, non peccata sua puniri confitentur, sed merita coronari gloriantur. eos sane cum fure concurrisse non dico, quia fure peior est raptor, quod esse undique conclamabatur Optatus. an cum moechis

5 I Tim. 1, 7 7 Ps. 49, 16 13 Matth. 23, 2—3 17. 19 cf. Ps. 49, 17 24. 25 cf. Ps. 49, 18

1 retrorsum *EGHI* currebas *codd. praeter D* 2 cum adulteris portionem *EGHI* *post* ponebas *Gγ ex Uulgata addunt:* os tuum abundauit (hab. *I*) malitia et lingua (linga *G*) tua concinnabat dolos 3 tuum] cum *Dm1Pm1* ei detrahebas *F* loquebaris β, *cf. Cresc. II 29, 37* 6 locuntur *sic DMPEG* 9 sciat sibi nihil *GHv* sibi sciat nichil *EI* 10 dei *om. Mα* faciat γ 11 quae *FGHv* 12 dominus imperat *om.* α docet in euangelio γ 13 cathedra *M* super (in *I*) cathedram *GHIv* 17 quomodo non *FG*γ proiciunt *Em1FGHIv* 18 retrorsum *EGI* 19 quomodo non *Em1Gv* odiunt *Em1I* oderunt *FGHv* 23 gloriantur coronari *M* 24 furore *M* cucurrisse *EFGHI* 25 esse] est *Pm1* clamabatur *EGHI* annon γ

particulam suam forte non ponunt, qui greges ebrios sanctimonalium suarum cum gregibus ebriis circumcellionum die noctuque permixtos uagari turpiter sinunt? an non sedentes aduersus fratres suos detrahunt, qui propter quosdam, quos conuincere nequiuerunt, in hereditate Christi toto terrarum orbe diffusa contendunt non esse christianos, atque ita aduersus filium matris suae, id est paruulum adhuc in fide et sacramentorum lacte nutriendum, perniciosissimum scandalum ponunt, dum nesciens adhuc sequi deum patrem infirmus sequitur hominem et simulata atque adumbrata specie ueritatis inlectus ab unitatis compage crudeli laceratione diuellitur? sed si eis, qui mala non faciunt in eadem parte, mala facta displicent ceterorum nec obesse sibi aliena scelera credunt, quae in medio sui fieri gemunt et maerent, cur in communi sacrilegio schismatis perniciose tolerant quod fructuose tolerare in unitatis integritate potuerunt? possunt enim dicere, si tamen iam ipsis rebus experti euigilant aliquando, possunt dicere mala singulorum ceteris non obesse qui nec faciunt nec approbant talia; non autem singulorum malum esse schismatis sacrilegium, sed ad omnes eos pertinere qui catholicae non communicant unitati facillime possunt conuinci, etiamsi difficillime confiteri. qua enim causa in eorum communione ad alios non pertinent crimina aliorum, ea causa schisma crimen est omnium, quia, cum se inter ipsos suos aliorum sceleribus maculari non posse iam dicunt, simul fateantur necesse est non se habuisse causam cur ab unitate discederent, ubi eos non possent aliorum scelera maculare, et propterea scelere schismatis apertissimo tamquam uno mortifero uinculo pariter conligantur.

3. 6 cf. Ps. 49, 20 14 cf. Ezech. 9, 4

1 forte *om.* β non *om.* γ sanctimonialium *Mα* sanctimonialū *ex* sanctimoniale *Pm2* 4 suos *om. M* detrahent *M* 7 id est *om. M* 9 infirmum *M* 12 malefacta β 14 suo *Dm1P* 15 quos *FG*γ 17 iam *om. Fv* ipsi *Pm1* expergefacti γ, *cf. 22, 42 sub fin.* possunt, inquam, dicere *Hv*, *om. EGI* 18 nec approbant nec faciunt γ 19 autem] tamen *EGHv* 20 eos omnes α eos *om. Pm1* 21 etiamsi] et *EFI* etsi *GHv* 22 qua] quia *MPm1* 26 possunt *MPm1α*

X. 20. *At enim prophetauit Hieremias.* quid prophetauit Hieremias? *non habere,* inquit, *uerum baptismum eos qui relinquunt deum. ait enim: expectauit caelum super istud et exhorruit multo uehementius, dicit dominus, quoniam duo nequam fecit populus iste. me dereliquerunt fontem uitae et effoderunt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare; et iterum: facta est mihi, inquit, sicut aqua mendax non habens fidem; et illud quod scriptum est: qui baptizatur a mortuo quid proficit lauatio eius? et illud in psalmis: oleum peccatoris non inpinguet caput meum; et iterum alibi: muscae morituae exterminant oleum suauitatis; et alibi: sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum et auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu.* haec omnia si eo modo intellegenda sunt quo ab istis intelleguntur, nec nobis nec ipsis conquadrat ratio ueritatis. si autem alio modo intellegenda docuero, soli sua prauitate turbantur et, ut non turbentur, ad catholicum refugiunt intellectum, et unde inueniunt exitum responsionis, inde inretiuntur crimine schismatis. habent enim certe etiam ipsi — non dicam: 'tales sunt', sed hoc dicam quod uel fatentur uel insanissime negant — habent ergo et ipsi derelinquentes deum qui est fons aquae uiuae, hoc est inique uiuentes. neque enim pedibus ac non

1 epist. Parm. 2 ibid. 3 Hier. 2, 12—13 7 Hier. 15, 18 9 Eccli. 31 (34), 30 10 Ps. 140, 5 11 Eccle. 10, 1 12 Sap. 1, 5 22 cf. Hier. 2, 13

1 At] Et *M* At—uerum] Attendant igitur quid super his dicat iheremias (hierem. *I*) non habere scilicet uerum *EI*, *cf. 18*, *37 init.* 2 inquiunt *v* 3 dominum *P* istut *D* 4 inhorruit *v* 5 et me *F* 6 uitae] aquae uiuae *Mα* lacus sibi *M* 7 inquit mihi *MPF* inquit *post* mendax *tr. GHv* 9 *post* mortuo *add.* et iterum tangit mortuum (illum *H*) *EHI* prodest *M* 10 psalmo γ oleum autem *Mγ* 11 morientes *M* mortuae *Pml* 12 spiritus enim (*om. EI*) sanctus β 15 eo] haec *M* 16 ipsis] illis *M* 17 docuero intelligenda γ illi soli *Gγ* et] sed α 18 refugiant *EGHv* fugiant *I* et unde] quia non *Gγ* 19 inde] dum *Gγ*, *om. F* 20 enim] ergo *H*, *om. EGI* 21 sunt *om. EGHI* 22 et] etiam *v*

corde relinquitur deus. habent etiam mendaces et non habentes fidem, id est aliud profitentes et aliter conuersantes. habent utique mortuos. si enim sexui delicatiori et infirmiori delicias non concedit apostolus dicens de uidua: quae autem in deliciis agit uiuens mortua est, quaerant utrum nulli aput se uiri et, quod est amplius, praepositi uel ministri uiuant in deliciis, atque ita si audent renuntient se mortuos non habere et meliores esse quam illa ⟨est⟩ ecclesia, cuius angelo in figura praepositorum uel animarum dicitur quod non uiuat sed mortuus sit, et tamen inter septem ecclesias numeratur nec ei diuisae a compage corporis Christi, sed in unitate perseueranti praecepta uitae insuper dantur. omitto quod in concilio suo aduersus Maximianistas dixerunt: Aegyptiorum admodum exemplo pereuntium funeribus plena sunt litora. de quorum numero mortuorum nunc intus est Felicianus qui adhuc mortuus baptizat, aut si iam reuixit, habet secum illos quos mortuus in schismate baptizauit. habent certe peccatores. nam si interrogentur quicumque sibi in ipsis magni uidentur, etiam se ipsos peccatores esse non negant. neque enim non tundunt pectora sua aut cum id faciunt simulate faciunt — quod si ita est, certe uel tunc infeliciter peccant populos suos simulata humilitate fallentes — aut non dicunt in oratione dominica: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. quod utique non de

1 cf. Hier. 15, 18 3 cf. Eccli. 31 (34), 30 4 I Tim. 5, 6 8 cf. Apoc. 3, 1—6 13 Sententia concilii Bagaiensis, cf. Ex. 14, 31 et Cresc. IIII 16, 18. 31, 38 18 cf. Ps. 140, 5 23 Matth. 6, 12

1 etiam] et α 2 id est] idem *Pm1, om.* α 3 utique] etiam *G*γ 4 dicens autem autem quae in deliciis (*sic*) *M* de *om.* α autem *post* uidua *habet F, om.* β 6 aput se] a praesepe *P* amplius est γ 7 si ita *MFGHm2*γ renuntiet *F* non *om. Dm1* non habere mortuos γ 8 est *addidi* 9 in *om. Dm1* 10 infra (*s. s.* uel intra) duas *F* numeratum *Dm1* 12 insuper (inferius *H*) dantur *DMPFH* insinuantur *cet. v* 13 aduersum β 14 ammodum *Dm1* exemplum *M* 15 littora *MFIv* 16 si *s. l. Dm1* 19 esse *om.* α 20 non tundunt] contundunt *M* id *om. M* 21 uel certe *MP* tunc certe (*om.* uel) *Em2FGHv, om. Em1I*

illis peccatis dicitur quae in baptismi regeneratione dimissa sunt, sed de his quae cotidie de saeculi amarissimis fluctibus humanae uitae infirmitas contrahit, quibus curandis medicamenta praebentur elemosynarum, ieiuniorum et orationum, ut in oratione dicatur quod in elemosynis agitur. nam et peccatum quod in te alter admisit dimittere, ut et tibi dimittat deus, magnum opus misericordiae est. quodsi hoc in oratione ficte, non ueraciter dicunt, putantes se non habere quod eis dimittat deus, id ipsum est inexpiabile sacrilegium, ea ipsa est impia et uesana superbia, quod est certe immane peccatum. nam de morituris muscis quid dicam, quando in eis non adhuc morituros, sed iam mortuos multipliciter inueniri, siue fateantur siue conuincantur, ostendimus? fictos uero quos fugit spiritus sanctus disciplinae et sine intellectu perdite uiuentes quam multos inter se habeant, secundum ea quae supra dicta sunt cogitent. nam et quicumque ibi latent mali — quod uel eo certum est, quod saepe proditi conuictique damnantur non de recentibus tantum factis, sed etiam de uetere consuetudine flagitiorum qui astutissima fictione diu celari potuerunt — hi utique magis ficti sunt qui se bonos fingendo decipiunt.

21. Si ergo sic sunt ista intellegenda ut isti intellegunt, quomodo eis ratio subsistere poterit, cur aput eos qui male uiuendo derelinquunt deum, siue lateant siue noti sint, non fiunt lacus detriti qui continere non ualent aquas, si hoc loco sacramentum baptismi intellegendum est? cur autem mendaces et infideles eorum non aquam mendacem sed ueracem uel dare

11 cf. Eccle. 10, 1 13 cf. Sap. 1, 5 24 cf. Hier. 2, 13 26 cf. Hier. 15, 18

2 iis *v* fructibus *Gm1γ* 3 adhibentur medicamenta *FHv* 4 elemosin. *DPEFGHI* elymosin. *M* 5 elemosinis *DEFGHI* elymosinis *M* helemosinis *P* 6 ammisit *Dm1* et tibi] tibi *F* tibi tuum *G* tuum *EI* deus dimittat *v* 7 est opus misericordiae *M* 8 non *pr.*] et non *α* 9 id] at *F* impia est *γ* 11 morituros adhuc *γ* 15 intra *EGI* superius *M* 16 quod *om. M* uel quod *P* 17 quod] quia *Mα* 18 ueteri *Mα* 19 qui astutissima *MF* quia astutissima *P* quia stultissima *cet. v* hii *M* 22 potuit *P* 24 fiunt] fuerint *α* et si *FHv* in hoc *Fv* 25 cur] cum *EHI* autem *om. Mα* 26 eorum] *add.* ministri *Gγ*

uel habere creduntur? cur ab illorum mortuis qui baptizantur proficit aliquid lauatio eorum? cur peccatores eorum inpinguant oleo capita aliena? quid ibi muscae morituraе uel mortuae meruerunt, ut non exterminent oleum suauitatis? quo priuilegio muniuntur quicumque ibi ficti sunt, id est iustitiae pelle obtegunt lupum, ut non eos fugiat sanctus spiritus disciplinae? aut si fugit eos sanctus spiritus, quomodo per eos baptizatis datur? hic enim dici non potest quod solent ineptissime atque impudentissime dicere, *tunc posse a malo baptizari quemquam, si lateat malitia baptizantis.* qui enim fictus est, tanto magis fictus est quanto magis latet. ab hoc igitur cum se auferat spiritus sanctus, quae spes erit baptizati, si baptizantis hominis meritum in illa dei gratia cogitandum est? hic omnino quid respondeant non inueniunt, quia malos apertos habere se negant. in quo quidem apertissime conuincuntur. sed quid ad nos? satis est nobis ad necessarium articulum causae, quod fictos bonos, id est occultos malos esse aput se negare non possunt. per multos enim redarguuntur, qui cum ibi perditis et sceleratis moribus uiuerent et per ipsam fictionem diu latuissent, aliquando proditi expulsi sunt. si ergo nolunt credamus adhuc ibi esse aliquos tales, illi certe qui eiecti sunt, cum illic in eadem fictione laterent et eos fugeret sanctus spiritus de quo scriptum est: sanctus enim spiritus disciplinae fugiet fictum, quomodo baptizare potuerunt? cur non recensentur saltem qui uiuunt, ut accipiant baptismum, quem utique a fictis quos deserebat spiritus sanctus accipere nequiuerunt?

1 cf. Eccli. 31 (34), 30 2 cf. Ps. 140, 5 3 cf. Eccle. 10, 1 5 cf. Sap. 1, 5 cf. Matth. 7, 15 9 epist. Parm. 23 Sap. 1, 5

2 eorum *alt. om.* α 3 ibi] tibi *v* 4 quo] qui *Dm1Pm1* 5 facti *M* 6 subtegunt *Pm1* spiritus sanctus *MPα* 7 eos fugit γ eos *pr.*] illos *G*, *om. F* spiritus sanctus *MPα* 8 atque] et *Fv* 11 igitur] ergo α auferat se *M* 12 quae] qui *M* erat *M* 13 quid] quod *M* 14 quia] qui *Mα* 17 esse malos *M* esse *om. H* apud se esse *FG*γ 20 nolunt, nolo *M* credamus (dicamus *EI*) ergo si nolunt α ibi adhuc *v* 21 illic *om.* β 22 spiritus sanctus *MPα* 23 spiritus enim (*om. EI*) sanctus β effugiet α 25 saltim *F*

si autem dicunt: *spiritus quidem sanctus daturis fingentibus deerat iustificandis, sed accepturis credentibus aderat abluendis per ineffabilem efficaciam potentiae suae, utrumque facile ualens, illos fugere istos fouere, illos culpare istos mundare,* quam pro se quaestionem soluunt, simul cernant solutam esse pro nobis.

22. Quod autem intellegitur in hac sententia sanctae scripturae, quam certe ipsi non intellegentes et quasi pro suis partibus proponentes ad se ipsos conuincendos ingerunt nobis, hoc paene in omnibus talibus quaestionibus intellegendum ammonemus, quia scilicet omnia sacramenta, cum obsunt indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus, sicut et uerbum dei, unde dictum est: quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite. nam fodere lacus detritos, qui continere non ualent aquas, quid me prohibet sic intellegere, id esse conuerti ad uoluptatem terrenam et non posse sustinere spiritum sanctum, quem nomine aquae in euangelio significari quis quoquo modo christianus ignorat? item aqua mendax non habens fidem potest intellegi non falsum baptisma, sed populus mendax et infidelis non adnumeratis ueracibus et fidelibus, sed in his solis qui mendaces et infideles sunt. nam populos aliquando significari uocabulo aquarum legant Apocalypsin et non calumnientur sibi prius potiusque quam nobis. sic enim dicitur Iohanni: aquas quas uidisti, super quas sedet meretrix illa, populi et turbae sunt et gentes et linguae. et quod scriptum est: qui baptizatur a mortuo quid ei

1 epist. Parm. 13 Matth. 23, 3 14 cf. Hier. 2, 13 17 cf. Ioh. 3, 5 18 cf. Hier. 15, 18 24 Apoc. 17, 15 26 Eccli. 31 (34), 30

1 daturus *M* 3 facile] facere *F* (*s. l.*), *G* ualens (potens *I*) est (*om. v*) facere γ 5 soluunt] ponunt *Pm1* simul] similiter *F* 11 admonemus *Pm2FI* scilicet quia γ si licet *F* obsint *Fv* 14 effodere α 15 quid] quis *Mα* 16 esse] est *Gγ* uoluntatem α continere *FHv* 18 quomodo *EGHI* 20 annumeratus *M* 21 in *om.* α populum *EGHI* 22 significari aliquando α in apocalipsym *G* in Apocalypsi *v* 23 non *del. P*, *om. Mα* potius (*om.* que) *Fv* 24 sedet *post* illa *tr. M* 25 turbae] reges *M* 26 et illud quod *FGγ* baptizantur *F* eis *F*, *om. Mγ*

prodest lauatio eius, ut interim differam diligentiorem istorum uerborum inquisitionem, tutissime accipio paganorum baptismata esse denotata, quia homines et a iustitia et ab ista uita mortuos colunt, in quorum nomine baptizant. quamuis enim et ipsi sacerdotes per impietatem mortui dicantur, non tamen propter eos sic intellegitur, sed propter mortuos deos eorum, in quorum significatione dicitur: deus noster deus uiuus. quapropter etsi aput christianos sunt aliqui praepositi uel ministri per iniquitatem et impietatem suam mortui, uiuit tamen ille de quo dictum est in euangelio: hic est qui baptizat, quia, sicut dicit apostolus, Christus surgens a mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur. oleum uero peccatoris apertissime psalmus ipse indicat quemadmodum intellegendum sit. ait enim: emendabit me iustus in misericordia et arguet me; oleum autem peccatoris non inpinguabit caput meum. unde manifestum est oleo peccatoris blanditias adulatoris esse significatas, quibus repudiatis et detestatis eligit a iusto emendari et argui, quia hoc iustus non fallaci lenitate adulationis, sed ueraci asperitate obiurgationis faciens multo magis misericorditer facit. unde est et illud in Apocalypsi: ego quem amo arguo et castigo, et illud aput Salomonem: meliora sunt uulnera amici quam uoluntaria oscula inimici, et multa repperiuntur huiusmodi. oleum uero suauitatis, odorem scilicet bonum per famam bonam christianorum, illi exterminant,

1 *ut—differam*] cf. Cresc. II c. 24 sqq. 7 Hier. 10, 10 10 Ioh. 1, 33 11 Rom. 6, 9 14 Ps. 140, 5 21 Apoc. 3, 19 22 Prou. 27, 6 24 cf. Eccle. 10, 1

1 proficit γ eius] eorum *F* 2 inquisitione *M* accipiam *M* 4 baptizantur *v* 8 aliqui qui *F* 9 per] qui per γ qui propter *GH* impietatem et iniquitatem α mortui sunt *FG*γ m. dicuntur *H* 11 resurgens *MP*α a] ex *PG* 12 et *om* *MPF*γ ei] illi *MP*α 13 ipse *om.* β 16 im(in-*E*)pinguet β 21 illut *D*, *item lin. 22* quem] quos *M*α 22 aput Salomonem] salomonis *M* 23 sunt *om.* *M* 24 repperiuntur *sic* *DMP* scilicet bonum odorem γ 25 per] id est *M*α bonam famam *MG*γ

qui male uicturi et ad mortem suarum iniquitatium redituri magna multitudine inruunt, ut eis per baptismum peccata donentur et ad ea denuo reuertantur. nam propter numerositatem muscis esse arbitror comparatos. sed eis exterminant oleum suauitatis, qui non ipsam dei gratiam, sed hominum mores intuentur et quoniam, sicut grana inter paleam non uidentur, ita pie uiuentes inter iniquorum turbas non facile apparent, carnaliter offensi a percipienda salute sempiterna siue tardantur siue omnino resiliunt. esse autem bonum odorem in bona fama recte uiuentium christianorum apostolus docet dicens: Christi bonus odor sumus in omni loco. contra illi, quibus dicitur: nomen enim dei per uos blasphematur in gentibus, utique oleum suauitatis exterminant. sic ergo habent ista sinceriores alios intellectus, quos si sequantur etiam ipsi ab earum quaestionum expediuntur angustiis. illorum autem intellectus, si a nobis non confirmetur, ipsos solos, si uero a nobis confirmetur, utrosque nostrum implicat.

XI. 23. Quid opus est iam plura discutere? nisi forte illud mouebit, quod, cum probare Parmenianus uellet carnales homines non posse spiritales filios procreare, addidit ex euangelio testimonium: *quod natum est de carne caro est et quod natum est de spiritu spiritus est.* quasi nos dicamus per se ipsum quemlibet hominem spiritales filios generare et non per euangelium, in cuius praedicatione spiritus sanctus operatur ad gignendos in baptismo filios spiritales, etiam cum fugit fictum ministrum, sicut supra didicimus. ideoque apostolus cum filiis talibus loqueretur, si dixisset: ego uos

4 cf. Eccle. 10, 1 11 II Cor. 2, 15. 14 12 Rom. 2, 24 19 cf. epist. Parm. 21 Ioh. 3, 6 27 I Cor. 4, 15

1 iniquitatum *codd. praeter DP* 4 arbitror esse *v* eis *D* in (*s. l.*) eis *P* et hii *M* et hi *F* hi β 5 gratiam dei *M* 6 intuetur *M* paleas α 9 tardantur *DPEm2* trahuntur *MEm1GI* retrahuntur *FHv* autem] ante *M* 11 sumus *DPFH* sumus deo *cet. v* 12 enim *om. P* 13 sic] si *Mm1P* 14 alios sinceriores β 16 ipsos—confirmetur *om. M* 20 filios spiritales *M* 22 de] ex *M* 26 magistrum *M* diximus *MPα* 27 talibus filiis γ

genui nec addidisset: in Christo Iesu per euangelium, nullo modo se quisquam fidelium de illo natum religiose fateretur. euangelium autem fur quoque Iudas sine detrimento credentium praedicauit, et fictos eorum id est occultos malos, sicut ipsi quoque concedunt, cum fugiat spiritus sanctus, per eorum tamen ministerium gigni spiritales filios asserunt. nam quis ferat tantam dementiam, ut, cum forte carnalem uocet hominem de coniuge filios procreantem, spiritalem appellet adulterum? 'absit', inquit, 'ut hoc sentiam'. quomodo ergo adulter latens, cum aput eos praepositus esset, spiritales potuit filios propagare, si carnales hoc facere non possunt? an forte tunc per manus eius uel Christus uel spiritus sanctus uel forte angelus baptizauit? si ergo tunc homo baptizat, cum baptizator manifestus est bonus, cum uero baptizator latet malus, tunc deus baptizat aut angelus et unusquisque spiritaliter talis nascitur qualis fuerit a quo baptizatur, optent qui desiderant baptismum, ut homines per quos baptizantur non sint manifesti boni sed latentes mali, ut sic deo uel angelo baptizante sanctius renasci mereantur. hanc absurditatem si cogitant euitare, per quemlibet hominem, cum quisque Christi baptismo baptizatur, Christum baptizare fateantur de quo solo dictum est: hic est qui baptizat in spiritu sancto.

24. Nam illud ex euangelio: sicut misit me pater, et ego mitto uos. haec cum dixisset, insufflauit et ait illis: accipite spiritum sanctum. si cui dimiseritis peccata dimittentur et si cui tenueritis tenebuntur contra nos esset, ut cogeremur fateri ab hominibus hoc, non per homines fieri, si, posteaquam dixit: et ego mitto uos,

22 Ioh. 1, 33 23 Ioh. 20, 21—23

1 nec] et non *v* 5 contendunt *Pm2* sanctus] spiritus (*sic*) *M* 9 inquam *M* 11 procreare β 15 talis spiritualiter *v* 17 baptismum] baptizari *GHv* 18 baptizantem *D* 19 sanctiores α 20 quisque] quisquis *MP* quis α 24 hoc β ait illis] dixit eis *MEGI* dixit *Hv* 26 si *om. DP* retinueritis retinebuntur β tenebantur *DPm1* 27 ab *om. M*

continuo subiecisset: si cui dimiseritis peccata dimittentur et si cui tenueritis tenebuntur. cum uero interpositum est: haec cum dixisset, insufflauit et ait illis: accipite spiritum sanctum et deinde inlatum per eos uel remissionem uel retentionem fieri peccatorum, satis ostenditur non ipsos id agere, sed per eos utique spiritum sanctum, sicut alio loco dicit: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus sanctus qui in uobis est. spiritus autem sanctus in ecclesiae praeposito uel ministro sic inest, ut, si fictus non est, operetur per eum spiritus et eius mercedem in salutem sempiternam et eorum regenerationem uel aedificationem, qui per eum siue consecrantur siue euangelizantur, si autem fictus est, quoniam uerissime scriptum est: sanctus enim spiritus disciplinae fugiet fictum, desit quidem saluti eius et auferat se a cogitationibus eius quae sunt sine intellectu, ministerium tamen eius non deserat, quo per eum salutem operatur aliorum. propter hoc apostolus ait: si enim uolens hoc facio, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est, id est 'illis prodest quibus hoc dispenso, non mihi qui fictus sum'. qui enim inuitus facit propter commoda gaudiaque carnalia, quae si aliter habere posset illud desereret, ipse utique fictus est, ideoque non ait: 'si inuitus facio, nihil prosum eis erga quos facio', sed se tantum a mercede salutis alienat, non etiam illos quibus cibaria dominica etiam malus seruus impendit. quia uero non erat talis apostolus, sed talis potius ut uolens faceret, id est gratuitam gratiam pietate casti cordis erogaret, etiam mercedem eius per eum

7 Matth. 10, 20 13 Sap. 1, 5 15 cf. ibid. 17 I Cor. 9, 17

1 subiecisset (subiecit *EI*) continuo β 2 tenueris *F* retinueritis *EGv* retinebuntur *Gv* 3 hoc β insufflauit *D* eis *G* 5 retentiorem *P* 8 est in uobis *M* 10 spiritus sanctus *MEGI* 13 spiritus enim sanctus *MGIv* 14 effugiet *Mα* deest *Mα* et—eius *om. Dm1* et] ut *Mα* 15 auferet *Dm2* se quidem a *M* eius *om.* α 16 deserit *Dm2MPα* operatur aliorum salutem *M* 17 hoc] quod *Gγ* 19 hoc illis quibus prodest *M* dispendo *P* 23 nihil] non *FH* 24 etiam] et *Hv* 25 talis non erat *M* 27 pietatem *M*

spiritus sanctus operatus est, quam, sicut ipse dicit, reddet ei dominus in illo die iustus iudex. illos uero qui euangelium annuntiabant non caste, qui non quidem aliud nisi ueritatem, id est Christum, tamen non ueritate cordis sui sed per occasionem commodorum suorum annuntiabant, sinit eos annuntiare et gaudet non utique illis, sed eis qui per eos salui fiebant tenentes praeceptum dicentis: quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite. dicunt enim et non faciunt. sic enim apostolus ad Philippenses loquitur: quidam quidem, inquit, per inuidiam et contentionem, quidam uero et per bonam uoluntatem Christum praedicant; quidam ex caritate, scientes quoniam in defensione euangelii positus sum; quidam uero et per contumaciam Christum annuntiant non caste, existimantes tribulationem suscitari uinculis meis. quid enim, dum omni modo siue occasione siue ueritate Christus annuntietur? et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. numquid permitteret eos praedicare Christum, quamuis euangelii ueritatem non in ueraci cordis sui castitate praedicarent, numquid de talium praedicatione gauderet, nisi sciret quod illis quidem perniciosum esset rem castam non caste annuntiare, illis autem salubre qui bona et uera per eos audientes proficerent ad salutem? nam ubi non Christus qui ueritas est, sed falsitas et mendacium praedicatur, apertissime prohibet ad Galatas dicens: si quis uobis euangelizauerit praeter id quod accepistis, anathema sit, itemque ad Timotheum: sicut rogaui te, inquit, ut sustineres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut

1 II Tim. 4, 8 7 Matth. 23, 3 9 Phil. 1, 15—18 23 cf. Ioh. 14, 6 24 Gal. 1, 9 26 I Tim. 1, 3

2 illa *M* illum diem *Iv* 3 nunciabant *F* 4 ueritatem *DMP* sui] boni γ 5 sinit eos] sinite, inquit, hos *Mα* 7 praeceptum dominicum *M* christi dicentis *EI* domini dicentis *G* 8 sic enim] de his etiam *G*γ 9 philipenses *DMPFG* 10 et *alt. om. F*γ 12 defensionem γ 15 suscitare *G* in uinculis *M* 16 annuntiatur *F* 17 permittet *M* 18 christum praedicare *G*γ quamuis] cum *Mα* in *om.* γ 19 sui *om. F*γ 24 galathas *MPEFGm2HI*

denuntiares quibusdam ne aliter docerent. illos autem inuidos, contentiosos, contumaces, non castos, occasionem quaerentes satiandae suae malae uoluntatis, quia sic eorum fictionem fugiebat spiritus sanctus, ut eorum non desereret ministerium quo per eos Christus praedicabatur, non solum permittit ut faciant, sed etiam gaudet quia faciunt.

25. Haec de scripturis sanctis documenta proferimus, ut appareat non facile quicquam esse grauius sacrilegio schismatis, quia praecidendae unitatis nulla est iusta necessitas, cum sibi nequaquam spiritaliter nocituros malos ideo tolerent boni, ne spiritaliter seiungantur a bonis, cum disciplinae seueritatem consideratio custodiendae pacis refrenat aut differt; quam tamen securitas exserit, cum apparet sine uulnere schismatis ad salubrem correctionem posse aliquid ecclesiastico iudicio uindicari. magis enim nos dicimus: nomen domini eorum est qui eum metuunt, quamuis permixti sint turbis eorum qui eum non metuunt, et illud quod apostolus ait: nouit dominus qui sunt eius, et recedat ab iniustitia omnis qui inuocat nomen domini. si enim bono pacis, ne ante tempus cum zizania colliguntur eradicetur simul et triticum, necessitate cogitur quisquam esse inter iniustos, recedat tamen ab iniustitia, et securus inuocat nomen domini. simul enim et ab iniustis recedit et ab eis exit atque separatur interim corde, ut etiam corpore a talibus in fine separari mereatur.

XII. 26. Et illud quod scriptum est: non est speciosa laus in ore peccatoris, in ore certe fidelium utique speciosa

15 cf. Ps. 60, 6 17 II Tim. 2, 19 25 Eccli. 15, 9

1 denuntiarem *M* 2 inuidiosos *Mα* 3 satiandae *P* fatiandae *D* faciundae *M* faciendae *α* malae suae *M* 6 etiam] et *Em1GIv, om. H* congaudet *H* 8 facile non *γ* quicquam esse grauius *DMPF* esse quicquam grauius *Em2v* esse grauius *Em1I* esse gr. crimen *G* esse gr. aliquid *H* 13 exerit *codd. praeter DMP* uulnera *M* 14 correptionem *MPFH* 15 dicimus enim magis (*om.* nos) *α* nos *om. M* dicimus nos *P* est] esse *α* 19 pro bono *v* 21 iustos *MP* tamen *om. Mα* 22 inuocet *M* 23 exiit *M*

est. sic autem unicuique est os proprium sicut unicuique est onus proprium, nec quisquam sine consensione sui cordis ex ore uulneratur alieno. cum autem dei praedicatio peccatoris ore procedit, quaerendum est cuiusmodi peccatorem hoc loco scriptura significare uoluerit. nam et publicanus qui iustificatus est magis quam ille Pharisaeus utique peccator erat. si enim uera peccata eius non erant, falsa erat confessio peccatorum; si autem uera erat illa confessio propter quam iustificari etiam meruit, procul dubio uera erant peccata. hoc etiam de oratione sancti Danihelis uerissime dixerim, qui profecto ueraciter ait: cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei. in cuius ergo peccatoris ore speciosa laus non est nisi maxime mendacis et ficti, quem fugiet spiritus sanctus disciplinae? qui tamen cum loquitur ueritatem, non in eius ore speciosa est, quia non ei tribuitur cuius particeps non est; sicut speciosa non erat prophetia in ore Caiphae pontificis sacerdotum qui nesciuit quid dixit, sed cum esset pontifex prophetauit. sed tamen per se ipsam speciosa dei laus est in auribus audientium et corde credentium.

XIII. 27. Quin etiam ex apostoli sententia male usurpata uelut insultare audet Parmenianus eis, quos negat habere baptismum et propterea dicit dare non posse. *quid enim habes,* inquit, *quod non accepisti?* quod ut omittam unde et quare dicat apostolus, quod ipsius epistulae contextione

5 cf. Luc. 18, 14 11 Dan. 9, 20 13 cf. Sap. 1, 5 16 cf. Ioh. 11, 51 19 cf. Rom. 10, 10 22 epist. Parm. I Cor. 4, 7

1 hos *Pm1* sicut—proprium *om.* α 2 confessione *MF* 3 dei *om.* α precatio *F* ex ore procedit peccatoris *M* 5 uoluit β 7 eius peccata γ peccatorum confessio *M* 8 illa *om. MP*α etiam *om. EGI* 9 erant *om. DMP* etiam] autem *F* 10 danielis *MHIv* 11 *alt.* peccata *om.* β 12 ergo *om. M* ore ergo peccatoris *P* ore peccatoris *M*α laus speciosa γ 13 mendaciis et fictis *M* fugiet (fugit *EGI*) *post* disciplinae *tr.* α 15 speciosa laus est *F* 16 pontifici *M* 17 pontifex anni illius *P* 18 per ipsum (*om.* se) α laus est dei α 20 mala *M* 21 insultante *F* 22 propter hoc *M* eos dare *H*γ 23 inquit, habes *v* inquid *D*, *om. GH* 24 dicit *MP*

declaratur, si hoc de baptismo uult intellegi et si ille dare non potest qui non habet, ille autem non habet qui non accepit, ut ei aliquo modo suffragetur quod scriptum est: quid enim habes quod non accepisti?, quaero utrum non habeat qui aput ipsos accepit. si dixerint: 'habet', quaero utrum amittat si ab ipsis recesserit. si dicunt: 'amittit'. baptizandus est iterum si redierit, ut ei possit restitui quod amisit. si autem hoc non fit nec quisquam dicit esse faciendum, non ergo amiserat. porro si accepit et non eo caruit, habet utique quod accepit, et ideo non ei potest dici secundum istorum intellectum: quid enim habes quod non accepisti? refer nunc animum ad ipsam originem schismatis. qualemlibet existiment Caecilianum quem nos credimus innocentem, procul dubio in unitate baptizatus erat; nondum enim facta erat ista diuisio. ponamus, sicut illi uolunt, quod ab unitate ipse recesserit; non amisit utique quod acceperat. non enim, si rediret, baptizaretur iterum, ut reciperet quod amiserat. porro si eo quod acceperat non caruerat, id utique habebat. nec ipsi ergo dici potuit ex istorum prauo intellectu: quid enim habes quod non accepisti? multo minus hoc dici potest ei qui per Caecilianum a domino accepit. cur enim non potuit homo, qui non coniunctus est uobis, id quod non habebat accipere per eum, qui non amisit cum recessit a uobis? quanto ergo impudentius dicitur orbi terrarum: quid enim habes quod non accepisti? unde ipsius sacramenti conexio in Africam uenit, qui per nullius traditoris facinus potuit amittere promissionem dei apertissima pollicitatione dicentis ad Abraham: in semine tuo benedicentur omnes gentes, etiamsi isti

4. 11. 19. 24 I Cor. 4, 7 28 Gen. 22, 18

1 de hoc *M* si ille] ipse *F* 3 aliquo modo] aliquando *EFGHI* 4 utrum non] utrumnam *F* 5 habeat] habet *M* qui] quod α 6 ipsis] eis γ 7 iterum est *Iv* 10 potest dici ei *M* 18 ergo nec ipsi *FH* si ergo nec ipsi γ 20 hoc *DMPF* hoc quidem *GH* hoc idem *v*, *om. EI* 22 conuictus est a *Em2FG* nobis *FI* habet *DMPFH* 23 cum] quando α 24 imprudentius *H*γ 25 connexio *Ev*

non impii calumniatores fratrum, sed ueri examinatores criminum fuissent.

28. Nam illud quod quidam eorum ueritate conuicti dicere coeperunt: *baptismum quidem non amittit qui recedit ab ecclesia, sed ius dandi tamen amittit,* multis modis apparet frustra et inaniter dici. primo quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi possit amittere. utrumque enim sacramentum est et quadam consecratione utrumque homini datur, illud cum baptizatur, illud cum ordinatur, ideoque in catholica utrumque non licet iterari. nam si quando ex ipsa parte uenientes etiam praepositi bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt, etiamsi uisum est opus esse ut eadem officia gererent quae gerebant, non sunt rursus ordinati, sed sicut baptismus in eis ita ordinatio mansit integra, quia in praecisione fuerat uitium quod unitatis pace correctum est, non in sacramentis, quae ubicumque sunt ipsa sunt. et cum hoc expedire iudicatur ecclesiae, ut praepositi eorum uenientes in catholicam societatem honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. et si quando ignoranter fit nec animose defenditur factum, sed pie corrigitur cognitum, uenia facilis impetratur. deus enim noster non est dissensionis deus, sed pacis, nec ecclesiae sacramenta eius in eis qui ab ecclesia recesserunt, sed ipsi qui recesserunt inimici sunt. sicut autem habent in baptismo quod per eos dari possit, sic in ordinatione ius dandi; utrumque quidem ad perniciem suam, quamdiu

4 epist. Parm. 24 I Cor. 14, 33

3 ceperunt dicere *M* 5 tamen dandi *Em2GHv* modis multis *M* 8 potest β 10 istud *FHv* 12 pro bono *Gγ*, *cf. p. 76, 19* etsi α 14 rursum *GHv* 15 uitiatum (tum *s. l.*) *P* 17 expedire (expedite *F*) hoc *MPα* 18 in] ad β 19 amministrent *DI* aministrent *M* 21 imponunt *M* 24 dissensionis est *F* 25 eius sacramenta *MFHγ* 26 recenserunt *D* sunt] eius *I* eius sunt *v* 28 quamdiu] *add.* quidem *M*

caritatem non habent unitatis. sed tamen aliud est non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere. quod non habetur, dandum est cum opus est dari; quod uero perniciose habetur, per correctionem depulsa pernicie agendum est ut salubriter habeatur.

29. Quamquam etsi laicus aliqua pereuntis necessitate compulsus dederit, quod cum ipse acciperet quomodo dandum esset addidicit, nescio utrum quisquam pie dixerit esse repetendum. nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est; si autem necessitas urgeat, aut nullum aut ueniale delictum est. sed et si nulla necessitate usurpetur et a quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit non potest dici non datum, quamuis recte dici possit inlicite datum. inlicitam ergo usurpationem corrigit reminiscentis et paenitentis affectus. quodsi non correxerit, manebit ad poenam usurpatoris quod datum est, uel eius qui inlicite dedit uel eius qui inlicite accepit, non tamen pro non dato habebitur. neque ullo modo per deuotum militem quod a priuatis usurpatum est signum regale uiolabitur. si enim aliqui furtim et extraordinarie non in monetis publicis aurum uel argentum uel aes percutiendo signauerint, cum fuerit deprehensum, nonne illis punitis aut indulgentia liberatis cognitum regale signum thesauris regalibus congeretur? aut si quisque siue desertor siue qui numquam omnino militauit nota militari priuatum aliquem signet, nonne ubi fuerit deprehensus ille signatus pro desertore punitur et eo grauius, quo probare potuerit numquam se omnino militasse, simul secum punito, si eum prodiderit, audacissimo signatore? at si forte illum militiae characterem in corpore suo non militans

2 quod] quic(quid-*Fv*)quid *Mα* 6 aliquis β pereunti γ dederit necessitate compulsus β 7 quomodo] quod *H*, *om. EGI* 8 esset] esse *EGI* utrum] an *Gγ*, *om. H* pie quisquam γ 10 urgueat *F* 14 ergo] autem *v* 16 est *om. F* *pr.* inlicite] inlice *Pm1* 19 extraordinarie non] extra ordinem *Hv* 20 *pr.* uel *om. M* argentum uel *om. DP* 22 cogetur *Em1GHI* condetur *Em2* 23 quisque] quisquam *Mα* 24 alique (*sic*) *D* 25 deserto sepunitur *D* 26 probari *MGγ* se *om. MGHv* omnino se *EFI* 27 at] ac *EI* aut *FGv* 28 caracterem *DPEFGI* karact. *H*

pauidus exhorruerit et ad clementiam imperatoris confugerit ac prece fusa et impetrata uenia militare iam coeperit, numquid homine liberato atque correcto character ille repetitur ac non potius agnitus adprobatur? an forte minus haerent sacramenta christiana quam corporalis haec nota, cum uideamus nec apostatas carere baptismate, quibus utique per paenitentiam redeuntibus non restituitur et ideo amitti non potuisse iudicatur? an ducenda de militia similitudo non fuit, cum apostolus et de agonisticis certaminibus ducat et aperte clamet: nemo militans deo implicat se negotiis saecularibus, ut placeat cui se probauit?

30. Et haec quidem alia quaestio est, utrum et ab his, qui numquam fuerunt christiani, possit baptismus dari, nec aliquid hinc temere adfirmandum est sine auctoritate tanti concilii, quantum tantae rei sufficit. de his uero, qui ab ecclesiae catholicae unitate separati sunt, nulla iam quaestio est, quod et habeant et dare possint et perniciose habeant pernicioseque tradant extra uinculum pacis. hoc enim iam in ipsa totius orbis unitate discussum consideratum perspectum atque firmatum est. sed si nos male facimus, ipsi explicent, quomodo sacramentum baptizati non possit amitti et sacramentum ordinati possit amitti, quoniam dicunt: *recedens ab ecclesia baptismum quidem non amittit, ius dandi tamen amittit.* si enim utrumque sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur et illud amittitur? neutri sacramento iniuria facienda est. si sancta malos fugiunt, utrumque fugiat; si sancta in malis

9 cf. II Tim. 2, 5 II Tim. 2, 4 22 epist. Parm.

1 elementiam *D* 2 iam uenia α iam *om. EI* 3 caracter *PEFGI* karact. *H* 7 posse β 8 et apostolus *MPF*γ et *om. GH* 9 ducat] dicat *MPFGH* clamet et aperte dicat γ 10 implicet *M* 11 placeat ei *FH* ei placeat *v* 12 iis *v* 13 fuerint *F* 14 hinc temere] temere inde γ 15 iis *v* catholicae *om.* β 16 quod] quoniam *M* quin *Em2FGHv* quando *Em1I* 17 et quin (quando *Em1I, del. Em2*) perniciose *FG*γ et perniciose habeant *om. M* 18 iam enim *M* 19 perfectum *M*α, *cf. p. 19, 15* 23 *alt.* amittit] relinquit *F* 26 *pr.* sancta] secunda *M* malis] maculis *M*

inuiolabiliter manent, utrumque maneat. si dixerint: 'baptismus in sola uera ecclesia recte datur', respondetur eis: 'baptismus in sola uera ecclesia recte habetur'. cur non potest dari ubi non recte datur, cum possit haberi ubi non recte habetur? an quia non habere aliud est, aliud non recte habere? sic et non dare aliud est, aliud non recte dare. sicut non recte habet qui ab unitate discedit, sed tamen habet et ideo redeunti non redditur, sic etiam non recte dat qui ab unitate discedit, sed tamen dat, et ideo quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur. illi autem quod non recte datur datum non esse contendunt. quid si alius quod non recte habetur haberi non posse contendat, nonne utrique reclamamus et dicimus habere quidem, sed non recte habere eum qui ab unitate discesserit? si uolunt ergo, ut ille audiat quod pariter reclamamus, ipsi nos audiant reclamantes dare quidem sed non recte dare eum, qui ab unitate discedit. quapropter sicut redeunti non redditur quod et foris habebat, sic uenienti non repetendum est quod et foris acceperat. unde consequenter intellegitur peruersitatem hominum esse corrigendam, sanctitatem autem sacramentorum in nullo peruerso esse uiolandam; constat enim eam in peruersis et sceleratis hominibus, siue in eis qui intus sunt siue in eis qui foris sunt, inpollutam atque inuiolabilem permanere. et quod dicuntur ea mali polluere, quantum in ipsis est dicuntur, cum illa inpolluta permaneant. sed in bonis permanent ad praemium, in malis permanent ad iudicium. nam et de spiritu qui nullo modo extingui potest dictum est tamen: spiritum nolite extinguere, id est: 'quantum in uobis est nolite sic agere,

26 I Thess. 5, 19

1 dixerit *D* 4 non *pr. om. EGI* cum] cur *EGI* habere *P* ubi *om. M* 6 habent *EGm1HI* 7 discedunt *EHI* habent *EGHI* 9 ab eo] habeo *D* 10 quodsi *α* 11 habetur recte *M* 13 discedit *F* ergo uolunt *Gγ* 14 audiat ille *MPσ* 15 discessit *Gv* 16 et *om. Mα* 17 est non repetendum *M* et] etiam *v, om. MEI* 18 corrigenda sanctitate *Dm2* 22 quod] quia *γ* 24 in bonis permaneant *M* 25 permaneant *M* spiritu sancto *F* 26 potest extingui *γ* nolite] non *add. F*

tamquam conemini extinguere spiritum aut tamquam extinctum spiritum deputetis'. et nomen dei pollui nullo modo potest et tamen dictum est: filius et pater intrabant ad unam puellam, ut polluerent nomen domini dei sui.

31. Nec ullo modo isti expedire se possunt, cum eis proponitur, cur sanctitas sacramenti et haberi et dari possit ab eo, quem intus sceleratum iam deus damnauit, et tunc ab eo incipiat dari non posse, cum ab hominibus damnatus fuerit, cum tamen nec tunc eam possit amittere. postremo cur Felicianus, quem cum Maximiano trecenti decem damnauerunt et diu foris in sacrilego, sicut ipsi concilio suo pronuntiauerunt, schismate fuit, non solum ipsum baptismum, sed etiam ius dandi non amisit? in honore quippe suo, sicut exierat, ita receptus est cum his omnibus quos foris positus baptizauit, nullo eorum rebaptizato, quia si aliquem eorum quos foris baptizauerat rebaptizandum esse censerent, iudicarent eum amisisse ius dandi cum foris esset; et propterea consequens erat, ut ipsum quoque iterum ordinarent, si illos iterum baptizarent. sed cum ad pacem Christi reuocantur calumniatores sunt, cum paci Donati consulunt dissimulatores sunt. quid est aliud quam quod eorum Tychonius de illis ait: quod uolumus sanctum est?

XIIII. 32. Ut quid ergo Parmenianus inani iactantia exultat et dicit: *numquam diuinae legis censura patietur, ut uiuificare quemquam mortuus possit, curare uulneratus, inluminare caecus, uestire nudus, emundare pollutus?* dominus enim suscitat mortuos, dominus curat uulneratos, dominus illuminat

3 Am. 2, 7 11 cf. De bapt. I 5, 7 21 cf. Cresc. IIII 37, 44 24 epist. Parm.

1 spiritum extinguere *Gγ* exstinctum *D* spiritum exstinctum *v* 2 nullo modo pollui *Fv* 4 domini *om.* β 7 intus sceleratum iam *om. M* incipiat ab eo *Mγ* 9 ea *GI, om. E* 11 sacrilego *Pm2* sacrilegio *cet. v* in concilio *Gγ* 12 sc(h)ismatis *MFGHv* scismaticus *EI* 14 quos ipse *Gγ* 17 amissise *P* 21 est] est hoc *EGv* hoc est *FH* hoc (*om.* est) *I* eorum magister *EGI* tichonius *α* 26 et mundare *Gγ* mundare *Hm1*

caecos, dominus uestit nudos, dominus emundat pollutos. quid sibi arrogat quae hominis non sunt? itane uiui sunt aput eos qui non peccant, ut etiam uiuificare posse dicantur, cum incrementum dare non possint? ego, inquit, plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. quomodo dat uitam mortuo, qui incrementum dare non potest uiuo? sicut enim pater excitat mortuos et uiuificat, sic et filius quos uult uiuificat. itane aput illos sani sunt, ut possint etiam curare non sanos? quid aliud isti quam se benedicendos pro domino opponunt? sed ab eis nullo modo seducuntur qui non in homine, sed in deo sperantes cantant: benedic anima mea dominum et noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos. si omnes languores ipse sanat, nullum relinquit quem Parmenianus sanare se dicat. tantane aput illos sunt lumina, ut inluminare etiam possint? quod nec illi, quo in natis mulierum maior nemo surrexit, Iohanni Baptistae Iohannes euangelista concedit, de quo ait: non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. erat lumen uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. si omnem hominem illud lumen illuminat, nullum relinquit quem Parmenianus illuminare se dicat, quia, etsi sancti homines secundum quendam modum dicuntur lumina, aliud tamen sunt lumina illuminata, aliud tamen lumen illuminans, quod solum

4 I Cor. 3, 6—7 8 Ioh. 5, 21 13 Ps. 102, 2—3 18 cf. Matth. 11, 11 20 Ioh. 1, 8—9

1 mundat γ 4 possunt *MEGHI* inquit] quidem *M* inquit paulus *E* inquit apostolus *GIv* 7 quomodo] quando *Mα* 8 suscitat *Mα* 10 ita sani *M* 13 domino *MEGI, cf. Roensch, It.² p. 440* 14 propitius fit] propitiatur β fit] sit *M* 15 langores *P* 16 langoles *P* 17 lumina sunt *Ev* 19 surrexit nemo β 21 uerum *om.* β 25 luminaria *MPα* alia *Gv* 26 tamen *om.* *α* solum *om.* *α*

illud est de quo idem Iohannes Baptista dicit: nos omnes de plenitudine eius accepimus. nudos autem quis uestit nisi qui dicit: proferte illi stolam primam et qui corruptibile hoc induet incorruptionem et mortale hoc induet immortalitatem? et homo quisquam diuino indumento aliquem uestire dicitur, cui magnum est si uestiri ipse mereatur? iam porro emundare pollutum audeat se dicere, si prius audet se dicere non esse pollutum. mundati enim sumus equidem per gratiam dei. sed ne tunc quidem mundabimus aliquem, cum fuerit perfecta nostra mundatio; quanto minus modo, cum corpus quod corrumpitur aggrauat animam! quis enim glorietur castum se habere cor aut glorietur mundum se esse a peccato? mundare quippe atque sanare in spiritalibus rebus tantundem ualet. sicut autem spe salui facti sumus, ita spe mundati sumus in perfecta salute et in perfecta munditia. quomodo ergo sanare et mundare iam possumus, qui nec tunc poterimus, cum omni modo mundi saluique fuerimus? *sed deus,* inquit, *haec per hominem facit.* facit sane, sed fecit et per Iudam, quem ad euangelium praedicandum cum ceteris misit, fecit et per Pharisaeos in eis, qui bona quae per eos audiebant ipsi faciebant, cum illi non facerent quae dicebant. postremo cur iniqui et scelerati eorum, siue cum latent siue cum pro Donati parte tolerantur, uiuificant curant illuminant mundant? an ipsi non sunt mortui uulnerati caeci polluti? an ideo non aput eos caeci caecos ducentes simul in foueam cadunt, quia non ipsos, sed deum quem praedicant illi, audiendo et

1 Ioh. 1, 16 3 Luc. 15, 22 cf. I Cor. 15, 53 10 Sap. 9, 15 11 Prou. 20, 9 14 cf. Rom. 8, 24 17 epist. Parm. 19 cf. Matth. 10, 1—8 20 cf. Matth. 23, 3 25 cf. Matth. 15, 14

5 homo] hoc homo *EGI* hoc *Hv* 7 se audeat γ 8 equidem *om.* γ 9 ne] nec α 11 castum glorietur *G*γ, *cf. Cresc. III 80, 92* 12 aut] aut quis *G*γ 13 tantundet *M* 15 imperfecta *E utroque, G post. loco, et idem uoluit Morelius; sed* in perfecta salute et in perfectà munditia *intellege* in deo *siue* in Christo 17 salui et mundi β 18 hoc β 23 pro parte (pace *v*) donati *G*γ 25 caecos] caecum *ex* caeco *P*

obtemperando sectantur? ita sane. sed tunc praedicant deum, si cum Christo colligunt; cum uero quae cum illo non colligunt spargunt, Donatum praedicando, non deum, caeci caecos sequendo simul in foueam cadunt. sed de quaestione baptismi latius aliquid domino adiuuante tractabimus, cum de omnibus testimoniis sanctarum scripturarum quae nobis obicienda credidit Parmeniano responderimus, qui uere ipse adaquat proximos sibi euersione iniquitatis, qui eis tam malum propinauit errorem, ut non pro pace, sed pro diuisione et discissione non solum loquatur ipse, sed etiam diuinos libros loqui persuadeat.

XV. 33. Sed inter multa miror hominem, cum ageret non posse haberi baptismum nisi acceptum nec posse accipi sine dante, interposuisse ex euangelio testimonium: *non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit illi datum de caelo.* posset enim aliquis horum uerborum inscius, cum coepisset iste dicere: *non potest homo accipere quicquam, nisi datum illi fuerit de caelo,* antequam dixisset 'de caelo' putare illum dicturum fuisse 'a Donato' aut 'a Parmeniano' aut 'ab aliquo de parte Donati' aut omnino 'ab ipsa parte Donati'. agnosco euangelium et illic scriptum esse recenseo: non potest homo accipere quicquam, nisi datum illi fuerit de caelo. sed numquid Donatus est caelum? numquid Parmenianus est caelum? numquid pars ipsa Donati? illa uero non esset caelum, nec si esset in caelo. qui enim ait: non potest homo accipere quicquam, nisi datum ei fuerit de caelo, numquam diceret: 'nisi datum fuerit ei de sole aut

2 cf. Matth. 12, 30 4 cf. De bapt. I 1, 1 11 epist. Parm. 13 Ioh. 3, 27

2 cum uero quae] quicumque uero *Mα* 7 qui] quem *F* adae(-e-)quat *MPα* proxima *F* 8 propinnauit *M* 12 habere *Dm1Pm1* 13 potest inquit *Gγ* 14 accipere homo *MPEFGHv* 15 eorum β 16 ista *F* 17 fuerit illi *Mα* *pr.* de caelo *om.* *α* 18 a donato fuisse *γ* 20 esse *om.* *M* 21 fuerit illi *α* 22 numquid Parmenianus est caelum *om.* *F* 24 non esset] non est *α* nec si esset] nec est *MF* non est β 25 datum fuerit ei (eis *Pm1*) *MPFH* fuerit illi datum *EGv* 26 ei] illi *γ*, *om.* *FG*

de luna aut de stellis', quae tamen in caelo sunt; quanto minus diceret: 'nisi datum fuerit ei de parte Donati', quae non solum non est caelum nec in caelo, sed nec in regno uult esse caelorum! nec illud procul dubio diceret: 'non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de ecclesia'; et ipsa enim ecclesia de caelo accipit. si autem diceret: 'non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei ab homine iusto', inruerent quidem isti frontosi et se iustos esse proclamarent, ut ab eis acciperet qui uellet accipere, nec nos quaestionem faceremus, utrum iusti essent an non essent, sed inter eos esse uel latentes iniustos facile ostenderemus ex quibusdam proditis et exclusis, et tamen eos non improbare nec dicere non datum uel non acceptum, quod datum et acceptum esset a talibus. sed et hoc falso diceretur, si diceretur: 'non potest homo accipere quicquam, nisi datum ei fuerit ab homine iusto'. ipse enim iustus, a quo alter accipit, quaero a quo acceperit. si et ipse ab homine iusto, et de illo ita quaero, donec ab ipso capite ordinis humani ad aliquem perueniam qui non ab homine accepit, atque ita falsum esse doceam quod non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei ab homine.

34. Quid autem agunt isti nescientes per euangelicum testimonium, nisi ut homines ammoneantur, ut aliquando euigilent atque aduertant uere non homines esse attendendos, cum sanctum aliquid accipere homo desiderat, sed illum solum qui hoc de caelo dat homini, quia non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de caelo? quodsi dixerint: 'de caelo quidem accipit non de homine, sed tamen per hominem', quaero per qualem. si per iustum tantum, non habent illi qui aput eos

26 Ioh. 3, 27

2 illi α 3 nec est in caelo β 5 illi α et *om.* *Mα* 7 illi *GI* 10 *alt.* essent *om.* β 12 improbaremus nec diceremus *Mα* 14 si diceretur *om.* *MPm1α* 15 ei *om.* *H* fuerit ei *PF*γ 17 a iusto homine α ita] itaque *M* 19 acceperit β docent *DP* 20 fuerit ei ab homine datum *H*γ 22 per *om.* *EGI* 25 homo accipere α hoc *om.* α 27 quid si *M*

ipsos per latentes iniquissimos acceperunt; si et per iniustum, quae causa ergo est ut aliquem rebaptizent? si per iniustum non nisi latentem, non habent quos baptizauit manifestus satelles Gildonis Optatus; si et per iniustum etiam manifestum, qui tamen nondum damnatus et ab ecclesiae communione proiectus sit, non habent illi quos Felicianus Mustitanus, cum ab eorum communione foris esset, in Maximiani schismate baptizauit, quos tamen nunc cum illo regressos nemo rebaptizat. postremo si homo, quamuis de caelo, non tamen nisi per hominem potest accipere quicquam, quaero ipse Iohannes Baptista, qui haec dicebat, per quem hominem acceperat quod de caelo utique acceperat, et non inuenitur. atque ita testimoniis a se prolatis mala causa conuincitur, quia, etsi dicit filius accepisse se a patre et spiritum sanctum de suo accipere, non quasi gradatim, sed sicut ipse exposuit dicens: quia omnia quae habet pater mea sunt, ideo dixi: de meo accipiet, posse tamen hominem non interposito homine diuinitus aliquid accipere exemplo suo Iohannes ipse testatur et tot sancti, antequam dei filius homo fieret, et posteaquam resurrexit et ascendit in caelum centum uiginti homines qui simul congregati erant, quos nullo homine in terra manum imponente de caelo ueniens spiritus sanctus impleuit, et constituto iam ordine ecclesiae Cornelium centurionem ante ipsum baptismum, ante impositionem manus cum eis qui secum erant eodem sancto spiritu repletum Petrus ipse miratus est. nemo ergo accipit sine dante; sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem, adest deus qui det et homo qui accipiat, siue per se ipsum deo

15 Ioh. 16, 15 20 cf. Act. 1, 15. 2, 1—4 23 cf. Act. 10, 45

1 acceperint *F* 11 haec dicebat] hoc ait *GHv* homine *Dm1* 12 utique de caelo *MPα* *post* inuenitur *in EGHI sequuntur uerba lin. 17* posse tamen—accipere, *quae suo loco omissa sunt* a se testimoniis *MPEFGHv* 13 dicat *Mα* 14 se *om. M* 20 qui *om.* β 23 centurionem cornelium γ 24 spiritu sancto *PEGv* 27 qui det] quidem *DMEGI* donante deo γ

dante siue per angelum, siue per hominem sanctum [siue per Petrum] siue per hominem iniquum, sicut per tam multos uel latentes uel manifestos, quos ante tempus de messe colligere serui patris familias prohibentur et quos uelut paleam frumenta dominica usque ad tempus uentilationis corde interim separata non temeritate corporaliter deserunt, sed pietate spiritaliter ferunt.

XVI. 35. *Qui male,* inquit, *credidit, consequi non potest baptismi sacramentum, quia scriptum est: peruersum non potest adornari.* quid? si ergo aput eos quispiam baptizatus, qui uerbi gratia putauerat Christum ex eo esse coepisse, ex quo secundum carnem de uirgine Maria natus est, postea ueritatis sermone commotus, cum comperisset ipsum esse de quo Iohannes ait: in principio erat uerbum et uerbum erat aput deum et deus erat uerbum, de quo consequenter ait: uerbum caro factum est et habitauit in nobis, fateretur eis errorem suum pristinum atque in eo se fuisse cum baptizaretur sollicitus indicaret, iuberent eum denuo baptizari? numquam utique facerent, sed hominis imperitam simplicitatem, carnali opinione prius prauam, postea ueritatis ratione correctam gratularentur, aut si etiam talis peruersitas pertinaciter ei defendenda uideretur et diu reluctatus neque correctus etiam de ecclesia pelleretur et postea cognita ueritate remearet, paenitentia utique curandum esse censerent, non iteratione baptismatis uulnerandum, quamuis hoc in corde se habuisse fateretur etiam illo tempore, quo aput ipsos fuerat baptizatus. peruersum ergo non potest adornari, quia non ei

8 epist. Parm. 9 Eccle. 1, 15 14 Ioh. 1, 1 16 Ioh. 1, 14 27 Eccle. 1, 15

1 donante *FGH* siue (sicut *Dm2v*) per Petrum *deleui post* Petrum *add.* siue (sicut *v*) per iohannem *FG*γ 3 latenter *Dm1* 5 separati *M*α 8 inquit male β inquid *Dm1* credit *H* 10 potes *FGIv* adornare *MEm2FGHIv* 11 qui] fuerit qui *G*γ putauerat uerbi gratia *v* 13 commonitus *M*α 17 suum pristinum errorem γ 20 oppinione *P* deprauatam *G*γ postea *om.* γ 26 etiam] et *GH, om. EI* 27 potes *Mm2FGIv* adornare *M*α

ad ornamentum ualeret sacramentum quod acceperat, si in fide peruersa persisteret, sed potius ad supplicium, cum tamen ipsum per se sacramentum etiam in peruerso, quem non ornabat sed iudicabat, integrum permaneret et ideo nullo modo esset illius sacramenti uiolanda sanctitas, etiam cum esset illius hominis corrigenda peruersitas.

XVII. 36. Audet etiam Parmenianus exempla nobis diuina proponere, quibus se arbitratur ostendere quaerendum esse hominem sanctum, a quo debeat accipi sacramentum. *ipse*, inquit, *dei filius, ipse dominus Iesus Christus, a quo principium spiritalis baptismi exortum est, cum secundum uoluntatem patris baptizandus esset, utrumne ad Pharisaeos perfidos atque profanos an ad sanctissimum Iohannem uenisse monstratur?* at si hoc exemplo inuitamur ad accipiendum baptismum, inferiorem nobis a quo baptizemur debemus inquirere, quandoquidem dominus ab eo baptizatus est, qui se ab ipso domino baptizari debere praedixerat et qui se indignum corrigiam calciamenti eius soluere testabatur. quin immo, ut intermittam quaerere diligentius, cur ipse saluator noster baptizari uoluerit, iam quia certa aliqua causa uoluit, propterea fortasse, cum se ipse posset tinguere qui etiam suum baptizatorem poterat baptizare, uoluit dominus a seruo et ille per quem facta sunt omnia ab illo qui factus est inter omnia baptizari, ut et doceret humilitatem et ostenderet non interesse quis a quo baptizetur, dum eo baptismo quo baptizandus est baptizetur. nec a Pharisaeis dedignaretur ille baptizari, si haberent huiusmodi baptismum Pharisaei, quo ille certi sacramenti gratia uoluit baptizari. nam cum etiam circumcidendus esset, num-

9 epist. Parm. 16 cf. Matth. 3, 14. 11 22 cf. Ioh. 1, 3

3 sacramentum per se γ 4 permanere *Mm2* 7 nobis exempla γ 9 accipi debeat *Hγ* 13 atque] et *PF* 15 quoniam quidem *MFH* 16 baptizandus est *F* 18 ut non *M* 19 inquirere *Gγ* 20 iam *om.* α quia] quidem quia *M* certe α 21 ipse *om. EGHI* tingere *Hv* 27 Pharisaei *om. v* a quo *Dm1PEGHI* 28 cum etiam] et cum *Gγ* cum *H*

quid Iohannes quaesitus est, quia hoc a Iudaeis fieri iam solebat, et cum pro illo esset offerendum legale sacrificium, numquid deuitatum est illud templum quod ab eo uocatur spelunca latronum? quo certe et boni intrabant et mali nec bonis oberant mali, quoniam dominus, qui ait: sancti estote, quia et ego sanctus sum, ita inuiolabiliter facit sanctos suos uersari inter malos, si custodiant eam quam accipiunt sanctitatem, quemadmodum ipse dominus Iesus nulla contagione malignitatis in Iudaeorum gente pollutus est, neque cum illa prima sacramenta secundum perfectam humilitatis uiam factus sub lege suscepit neque cum postea discipulis electis cum suo traditore usque ad extremum osculum uixit. eius enim exemplo non solum non facientis mala, sed etiam non consentientis ulli malitiae, inter paleam frumenta secura sunt, quia neque talia faciunt neque consentiunt facientibus, etiamsi in eadem segete usque ad messem, in eadem area usque ad uentilationem, intra eadem retia usque ad separationem quae in litore futura est boni tolerent malos. sed isti sunt uere caeci duces caecorum, qui et in numero suorum tam multos malos uident et uiam pacis non uident et ut se non ad sustinendum inuicem propter unitatis uinculum, sed ad diuidendum inuicem propter schismatis sacrilegium sequantur homines persuadent.

XVIII. 37. *At enim dictum est per prophetam regi Iosaphat: o rex Iosaphat, si peccatorem tu adiuuas aut eum quem dominus odit tu diligis? propterea fuit super te ira domini.* quis enim nostrum dicit peccatorem adiuuandum ad hoc utique in quo peccare uult, sicut ipse Achab, quem adiuuit Iosaphat eundo cum illo in proelium, cum ille

4 cf. Matth. 21, 13 5 Leu. 11, 45 15 cf. Matth. 3, 12. 13, 37—43. 47—50 18 cf. Matth. 15, 14 20 cf. Rom. 3, 17 cf. Eph. 4, 2—3 23 epist. Parm. 24 II Par. 19, 2 27 cf. III Reg. 22

1 quia hoc] hoc enim *Mα* 3 euitatum *PF* deuitandum *E* illut *Dm1* uocatum est ab eo *M* 6 et *om. Pα* 7 si] ut *v* custodiunt *F* 13 non solum non] solum modo non *F* 17 littore *FHIv* 18 tollerent *Pm1* 21 diuidendum ab inuicem *Gγ* 23 iosafat *D* (*passim*) iossaphat *Pm1* 27 ad] dum ad *Dm1P* 28 adiuuabat *Fv*

Michae prophetae ueracia uerba contemneret? et tamen nec sic obfuit innocentiae regis Iosaphat pessimum meritum regis Achab, quia illum dominus ad se exclamantem de periculo bellico liberauit, illum autem sacrilegum contemptorem in manus hostium uenire permisit. et si quid Iosaphat periculi expertus est, quod ei propheta indicat ab ira domini fuisse, non alieno meruerat peccato sed suo, quia sicut ei dictum est peccantem adiuuabat. sed aput deum cetera eius bona facta praeualuerunt. sic enim ei dicitur: si peccatorem illum adiuuisti et eis qui oderunt dominum amicus es? et in hoc super te ira a facie domini. sermones dei boni in uniuersa sunt tecum, quoniam abstulisti lucos de terra et parasti cor tuum ad requirendum deum. qui autem uersatur in ecclesia dei, ubi sunt et illi qui sua quaerunt, non quae Iesu Christi, qui per inuidiam et contentionem Christum annuntiant non caste, et dicit: siue per occasionem siue per ueritatem Christus annuntietur; et in hoc gaudeo, sed et gaudebo, inpollutus inter eos atque integer permanet, quia non eis ad sua quaerenda consentit, cum hoc culpet atque arguat, nec eos ad peccandum, sed ad hoc adiuuat, unde Christus latius praedicetur et ab eis qui audiunt et faciunt per eos qui quod dicunt non faciunt Christo credatur, in Christo speretur, Christus diligatur. talibus enim praecepit idem apostolus dicens: nolite coniungi cum infidelibus. quae enim participatio est iustitiae et iniquitati? quae communicatio est luci ad tenebras? quis autem

9 II Par. 19, 2—3 14 cf. Phil. 2, 21 15 cf. Phil. 1, 15. 17 16 Phil. 1, 18 24 II Cor. 6, 14—18

1 michaeae *Dm2MPα* profetae *ex* profectae *D* 2 offuit *DMP* 3 clamantem *M* de] a *α* 4 contemtorem *DPm2* 6 profecta *Dm1* dei *β* 7 ei *om. M* 9 dicitur ei *MPα* si *om. Mα* illum *om. γ* 10 eis qui oderunt] ei contra *Mα* 12 uniuersis *FHγ* 14 qui] quae *F* 17 adnuntietur *E* 20 arguat] reprehendat *Mα* 21 his *v* 23 praecipit *Dm2γ* 25 est *om. MPα* et iniquitati] cum iniquitate *β* 26 quis] quae *α* autem *om. EFI*

consensus est Christi ad Beliar? aut quae pars fideli cum infideli? quae autem conuentio templo dei cum simulacris? uos enim templa dei uiui estis. dicit enim: quia inhabitabo in eis et inambulabo et ero illorum deus et ipsi erunt mihi populus. propter quod exite de medio eorum et separamini, dicit dominus, et immundum ne tetigeritis. et ego recipiam uos et ero uobis in patrem et uos eritis mihi in filios et filias, dicit dominus omnipotens. quae uerba isti carnaliter sentientes per tot diuisiones se ipsos minutatim in ipsa una Africa conciderunt. non enim intellegunt neminem coniungi infidelibus nisi qui facit peccata paganorum uel talia facientibus fauet, nec quemquam fieri participem iniquitatis nisi qui iniqua uel agit uel adprobat. quis autem communicat tenebris nisi per tenebras consensionis suae, cum dimisso Christo sequitur Beliar? quis ponit cum infidelibus partem suam nisi qui eius infidelitatis fit particeps? ita enim et templum dei esse desinit nec se aliter simulacris adiungit. qui autem sunt templa dei uiui et in medio nationis tortuosae ac peruersae apparent sicut luminaria in mundo uerbum uitae habentes, nihil eos quod pro unitate tolerant inficit nec angustantur, quia in illis habitat et deambulat deus et exeunt de medio malorum atque separantur interim corde, ne forte, cum id facere per seditionem schismatis uolunt, prius a bonis spiritaliter quam a malis corporaliter separentur.

XVIIII. 38. Quod ergo scriptum est deum dixisse: *eos qui me clarificant clarificabo et qui me spernit spernetur,*

19 cf. Phil. 2, 15 26 epist. Parm. I Reg. 2, 30

1 consensus est] conuentio α belial *Dm2MPα* fidelis *MF* 2 quae] qui *Em1FIv* quis *MEm2GH* conuentio] consensus *Mα* 3 templum *Fγ* 6 et separamini *om.* α 10 una ipsa *M* 11 concidunt *v* enim *om. F* coniungi cum β 12 peccatum *EGHI* 13 uel *om. EFGI* 14 nisi qui *FGγ* 15 cum *om. Gγ* 16 belial *Dm2MPα* 17 et *om.* β desinat *M* 18 templum γ 21 angustiantur *EFHI* 22 eorum scilicet malorum *M*

ipsi maxime nolunt intueri. quomodo enim clarificant deum, qui dicunt per orbem terrarum impleri non potuisse eius promissa quae promisit patribus nostris Abrahae, Isaac et Iacob, quae per prophetas tanto ante praenuntians exhibuit per unicum suum, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, ut in illo id est in semine Abrahae benedicerentur omnes gentes; qui dicunt ipsum dei filium frustra dixisse: sinite utraque crescere usque ad messem, quasi falsus fuerit aut ipse fefellerit, cum sola zizania per mundum creuerint, frumenta uero praeter Donati partem in toto terrarum orbe defecerint? quomodo ista sentientes clarificant dominum, cum scriptum sit: in latitudine gentis gloria regis, in deminutione autem populi contritio principis? aut quomodo non spernunt dominum, qui baptismum eius in eis, quorum causam non audierunt et de quibus iudicare nullo modo potuerunt, incredibili temeritate impietatis exsufflant et sibi audent arrogare quod dei est, a se damnatos in honoribus integris pro Donati pace recipiunt et a se inauditos contra pacem domini detestantur, baptisma in illis terrarum partibus per apostolos traditum perisse contendunt et per Felicianum aput Maximianistas traditum non perisse concedunt? iam uero quomodo catholici non clarificant dominum, qui promissa eius nullis hominum sceleribus quominus implerentur impediri potuisse confidunt, qui sacramenta eius tam debita ueneratione prosecuntur, ut ea si etiam ab indignis tractata fuerint, illis sua peruersitate damnatis illa intemerata sanctitate permanere demonstrent?

XX. 39. *Iterum,* inquiunt, *scriptum est: nolite communi-*

4 cf. Rom. 1, 2—3 7 Matth. 13, 30 12 Prou. 14, 28 28 epist. Parm. Eph. 5, 11—12

2 posse γ 6 habrae *M* 10 partem donati *MP*α orbe terrarum *M* 11 glorificant β deum *F*γ 12 diminutione α 13 autem *om. M* 14 deum α 15 nullo modo iudicare *MP*α 20 apostolus *Pm1* aput] atque *EGHI* 22 deum γ 24 posse *M*α tam] ita *Hv* 25 prosecuntur *sic DMPFG* 27 demonstrant *ex* demonstrat *P* 28 contaminare *F*

care operibus infructuosis tenebrarum, magis autem et redarguite. quae enim fiunt ab ipsis latenter turpe est et dicere. iam ipsa uerba quemadmodum intellegenda sint diximus, quia non communicare est non consentire; quod propter ecclesiae disciplinam parum est, nisi etiam redarguantur, ut corrigi possint. sed haec salua pace facienda sunt et quantum admittit officium conseruandae unitatis, ne simul eradicetur et triticum.

XXI. 40. *Iterum ad Timotheum idem apostolus: ne, inquit, communicaueris peccatis alienis. te ipsum castum serua.* docuit ex consequenti, quemadmodum quod prius dixit intellegendum sit. qui enim se ipsum castum seruat, non communicat peccatis alienis. si enim communicat consentit, si consentit corrumpitur, si corrumpitur castum se ipsum non seruat. sed sane tandem aliquando euigilauit Parmenianus et attendit quid diceret Tychonius, sed frustra; statim quippe amore sententiae suae contra ueritatem oculos clausit. ait enim: *an numquid, frater carissime, non polluunt alios aliena peccata? et hoc est facinerosis non communicare, licet cum ipsis conuenias, eorum facta non facere.* et tamen non totum dixit. parum est enim eorum facta non facere, nisi displiceant; parum est ut displiceant, nisi redarguantur. aliud est enim non facere, aliud non communicare id est consentire facientibus, aliud etiam redarguere. cur ergo ubi uidere coeperat statim se auertit et usque in finem noluit peruenire et uix trientem de toto posuit? an, sicut de populo fecerunt, etiam ueritatis sententiam praecidendam putauit? nos dicimus, quod, qui non facit malum nec facienti consentit et facientem arguit, firmus atque integer inter iniquos tamquam frumentum inter paleam

9 epist. Parm. I Tim. 5, 22 18 epist. Parm.

2 et (καί) *om.* α 3 et] etiam *M* 7 ammittit *D* amittit *Pm1* 11 serua] custodi α 14 ipsum *om.* α 15 conseruat *F* 16 tichonius *MP*α 18 an *om.* α annon quid *P* 19 facinorosis *M*α 22 enim est *Fv* 23 id est non β . 24 etiam *om. F* 26 etiam] et *FHv* ita et *G* sententiam ueritatis β 27 quod] quia *F* 29 paleas *Fv*

conuersatur; ille autem tantummodo ait: 'eorum facta non facere.' et tamen hanc tertiam de tota sententia particulam quemadmodum refellat uideamus.

41. *Quod contra legem esse diuinam,* inquit, *nullus qui legem ueneratur ignorat.* adhuc ista uerba communiter dici possunt. potest enim et alius dicere: 'quod secundum legem esse diuinam nullus qui legem ueneratur ignorat.' sed opus est probare, non dicere. attendamus ergo quemadmodum probet. *quid enim prodest,* inquit, *innocentiam custodisse, si cum reis mixtus es et obnoxius?* sane, si ita est, non innocentiam custodisse non prodest, sed innocentia custodita non est. mixtus enim reis et obnoxius nisi per conscientiae maculatam consensionem nullus recte dici potest. qui uero implet quod scriptum est: iusto nihil placet iniquum, ubilibet eum uersari quaelibet necessitas cogat, misceri iniquitatibus non potest. *uel quomodo,* inquit, *incorruptus poteris permanere qui corruptis sociaris?* ita plane, si sociatur, id est si mali aliquid cum eis committit aut committentibus fauet; si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. porro si addat tertium, ut non sit in uindicando piger, sed uel corripiat iustus in misericordia et arguat uel etiam, si eam personam gerit et ratio conseruandae pacis admittit, et coram omnibus peccantes arguat, ut ceteri timeant, remoueat etiam uel ab aliquo gradu honoris uel ab ipsa communione sacramentorum, et haec omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi faciat, plenissimum officium non solum castissimae innocentiae, sed etiam diligentissimae seueritatis impleuit. ubi autem cetera impediuntur, illa

4 epist. Parm. 9 epist. Parm. 14 Prou. 12, 21 16 epist. Parm. 20 cf. Ps. 140, 5

2 hanc *om.* α tertiam tamen *EGv* 5 ignorat *ante* qui *tr. M* 7 esse *om. MF* 10 es *scripsi* est *DMP*α obnoxiis *Pm1FH*γ non *post* est *om. M*α 12 obnoxiis *MPm1*α concupiscentiae *M* 16 qui] si β 21 gerat *M* 22 ammittit *DP* et *om.* α 24 omnia] communia *D* 25 persequenti *P* faciat *om. H*γ 26 etiam *om. EFGHI*

duo semper retenta incorruptum castumque custodiunt, ut nec faciat malum nec approbet factum.

XXII. 42. Sed tamen uideamus unde iste doceat quod affirmat. *cum scriptum sit*, inquit: *modicum fermenti totam massam corrumpit.* dixit hoc Parmenianus atque abiit nec ei nunc ostendi potest in parte Donati non solum modicum fermenti, sed multum ueneni ex illis ouis aspidum ruptis et praeualidis iam serpentibus pro Primiano damnatis et ad Primianum iterum reuocatis. *sed correcti sunt,* inquit. deo gratias. si uerum est, non inuideo. atque utinam perfecte id fiat. si enim a Maximianistis redire ad partem Donati nonnullus correctionis est gradus, quanto uerior perfectiorque correctio est ab ipsa parte Donati ad unitatem catholicam remeare! et Tychonius quidem multa dixit, ⟨per⟩ quae illis temporibus et, sicut interior nouerat, quam non modico sed multo fermento suo totam suam massam nollent fateri corruptam, qui totum orbem terrarum peccatis Afrorum fermentatum esse criminarentur. sed ego istos miror, si adhuc eis placet haec apostolica uerba sic intellegere, ita eos Optatum Gildonianum uelle defendere, ut nec modicum fermenti eum fuisse concedant. quodsi uel hoc concedunt, quam magnam putant esse massam suam, ut non potuerit tota corrumpi? aut si in eis solis corrupta est quibus placebat Optatus, experti discant intellegere quod legunt, quia in his est massa tota, ad quos pertinet quod dicitur totum siue bonum siue malum. ad eos autem pertinet qui consentiunt; ad eos autem qui non consentiunt omnino non pertinet, et ideo disciplina ecclesiastica corrigendum est, ne ad multos persuadendo perueniat. quod ubi fieri permittit ratio pacis et non fit, ipsa neglegentia culpam trahit et in periculo consentiendi est per desidiam corrigendi.

4 epist. Parm. I Cor. 5, 6 7 cf. Esai. 59, 5 et supra II 3, 7 9 epist. Parm. 25 cf. II Cor. 5, 10

4 fermentum *Mα* 8 parmiano *Pm1* 10 id perfecte *γ* 12 quando *F* 14 tichonius *α* per *addidi* 16 suo *om. Mα* 18 apostolica *DMPv* epistolae *cet.* 20 ut *om. P* 22 solis] *add.* tota *β* 23 placet *β* 24 in his est] inest *FGγ*, *om. H* tota massa *α* 25 autem *om. Mβ* 30 corrigenda *F*

XXIII. 43. Ex qua regula et illud intellegendum quod consequenter opponit dicens esse scriptum: *sit uobis legitimum aeternum in progenies uestras diuidere in medio sanctorum et inreligiosorum et in medio mundorum et immundorum.* tanto enim quisque melius hoc facit, quanto magis in ecclesia proficit. cum enim creuisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. et quamuis inter utrumque iam serui patris familias cognitione diuiderent atque distinguerent, iubentur ea tamen sinere crescere et hoc usque ad messem. sed haec hactenus. ea enim quae restant aliquanto diligentius ab alio exordio consideranda atque tractanda sunt.

LIBER TERTIUS.

I. 1. Cum omnis pia ratio et modus ecclesiasticae disciplinae unitatem spiritus in uinculo pacis maxime debeat intueri, quod apostolus sufferendo inuicem praecepit custodiri et quo non custodito medicina uindictae non tantum superflua, sed etiam perniciosa et propterea iam nec medicina esse conuincitur, illi filii mali, qui non odio iniquitatum alienarum, sed studio contentionum suarum infirmas plebes iactantia sui nominis inretitas uel totas trahere uel certe diuidere affectant, superbia tumidi, peruicacia uaesani, calumniis insidiosi, seditionibus turbulenti, ne luce ueritatis carere ostendantur, umbram rigidae seueritatis obtendunt et, quae scripturis sanctis salua dilectionis sinceritate et custodita pacis unitate ad corrigenda fraterna uitia mordaciore curatione fieri praecepta sunt, ad

2 epist. Parm. Leu. 10, 9—10 6 Matth. 13, 26 9 cf. Matth. 13, 30 15 cf. Eph. 4, 3 16 cf. Eph. 4, 2

1 est quod *Dm2MPα, cf. p. 101, 15* sequenter *EFGHI* 7 et zizania *EG* 9 tamen ea *Hγ* et hoc *om. M* 11 aliquando *F* 12 sunt] *add.* Explicit liber secundus (·II· *DMP* ·II· contra parmenianum *H*) *DMPFHI, om. EG, deinde add.* Incipit (liber *add. DMG*) tertius (·III· *DMPG*) *DMPFGHI, om. E, denique* deo gratias *add. D* 16 praecipit *Dm2Mα* custodire *Ev* 21 tratrahere *Dm1* 22 uaesani *sic DP* 24 in scripturis *α* 25 unita *M* 26 mordaciori *MEFGHv*

sacrilegium schismatis et ad occasionem praecisionis usurpant dicentes: *ecce ait apostolus: auferte malum a uobis ipsis. quod malum utique si integris,* inquiunt, *non obesset, nec iuberetur auferri.*

2. Interim uideamus, ne forte non frustra non dixerit apostolus: 'auferte malos a congregatione uestra', sed: auferte malum a uobis ipsis, quia et, cum quisque impeditur ab ecclesiae congregatione malos homines separare, si a se ipso auferat malum, non eis corde miscetur atque ita spiritaliter non solum coniungitur bonis, sed etiam separatur a malis. sicut enim in illo loco ad Timotheum cum dixisset: neque communicaueris peccatis alienis, tamquam ille diceret fieri posse, ut aliquos malos ab ecclesiae congregatione separare non posset et ideo tolerare cogeretur, tamquam consilium dans, quemadmodum peccatis eorum non communicaret, te ipsum, inquit, castum custodi — non enim malis nisi malus misceri potest, bonus autem nullo modo, quamuis in una cum eis congregatione uersetur —, ita et hic ad Corinthios cum dixisset: quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt uos iudicatis?, ne forte turbarentur aliqua malorum numerositate sic permixta frumentis, ut sine illorum uexatione colligi separarique non posset, auferte, inquit, malum ex uobis ipsis, ut, si forte non possent auferre malos a congregatione sua, auferendo malum ex se ipsis, id est non cum eis peccando nec eis ad peccandum consentiendo aut fauendo, integerrimi inter eos et incorruptissimi uersarentur, quia per malum suum malis quisque consentit, si autem

2 epist. Parm. I Cor. 5, 13 11. 15 I Tim. 5, 22 19 I Cor. 5, 12

2 a] ex (ἐξ) *Hm1*γ 5 iterum *F* dixit *M* 6 contagione *F* 7 a] ex γ et *om.* α 8 a] ex *v* 11 sicut] sic α loco *om. F* tymotheum *D* 13 separari *M* 14 possit *DMFGH* 16 inquit *om. P* non enim] nam γ nisi *om.* γ 17 bonis *P* cum eis in una β 21 permixtis *FG*γ 22 possint *M* possent α 23 uobis *om. I* ipsis *om. EFGH*

a se ipso auferat malum, alieno malo non est unde consentiat. quapropter quisquis etiam contempserit ecclesiae disciplinam, ut malos cum quibus non peccat et quibus non fauet desistat monere corripere arguere, etsi talem personam gerit et pax ecclesiae patitur etiam a sacramentorum participatione separare, non alieno malo peccat sed suo. ipsa quippe in tanta re neglegentia graue malum est. et ideo, sicut apostolus monet, si auferat malum a se ipso, non solum auferet audaciam committendi aut pestilentiam consentiendi, sed etiam pigritiam corrigendi et neglegentiam uindicandi adhibita prudentia et oboedientia in eo quod praecepit dominus, ne frumenta laedantur. ea quippe intentione quisquis inter triticum zizania tolerauerit auferendo malum a semet ipso, nec eis communicat et ea distinguit ac iudicat interim ad diem. non enim nouit quod cras futurum est. et ideo dilectione seruata non sine spe correctionis uindicandum est quidquid etiam cogit necessaria seueritas uindicari. quod ut satis appareat, totum ipsum epistulae apostolicae locum diligentius retractemus.

3. Quid uultis, inquit? in uirga ueniam ad uos an in caritate spiritus mansuetudinis? iam hic apparet eum de uindicta loqui, ad cuius significationem uirgam nominauit. numquid tamen et uirga sine caritate est, quia ita contexuit: in uirga ueniam ad uos an in caritate? sed quod sequitur 'spiritus mansuetudinis' ammonet intellegi, quia et uirga caritatem habet. sed aliud est caritas seueritatis, aliud caritas mansuetudinis. una quidem caritas est, sed diuersa in diuersis operatur. omnino, inquit, auditur in uobis fornicatio, et

11 cf. Matth. 13, 29 14 cf. Rom. 14, 5 19 I Cor. 4, 21 27 I Cor. 5, 1

2 contemserit *D* ecclesiae dei β 4 corrigere β gerit personam α, *cf. p. 96, 21* 7 ad(am- *MH*)monet *MEFHI* 10 athibita *Dm1* 11 praecipit γ 12 et zizania *PI* 13 a se ipso malum γ met *om.* α nec] non α 14 quid *FG*γ 15 est] sit *G*γ 16 quicquid *codd. praeter PI* coegerit *F* 17 apparet *F* 18 tractemus α 20 spiritus] et spiritu *MP*α in spiritu *Hm2* 21 loqui de uindicta α 24 et spiritu *M* spiritu *H*γ admonet *F* 27 in uobis (ἐν ὑμῖν)] inter uos β

talis fornicatio qualis nec in gentibus, ita ut uxorem patris sui quis habeat. de tam immani facto uideamus quemadmodum eos saeuire praecipiat. et uos, inquit, inflati estis et non potius luctum habuistis, ut tolleretur de medio uestrum qui hoc opus fecit. quare 'luctum' potius et non iram, nisi quia si patitur unum membrum compatiuntur omnia membra? et non 'luctum quia tollebatur,' sed luctum, inquit, ut tolleretur, id est ut lugentium dolor ad deum ascenderet et ipse illum qui hoc opus fecit tolleret de medio eorum, sicut ipse sciret, ne forte illi per humanam imperitiam eradicarent simul et triticum. cum ergo ad talem uindictam necessitas cogit, humilitas lugentium debet impetrare misericordiam, quam repellit superbia saeuientium. nec illius ipsius qui de medio fratrum tollitur debet neglegi salus, sed ita agendum, ut ei talis uindicta sit utilis, et agendum uoto et precibus, si corrigi obiurgationibus non potest. ideoque sequitur et dicit: ego quidem sicut absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicaui quasi praesens eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis et meo spiritu, cum uirtute domini nostri Iesu tradere eiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. quid ergo agebat apostolus, nisi ut per interitum carnis saluti spiritali consuleret, ut siue aliqua poena uel etiam morte corporali, sicut Annanias et uxor eius ante pedes apostoli Petri ceciderunt, siue per paenitentiam, quoniam Satanae traditus erat, interimeret in se sceleratam carnis concupiscentiam, quia ipse item dicit: mortificate membra quae sunt super

3 I Cor. 5, 2 6 I Cor. 12, 26 17 I Cor. 5, 3—5 25 cf. Act. 5, 5. 10 28 Col. 3, 5

1 inter gentes *M* 6 si *om. P* 8 *pr.* ut] in *F* 9 illum—tolleret *DP* hoc opus tolleret *M* tolleret hoc opus α 11 simul *om. FHv* 15 ita agendum est *Gγ* uindictta *Dm1* 17 sicut (ὡς) *om.* α 21 Iesu Christi γ huiusmodi γ 22 Iesu *om. Mα* 23 aiebat *M* 24 etiam *om.* β 25 ananias *Dm2MPα* 26 quoniam] qua *F* 28 membra uestra *MPα*

terram, inter quae etiam fornicationem commemorat, et iterum: si enim secundum carnem uixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis? non tamen ab eo fraternam separat caritatem, quem de fraterna congregatione praecepit separari. hoc enim apertius ad Thessalonicenses dicit: si quis autem non obaudit uerbo nostro per epistulam, hunc notate, ut non commisceamini cum illo, ut erubescat. et non ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem. audiant isti aliquando et intellegant, quemadmodum satagat caritas apostolica, ut sufferentes inuicem studeamus conseruare unitatem spiritus in uinculo pacis. nam et hic cum dixisset: et non ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem, tamquam ostendens cur hoc dixerit continuo subiunxit: ipse autem deus pacis det uobis pacem semper in omni modo. ita etiam de isto, qui uxorem patris sui habuit, luctum potius indicit et pacificam caritatem ubique commendat, sicut et de se ipso ait: ne iterum cum uenero humilet me deus ad uos et lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super immunditia et luxuria et fornicatione quam gesserunt. et paulo post ait: praedixi et praedico, sicut praesens secundo et nunc absens, his qui ante peccauerunt et ceteris omnibus, quia si uenero iterum non parcam. ideo lugendo iudicabat, ut misericordia dei sine corruptione uinculi pacis, ubi salus tota consistit. contereret peccantes atque corrigeret, sicut de isto

2 Rom. 8, 13 6 II Thess. 3, 14—15 10 cf. Eph. 4, 2—3 12 II Thess. 3, 15 14 II Thess. 3, 16 16 cf. I Cor. 5, 1 18 II Cor. 12, 21 21 II Cor. 13, 2

1 etiam] et α 4 fraternam] supernam *Em1GHI* separaret *F* de] a *F* fraterna *DMPEm2v* superna *cet.* 5 praecipit α the-(te-*F*)salonicenses *DMPEFG* 7 hinc *Dm1* (*recte*? τοῦτο?) ut] et *Ev* 8 ut *post* non *om. EGHI* aestimetis $H\gamma$ obsistetis (*sic*) *ex* obsistemus *P* 13 aestimetis *Gv* 15 nobis *F* modo] bono *M*α etiam] et *M*α 17 sicut *om. P* se *om. EFGH* 18 humiliet *P* ad uos humiliet me deus *M*α 24 lugendum *F* 25 dei misericordia *MP*α

ipso qui cum patris uxore fuerat fornicatus fecisse intellegitur. nam non inuenitur de quo alio significet in secunda epistula ad eosdem Corinthios, cum ait: nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi uobis per multas lacrimas, non ut contristemini, sed ut sciatis dilectionem quam habeo abundantius in uos. si quis autem contristauit, non me contristauit sed ex parte, ut non onerem, omnes uos. sufficit ei correptio haec quae a multis fit, ita ut e contrario magis uos donetis et consolemini, ne quo modo maiore tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. propter quod obsecro uos, confirmetis in eum caritatem. ad hoc enim et scripsi, ut cognoscam probationem uestram, si in omnibus obaudientes estis. si cui autem aliquid donaueritis, et ego. nam et ego si quid donaui alicui, propter uos in persona Christi, ut non possideamur a Satana. non enim ignoramus mentes eius. quid moderatius, quid diligentius, quid sollicitudine pia et paterna ac materna caritate plenius fieri aut dici potest? sicut peccanti adhibet emendationem, sic correcto et conterenti atque humilanti in paenitentia cor suum uult reddi consolationem, ne maiore, inquit, tristitia absorbeatur. sed quid ad illud quo conclusit istam sententiam? ut non possideamur, inquit, a Satana. non enim ignoramus mentes eius. ipse est enim qui per imaginem quasi iustae seueritatis crudelem saeuitiam persuadet, nihil aliud appetens uenenosissima uersutia sua, nisi ut corrumpat atque dirrumpat uinculum pacis et caritatis, quo conseruato inter christianos uires eius omnes

3 II Cor. 2, 4—11 21 II Cor. 2, 7 22 II Cor. 2, 11

1 uxori *Pm1* 5 ut non *FH* 7 onerem *ex* honorem *Pm2* 8 haec (hoc *Hm1*) correctio *EGHI* fit a multis *α* 9 e] et *F* magis *om. α* 10 quomodo (πως) *Dm2M* quom *Dm1* q.n̄ō *P* quando *FHγ*, *om. G* absorbatur *P* 11 uos (*om. Em1I*) ut *Dm3α* 13 obedientes *MEFI* estis] sitis *F* 14 si cui donaui *γ* 15 quid *om. Mα* 16 ignorauimus *M* 17 solicitudine *P* 19 dampnationem *EGHI* 20 humilianti *Dm2Mα* 21 maiori *β* ad *om. α* 22 inquit *post* non enim *positum in α* 26 dirumpat *Dm2PEI* disrumpat *MFGHv*

inualidae fiunt ad nocendum et muscipulae insidiarum comminuuntur et consilia euersionis euanescunt.

II. 4. Sed etsi de aliquo alio in secunda ad Corinthios epistula locutus est apostolus, et ibi tamen significauit, quanta caritate in quemquam debeat ecclesiastica uindicta procedere. hoc est illud, quod isti non intellegentes inter calumnias suas solent habere praecipuum: *emendabit me iustus in misericordia et arguet me; oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.* quia uero isti non in misericordia emendare nouerunt, et Caeciliani innocentiam saeuis suspicionibus insectati sunt et Optati Gildoniani potentiam oleo fallacis adulationis unxerunt. nam si propter uinculum pacis iniquitatem Optati gementes lugentesque tolerarent, non utique pacem ueram atque catholicam in orbis terrarum sancta unitate dirrumperent aut certe a maioribus suis nefaria caecitate dirruptam ita dolerent, ut saltem aput se experti, quam multos malos pro pace Donati ferre cogantur, impacatas illorum calumnias pace suae correctionis extinguerent.

5. Sed ad illius primae ad Corinthios epistulae consequentia redeamus. cum dixisset apostolus: tradere huiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu, etiam atque etiam commendans humilitate lugentium hoc debere fieri, non superbia saeuientium, continuo subicit: non bona gloriatio uestra uel per exprobrationem pronuntiationis: bona gloriatio uestra. sic enim nonnulli et maxime Latini codices habent, cum eadem in utroque sententia teneatur. non enim metuendum est, ne quis intellegat

7 epist. Parm. Ps. 140, 5 20 I Cor. 5, 5 24. 25 I Cor. 5, 6

3 de *om. Dm1* alio aliquo *MEFI* 5 quemquem *G* quemque *v* 8 impinguet β 9 quia] *supra hanc uocem script.* At *Dm3* 10 uoluerunt *F* suspectionibus *Fm1* 11 fallacis oleo *Mα* 14 ueram] christianam *Mα* orbis *MPF* orbe (-em *HI*) *Dβ* sanctamque unitatem β 15 dirumperent *Dm2PEFI* disrumperent *MGHv* moioribus *D* 16 diruptam *PEFI* dirutam *G* disruptam *Hv* saltim *F* 18 pacem *Dm1* 19 Sed et ad *v* consequentiam *MF* sequentia *EGI* 24 subiecit *Mα*

laudando eum dixisse: bona gloriatio uestra, cum et superius dixerit: inflati estis et non potius luctum habuistis et hic continuo subiungat: nescitis quia modicum fermenti totam massam corrumpit, quod ad ipsam inanis gloriationis corruptionem congruentius referri potest. superbia quippe uelut ex uetustate primi hominis, qui superbia lapsus est, quasi fermentata et corrupta mente facit elatos in unam consparsionem, qui sibimet in eam simili iactantiae uanitate consentiunt. et gloriari quidem non de peccatis suis, sed super alterius peccata tamquam ex comparatione innocentiae suae, modicum uidetur fermentum, quia etiam de suis iniquitatibus gloriari multum fermentum est; sed et illud modicum totam massam corrumpit. cadit enim superbus merito superbiae et incipit etiam peccata sua defendendo uelle gloriari. quod praeuidens idem apostolus dicit: quapropter qui se putat stare caueat ne cadat, et iterum: si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum, ne et tu tempteris. alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. quid est lex Christi nisi: mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis? quid est lex Christi nisi: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis? quod ergo hic dixit: inuicem onera uestra portate, et sic adimplebitis legem Christi, hoc alio loco ait: suffe-rentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. nam et in illo Pharisaeo modicum fermenti esse uidebatur, quia peccatorem non solum

2 I Cor. 5, 2 3 I Cor. 5, 6 15 I Cor. 10, 12 16 Gal. 6, 1—2 20 Ioh. 13, 34 22 Ioh. 14, 27 24 Eph. 4, 2—3

1 eos *Fv* 3 fermentum *Mα* 5 uelut *om. v* 6 labsus *D* 7 conspersionem *MPm2Hγ* 8 ea *G* 9 sed et *F* 11 de suis etiam (*om. G*) *Mα* 13 superbiae suae β defendendo peccata sua *M* 15 ait γ putat] existimat *Fm1* caueat] uideat β 21 uos *om. FGHIv* inuicem diligatis *DMPE et F, qui uerba* quid est—diligatis *in mg. exhibet* diligatis inuicem *cet. v, cf. De bapt. III 19, 26* 22 *alt.* meam *om. α* 27 fermentum *α*

non dolebat, sed super eius peccata de suis se meritis extollebat. sed descendit ille confitens peccata sua iustificatus magis quam ille Pharisaeus iactans merita sua, quoniam qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. sequitur ergo apostolus et dicit: expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio sicut estis azymi. quid est 'ut sitis' et quid est 'sicut estis', nisi quia erant ibi tales, erant ibi non tales, quos ut tales essent exemplo talium commonebat? tamen omnes in uno tamquam eosdem ammonet, ne illi qui tales erant desperarent de his qui nondum tales erant et eos ad compagem corporis sui non pertinere arbitrarentur; tamquam enim eosdem ammonet, cum dicit: 'ut sitis sicut estis.' nouerant enim et illi qui iam sic erant et ammonente apostolo magis magisque nosse debebant sufferre illos qui nondum sic erant, ut sufferendo inuicem in dilectione seruarent unitatem spiritus in uinculo pacis et inuicem onera sua portantes implerent utique legem Christi. et quoniam dominus noster Iesus Christus ad docendam humilitatis uiam usque ad mortem crucis humiliari dignatus est et tamquam medicus aegrotantes ita cum dilectione pertulit peccantes de quibus dixerat: non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus, statim principale proposuit exemplum dicens: etenim pascha nostrum immolatus est Christus, ut tantae humilitatis exemplo discerent expurgare uetus fermentum, id est quidquid in eis superbiae de uetere homine remansisset. itaque, inquit, diem festum celebremus, non utique unum diem sed totam uitam, non in fermento ueteri neque in fermento malitiae et mali-

3 Luc. 18, 14 5 I Cor. 5, 7 15 cf. Eph. 4, 2—3 16 cf. Gal. 6, 2 18 cf. Phil. 2, 8 20 Matth. 9, 12 22 I Cor. 5, 7 25 I Cor. 5, 8

5 et apostolus *M* 6 conspersio *MPm2α* azimi *codd.* 8 commonebatur *M* 9 admonet *Fγ*, *item lin. 12* 11 sui corporis *α* 12 enim *om. α* 13 admonente *Fv* 14 nosce *M* sufferte *Pm1* 15 dilectionem *Pm1* 17 et *om. Mα* quoniam *DP* quam *M* quia *H* qua *cet. v* 21 statimque *γ* 22 pasca *FG* 24 quicquid *codd. praeter PF* 25 ueteri *α* 26 unam *v* 27 nequitiae (*s. scr.* uel malignitatis) *M*

gnitatis, sed in azymis sinceritatis et ueritatis. malitia quippe est et malignitas uelut de alieno peccato gloriari, quasi tunc debeat de iustitia sua quisque gaudere, cum alium iustum non esse conspexerit. sinceritas autem est et ueritas, etiam si proficit aliquis, meminisse quid fuerit et multo magis misereri lapsorum, quandoquidem ipse erectus est a lapsu suo per Christi misericordiam, qui sine ullo suo peccato se pro peccatoribus humilauit.

6. Sed ne perniciose relinquantur et quasi dissimulanter neglegantur aliena peccata, quod est non minoris crudelitatis quam illud superbiae, sequitur et dicit: scripsi uobis in epistula non commisceri fornicariis, non utique fornicariis huius mundi aut auaris aut raptoribus aut idolis seruientibus. alioquin debueratis de hoc mundo exire; id est si a peccatoribus huius mundi qui praeter ecclesiam sunt uos cohibetis, debueratis de hoc mundo exire. opus enim uestrum in hoc mundo illud est, ut peccatores Christo ad salutem lucremini; quod fieri non poterit, si eorum conloquia conuictumque fugiatis. nunc autem, inquit, scripsi uobis non commisceri. si quis frater nominetur aut fornicator aut idolis seruiens aut auarus aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi ne quidem cibum simul sumere. quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit. auferte malum ex uobis ipsis.

11 I Cor. 5, 9—10 19 I Cor. 5, 11—13

1 azimis *codd.* 3 gaudere quisque *M* 4 esse non *MPm1EFGv* non conspexerit esse *HI* et ueritas est *MPα* 5 quod *P* 6 labsorum *Dm1* labsu *Dm1* 7 peccato suo *M* pro] a *H*, *om. DMPm1F* 8 humiliauit *Dm2MPα* 10 non est *Gγ* 11 et sequitur et *F* 12 utique (πάντως) *om. FHγ* 14 exisse *Mγ* 15 id est—mundo exire *om. Mα* ecclesia *D* 19 inquid *D* 20 nominatur *M* nominatur inter (et est inter *EI*) uos *α* 22 hebriosus *F* nec *Mm2α* cibum quidem *γ* 23 simul *om. M*

7. Ecce quemadmodum ad hanc sententiam uenit apostolus, cuius ultimam particulam ponendam credidit Parmenianus dicens esse scriptum: *auferte malum ex uobis ipsis. quod utique,* inquit, *si bonis et integris non noceret, non iuberetur auferri.* quae autem superius dicta sunt unde ad hoc uentum est praetermisit, quibus utique ad id quod persuadere cupiebat, separationem a malis fieri corporaliter oportere, poterat adiuuari dicente apostolo: cum eiusmodi ne quidem cibum simul sumere. cur ergo non commemorauit quod eius intentionem maxime adiuuare posse uidebatur? cum enim uehementer instet, ut a male uiuentibus corporalem separationem faciendam esse persuadeat, cur non adhibeat apostoli testimonium dicentis: si quis frater nominatur aut fornicator aut idolis seruiens aut auarus aut maledicus ⟨aut ebriosus⟩ aut rapax, cum eiusmodi ne quidem cibum simul sumere, nisi quia uidit, si hoc diceret, posse sibi responderi: 'itane uos, etiamsi fornicatores et idolis seruientes aut non habetis aut eos ignoratis, nullum auarum aut maledicum aut ebriosum aut rapacem inter uos uidetis et nostis? cur ergo cum talibus contra praeceptum apostoli non solum cibum mensae uestrae sumitis, sed etiam cenam mensae dominicae communicatis?' hoc ergo Parmenianus, quantum arbitror, euitare conatus est ne sibi responderetur, ut id non poneret quod pro eius causa ualidissime sonare uideretur. nam hoc epistulae apostolicae capitulum si eum fugisset et ei non occurrisset, non ex eius ultima parte poneret: auferte malum ex uobis ipsis.

8. Sed nunc, quia hoc diximus, fortasse isti audebunt negare habere inter se auaros aut maledicos aut ebriosos aut rapaces,

3 epist. Parm. cf. p. 99, 2 8. 13 I Cor. 5, 11 26 I Cor. 5, 13
3 ex] a *F* 4 inquit utique *v* inquid *D*, *om. EI* 8 huiusmodi β ne quidem] nec *Mα* sumere simul *M* 9 non commemorauit ergo *P* 12 adhibet *α* testimonium apostoli *MPα*, *cf. p. 24, 29* 13 nominatur et est *EI* *pr.* aut *om. α* 14 aut ebriosus *v*, *om. codd.* 15 ne quidem] nec *α* ciuum *D* 17 etiamsi] etiam *MFGHv* et *Em2I*, *om. Em1* habentes *Pm1* 18 nullumne *EGI* 20 ciuum *D* 21 cenam *om. F* 23 pro *om. M* 26 ex] a *F* 27 audebant *Pm1* 28 haberi γ

et ipsum Optatum, qui uniuersae Africae notissimus fuit, quem tamdiu pertulerunt, fortasse defendere conabuntur. dicant ergo, si possunt, meliorem se atque purgatiorem habere nunc ecclesiam quam erat ipsa unitas beatissimi Cypriani temporibus, qui collegas suos, a quibus tamen nulla corporali disiunctione separatus est, nullum eorum nominatim appellans, sed prudenter ac sobrie saluberrimae mordacitatis inferens medicinam, his uerbis grauiter arguit, quod esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus faenus augerent. et ut apertissime ostenderet de his se dicere, cum quibus in unius ecclesiae communione uiuebat, consequenter adnexuit: quid non perpeti tales pro peccatis huiusmodi mereremur? non enim ait 'mererentur' sed 'mereremur', quod nullo modo dixisset, cum talis utique ipse non esset, nisi manifestare uellet eorum facta se gemere, qui ei non solum ecclesiae unitate sed etiam collegii consortio iungerentur, quamuis ab eis uita moribus corde proposito discreparet. dicant ergo isti meliorem nunc esse ecclesiam suam et non se habere tales collegas, quales habuit in ipsa unitate Cyprianus. credant eis qui uolunt et aduersus ea mala, quae de moribus eorum faciem dissimulantium feriunt, oculos claudant; ego eos ad illa ipsa priora unitatis tempora reuocabo et ab eis quaeram, utrum, quando ille uir tantus episcopus Carthaginiensis ecclesiae Cyprianus de tam malo collegio testimonio liberae uocis usque ad ea scripta quae posteris etiam proderentur ingemuit, erat ecclesia Christi an non erat. si erat, quaero quemadmodum Cyprianus

8 cf. Cypr. de lapsis c. 6 12 ibid.

2 conabantur *MPm1* 8 quod] quia *Fγ* 9 fondos *Pm1* 10 fenus *FGHIv* 12 quid non] Quod nos *P* 13 eiusmodi *Cypr.* (huiusmodi *cod. R*) 15 ipse *om. P* 19 collegas *om. MPα* 21 faciem dissimulantium *DMPF* in facie simulantium *EI* insimulata *v* 22 feriunt *DM* fuerint *Pm1γ* ferunt *Pm2* fugerint *F* ferunt in faciem simulantium *G*, *corruptius H*, *cf. Ep. c. Don. 5, 10 extr.* propriora *Dm1* 24 uir *om.* γ cartaginiensis *M* kartaginiensis *I* carth(cart- *PEH*)aginensis *cet. v* 26 ad (*s. l.*) posteros *P* ecclesia *om. F*

et ceteri similes eius implebant quod praecepit apostolus: si quis frater nominatur aut fornicator aut idolis seruiens aut auarus aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi ne quidem cibum simul sumere, quando cum his auaris et rapacibus, qui esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus faenus augerent, panem domini manducabant et calicem domini bibebant.

9. An forte parua sunt ista crimina et parui aestimanda? solent enim isti etiam hoc dicere, pensantes ea non in statera aequa diuinarum scripturarum, sed in statera dolosa consuetudinum suarum. quidquid enim sceleris et iniquitatis inebriat multitudinem, amittit examinis ueritatem. sed ideo sunt tamquam sincerissimum speculum proposita hominibus oracula caelestium paginarum, ut ibi quisque uideat quodlibet peccatum quantum sit, quod forte magnum est et ex male uiuentium caeco more contemnitur. potuitne grauius diuinis eloquiis accusari auaritia, quam ut idolatriae demonstraretur aequalis et eius nomine appellaretur dicente apostolo: et auaritia quae est idolorum seruitus? potuitne maiore poena digna iudicari, quam ut inter illa crimina poneretur, quibus obsessi regnum dei non possidebunt? aperiant oculos cordis, ne frustra pateant oculi corporis, et legant praedicatorem liberum ueritatis in eadem ipsa ad Corinthios prima epistula scribentem: nolite errare. neque fornicatores neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. quo-

1 I Cor. 5, 11 19 Col. 3, 5 24 I Cor. 6, 9—10

2 nominatur et est *EI* aut auarus aut idolis seruiens γ 4 nec cibum quidem *F* nec cibum β simul cibum *M* 7 fenus α 8 domini *om.* β, *cf. p. 111, 5* 9 existimanda *PFGH* 12 quicquid *codd. praeter PF* 13 admittit *F* 16 et *om. GH* ex *om. F*γ 20 maiori β 21 intra *M* 22 aperiantur oculi α 24 prima ad corinthios *EHv* prima epistola ad corinthios *GI* 25 fornicator *F* fornicarii *H*γ, *cf. De bapt. IIII 19, 26*

modo ergo Cyprianus et alia similia frumenta dominica in illa tunc unitatis ecclesia cum auaris et rapacibus, cum his qui regnum dei non possidebunt, non laicis uel quibuscumque clericis, sed ipsis episcopis panem domini manducabant et calicem domini bibebant, cum idem apostolus praecipiat non eis commisceri et clamet cum eiusmodi nec quidem cibum sumere? an quia non poterant ab eis corporaliter separari, ne simul eradicarent et triticum, sufficiebat eis a talibus corde seiungi, uita moribusque distingui, propter compensationem custodiendae pacis et unitatis, propter salutem infirmorum et tamquam lactentium frumentorum, ne membra corporis Christi per sacrilega schismata laniarent?

10. Sed ecce non ego urgeo quemquam eorum sic intellegere; ipsi explicent, quemadmodum esse potuerit illa tunc ecclesia gloriosa sine macula et ruga, ubi esurientibus in ecclesia fratribus habere largiter argentum uolebant, ubi fundos insidiosis fraudibus rapiebant, ubi usuris multiplicantibus faenus augebant, ubi tantis erant iniquitatibus inuoluti, ut per illas regnum dei non possiderent. quodsi gloriosa ecclesia sine macula et ruga in eis solis computabatur, qui maerebant et gemebant illas iniquitates quae fiebant in medio eorum, unde etiam secundum sancti Ezechielis prophetiam tales proprio signo signari meruerunt, ut a uastatione et perditione iniquorum tutissimi euaderent, desinant calumniari bonis non operantibus mala per morbidam cupiditatem, sed tolerantibus propter pacificam caritatem, quibus dictum est: beati pacifici, quoniam ipsi filii dei uocabuntur. nam propterea spiritus sanctus per memoratum Ezechielem prophetam tali uerbo designauit

5 cf. I Cor. 5, 11 14 cf. Eph. 5, 27 15 cf. Cypr. de lapsis c. 6 22 cf. Ezech. 9, 4 sqq. 26 Matth. 5, 9

4 sed et *Hv* 5 domini *om. H* 6 quidem *om.* β cibum quidem *F* ciuum *Dm1* 9 moribusque] et moribus *M* 11 latentium *M* 13 ego non γ illorum *EGHv, om. I* 17 foenus *D* fenus *FGHv* 18 inuoluti iniquitatibus γ 19 non *om. M* 20 et *pr.*] aut *FIv* 22 iezechielis *DPG* ihezechielis *H* 27 ipsi *om.* α proptera *D* 28 iezechielem *DMPH* ezechiel *EI*

malos, quos in unitate tolerant boni, ut eos in medio bonorum diceret constitutos, quia si bonos diceret in medio malorum, illi quasi extrinsecus et forinsecus esse uiderentur. gemunt, inquit, et maerent iniquitates populi mei quae fiunt in medio eorum, ut illos iniquos non solum non exclusos, sed etiam inclusos cogitaremus.

11. Si uero iam tunc non erat ecclesia, quia Cyprianus et quicumque cum eo auaros illos rapacesque nouerant quales ipsi non erant, quamuis eos grauissimis gemitibus et praeclarissimis uocibus accusarent, unam tamen cum eis intrantes ecclesiam et in una congregatione paria sacramenta tractantes per huiusmodi communicationem paris sortis effecti sunt, quia non obtemperauerunt apostolo iubenti cum huiusmodi nec cibum quidem simul sumere et: auferte malum ex uobis ipsis, quid adhuc laboramus? quid se ipsi iactant quod habeant aliquam ecclesiam, si iam illis temporibus esse destitit? dicant unde natus est Maiorinus aut Donatus, ut per eos nasceretur Parmenianus atque Primianus. quid enim eis prodest, quod auaros et rapaces, cum quibus cibum sumi uetat apostolus, modo se uel non habere in congregatione sua uel incognitos sibi esse mentiuntur, quandoquidem fuerunt tales in illa unitatis ecclesia, unde se isti exortos esse sic iactant, ut eam in sua sola societate id est in communione Donati remansisse persuadere conentur? si enim dicunt per talium communionem perire ecclesiam, cur eam non dicunt iam Cypriani perisse temporibus? ac sic et se ipsos unde extiterint non inuenientes desinant dicere aput se ecclesiam remansisse, quam totam

3 Ezech. 9, 4 13 cf. I Cor. 5, 11 14 I Cor. 5, 13 21 cf. epist. Parm.

1 boni] mali *M* 3 gement *MPm1F* 4 inquid *D* 5 in illos *Dm1* 8 cum *om. F* 11 tractantes *om. F* 12 communionem *FG*γ paaris *Dm1* habentes paris *F* 13 optemp. *M* iubenti ut—sumerent γ 15 se ipsi] sibi *M* 17 nascerentur *M* 18 enim *om. GHv* 19 sumit *Dm1* 22 isti exortos se *v* esse *om.* α sic] tunc sic *EGHI* 26 se] per se *M*α extiterunt *Pm1* 27 desinunt *D* dicere desinant γ

prioribus perisse temporibus dicunt. si autem in bonis quibus talia displicent semper mansit et manet et manebit ecclesia, discant isti aliquando non sic intellegere quod ait apostolus: auferte malum ex uobis ipsis, ut per schismata conantes colligere zizania eradicent simul et triticum. quae omnia ita disputamus, ut meminerint qui haec legunt uel audiunt, non eos potuisse umquam demonstrare siue illis temporibus, cum recentissimae res erant, siue nunc, cum multo firmiore innocentiae conscientia sibi totus orbis in catholica ecclesia christiana pace conectitur, Caecilianum uel alios qui ei concorditer inhaerebant fuisse zizania. sed ut securus unusquisque in ecclesiae sanctae unitate permaneat et eiusdem unitatis desertores, ne cum eis pereat, non sequatur, haec dicimus, quia, si fuissent illi zizania, tolerari potius usque ad messem quam pernicie schismatis eradicatis frumentis separari debuerunt.

12. Sed dicet aliquis: 'quomodo ergo praecipienti apostolo poterimus oboedire qui ait: cum eiusmodi nec quidem cibum simul sumere? si enim solam cordis separationem ab eis faciendam esse praeciperet, non diceret: scripsi uobis in epistula non commisceri fornicariis, non utique fornicariis huius mundi, id est eis qui christiani non essent, de quibus postea dicit: quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit. cum ergo de tali separatione praecipiat, quae non fit ab eis malis qui christiani non sunt, sed ab eis qui christiani sunt, cordis autem separatio ab omnibus malis facienda est ac per hoc et ab eis malis qui non sunt christiani oportet nos corde separari,

4 I Cor. 5, 13 17 I Cor. 5, 11 19 I Cor. 5, 9—10 22 I Cor. 5, 12—13

4 ex] a *F* 6 disputauimus *M* 7 illo tempore β 8 recentissima eres erant *Dm1* (*corr. m2*) recentissima hae(he-)resis erat *MPα*, *cf. Cresc. III 45, 49* rebus tam recentibus firmiori *F* 10 connectitur *MEFv* alios] eos *v* 12 sanctae ecclesiae γ 13 sequar *Dm1* hoc β 16 dicit *EFGHI* ergo *om. Mα* 17 ait] uetat γ 18 simul *om. M* 20 non utique fornicariis *om. M* 26 corde *F* 27 hominibus *F*

quid restat, nisi ut intellegamus nobis id iuberi per apostolum, ut quibusdam malis christianis quales ipse designat nec tali coniunctione misceamur, quali coniunctione paganis in ipsius uitae humanae societate miscemur? et ideo alio loco si quis uos uocauerit ex infidelibus et uolueritis ire, omnia quae apponuntur uobis manducate nihil interrogantes, hic autem cum eiusmodi, inquit, nec quidem cibum simul sumere. permittit itaque cibum sumere cum infidelibus, id est cum eis qui nondum crediderunt in Christum, aput quos dicit manducandum esse quod apposuerint, de quibus quoniam foris sunt deus iudicabit; cum his autem qui intus sunt, id est si quis frater nominatur aut fornicator aut idolis seruiens aut auarus aut maledicus aut ebriosus aut rapax, uetat etiam cibum sumere. persuadet ergo ante tempus messis a frumentis zizania separari. quod si facere noluerimus, quoniam dominus prohibet, toleraturi ea sumus et in sola cum eis uoluntatis et cordis separatione perseueraturi, ac per hoc etiam cibum sumpturi cum talibus, quod apostolus prohibet'.

13. In hac uelut angustia quaestionis non aliquid nouum aut insolitum dicam, sed id quod sanitas obseruat ecclesiae, ut, cum quisque fratrum id est christianorum intus in ecclesiae societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullum est atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi praecipit dicens: ut non inimicum eum existimetis,

4 I Cor. 10, 27 7 I Cor. 5, 11 11 cf. I Cor. 5, 13 12 I Cor. 5, 11 25 II Thess. 3, 15

1 id *om. Hv* per apostolum iuberi γ 2 quibuslibet *Gv* 4 loco dicit α 5 uos] uero *M* 7 inquit *om. Mα* cibum quidem *Gγ* simul *om.* α 8 itaque cibum sumere *om.* α 9 cum eis *om. GHv* in (*om. I*) Christum crediderunt γ in *om. M* aput quos *om. Mα* 10 quod] quae α 12 nominatur aut] n. et est *MEI pr.* aut *om.* β 14 sumere cibum *Hγ* ante tempus] tempore *F* 15 uoluerimus *Em2GHI* 18 sumpturi *Dm3* sumemus *H* sumere *cet. v* quod] quidem *Em1, om. I* quod quidem *Gv* prohibet apostolus *Em1FIv* 20 id *om.* α obseruet *Mm1F* 24 ipse *om. F* 25 inimicum non *Mα*

sed corripite ut fratrem. non enim ad eradicandum fit, sed ad corrigendum. quodsi se non agnouerit neque paenitendo correxerit, ipse foras exiet et per propriam uoluntatem ab ecclesiae communione dirimetur. nam et ipse dominus, cum seruis uolentibus zizania colligere dixit: sinite utraque crescere usque ad messem, praemisit causam dicens: ne forte, cum uultis colligere zizania, eradicetis simul et triticum. ubi satis ostendit, ⟨ut⟩, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum stabilitate certa securitas manet, id est quando ita cuiusquam crimen notum est et omnibus execrabile apparet, ut uel nullos prorsus uel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinae, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior conseruatio caritatis. tunc autem hoc sine labe pacis et unitatis et sine laesione frumentorum fieri potest, cum congregationis ecclesiae multitudo ab eo crimine quod anathematur aliena est. tunc enim adiuuat praepositum potius corripientem quam criminosum resistentem; tunc se ab eius coniunctione salubriter continet, ut nec cibum cum eo quisquam sumat non rabie inimica, sed cohercitione fraterna; tunc etiam ille et timore percutitur et pudore sanatur, cum ab uniuersa ecclesia se anathematum uidens sociam turbam, cum qua in delicto suo gaudeat et bonis insultet, non potest inuenire.

14. Ad hoc enim et ipse apostolus ait: si quis frater nominatur. in eo quippe quod ait 'si quis' nihil aliud uidetur significare uoluisse, nisi eum posse tali modo salubriter corrigi qui inter dissimiles peccat, id est inter eos quos peccatorum similium pestilentia non corrumpit. in eo uero quod ait 'nomina-

5 Matth. 13, 30 6 Matth. 13, 29 25 I Cor. 5, 11

1 enim estis *EGI* fit *om.* β 5 zizaniam *M, item lin. 7* 6 fortis *Dm1* 8 ut *addidi* 9 omni modo *M* certa stabilitate certa β 10 cuiuscunque *F* cuiusque β 14 confirmatio *EI* 15 frumentorum laesione *F* 17 anathematizatur *codd. praeter D(v)* 19 quisquam cum eo *v* 20 coercitione *Dm2Iv* coerti(-ci-*GH*)one *EFGH* 22 anathematizatum *codd. praeter D(v)*

tur' hoc nimirum intellegi uoluit, parum esse ut sit quisque talis, nisi etiam nominetur id est famosus appareat, ut possit omnibus dignissima uideri quae in eum fuerit anathematis prolata sententia. ita enim et salua pace corrigitur et non interfectorie percutitur, sed medicinaliter uritur. propterea et de illo dixit quem tali medicina sanari uoluerat: satis est huic correptio haec quae ⟨a⟩ multis. neque enim potest esse salubris a multis correptio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem. cum uero idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat quam dolor et gemitus, ut per illud signum, quod Ezechieli sancto reuelatur, inlaesi euadere ab illorum uastatione mereantur — ad eum enim qui errare non potest clamant: ne comperdas cum impiis animam meam et cum uiris sanguinum uitam meam —, ne, cum uoluerint colligere zizania, eradicent simul et triticum nec per diligentiam segetem dominicam purgent, sed per temeritatem ipsi potius inter purgamenta numerentur. ideoque idem apostolus, cum iam multos comperisset immunda luxuria et fornicationibus inquinatos, ad eosdem Corinthios in secunda epistula scribens non identidem praecipit, ut cum talibus cibum non sumerent; multi enim erant nec dici de his poterat: 'si quis frater nominatur fornicarius aut auarus aut aliquid tale, cum eiusmodi nec quidem cibum simul sumere', sed ait: ne iterum cum uenero humilet me deus ad uos et lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt et non

6 II Cor. 2, 6 11 cf. Ezech. 9, 4 13 Ps. 25, 9 22 cf. I Cor. 5, 11 24 II Cor. 12, 21

6 huic est (esse *I*) γ 7 haec correctio huic *M* haec *om.* β quae a multis *scripsi* (αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων) quae fit a multis *Dm3Mα* quae fit ei a (fit ei a *s. l. m2*) multis *Pm2* 11 iezechieli *DMP* 12 euadere *om. M* 13 perdas *Mα* impiis, deus, animam α 15 zizaniam *M* 20 idemtidem *Dm2* itidem *Mα* praecepit *G* 21 nec (non *H*) cibum α 22 fornicator α *post* fornicator *FH*γ, *post* auarus *G add.* aut idolis seruiens 23 quidem *om. Hm1* cibum quidem *FGHm2Iv* cibum sumere simul quidem *E* simul cibum *M* 24 humilet *DM* humiliet *cet. v* ad uos *post* uenero *tr. Mα* 25 iis *v*

egerunt paenitentiam super immunditia et luxuria et fornicatione quam gesserunt. per luctum suum potius eos diuino flagello cohercendos minatur quam per illam correptionem, ut ceteri se ab eorum coniunctione contineant. consequenter enim dicit: ecce tertio hoc ueniam ad uos. in ore duum uel trium testium stabit omne uerbum. praedixi et praedico, sicut praesens secundo et nunc absens, his qui ante peccauerunt et ceteris omnibus, quia si uenero iterum non parcam, quia probationem quaeritis eius qui in me loquitur Christi. quid aliud hic dixit: non parcam nisi quod superius ait: et lugeam, ut luctus eius impetraret flagellum a domino, quo illi corriperentur, qui iam propter multitudinem non poterant ita corripi, ut ab eorum coniunctione se ceteri continerent et eos erubescere facerent, sicut faciendum est, si quis frater in aliquo ceteris dissimili crimine nominatur? et reuera, cum contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinae disciplinae seuera misericordia necessaria est. nam consilia separationis et inania sunt et perniciosa atque sacrilega, quia et impia superbia fiunt et plus perturbant infirmos bonos quam corrigunt animosos malos. sicut ille fidelissimus testis auaritiae collegarum, cum ea mala tribulationum, quae patiebatur illo tempore ecclesia, censurae diuinae disciplinaeque tribueret, commemoratis quos nouerat episcoporum pessimis moribus, qui esurientibus fratribus habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus faenus augerent, quid non, inquit, perpeti tales pro peccatis huiusmodi mereremur? et deinde adhibet testimonium de psalmis dicens: cum iam

5 II Cor. 13, 1—3 24 cf. Cypr. de lapsis c. 6 26 ibid. 28 ibid.

1 immunditiam (inmundic. *M*) et luxuriam *MPm1* 2 fornicationem *MP* 3 minans γ 4 se *om. EGHI, ante* contineant *habent Fv* 6 duum *MP* duu *Dm1* duorum *Dm2α* 8 iis *v* 10 christus *α* 11 dixit hic *MPα* lugeam multos β 12 imperaret *Dm1* 16 dissimilis nominatur crimine *M* nominetur *v* cum] si *Mα* 19 superbia] et superba *Mα* 20 corrigant *M* 23 et disciplinae γ 26 faenus *sic DEI* inquid *D* 27 eiusm di *Cypr., cf. p. 109, 13* 28 psalmo *F*

pridem praemonuerit et dixerit censura diuina: 'si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et praecepta mea non obseruauerint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum. misericordiam autem meam non dispergam ab eis'.

15. Misericorditer igitur corripiat homo quod potest, quod autem non potest patienter ferat et cum dilectione gemat aut lugeat, donec aut ille desuper emendet et corrigat aut usque ad messem differat eradicare zizania et paleam uentilare. ut tamen securi de salute sua bonae spei christiani inter desperatos, quos corripere non ualent, in unitate uersentur, auferant malum a se ipsis, id est ut in ipsis non inueniatur quod eis in moribus displicet aliorum. cum enim dixisset apostolus: quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit, tamquam illi responderent: 'quid agimus, cum ita improborum multitudine premimur, ut iudicium nostrum in aliquam cohercitionem non possimus exerere?', auferte, inquit, malum ex uobis ipsis, id est: 'si non potestis auferre malos ex medio uestrum, ipsum malum auferte ex uobis ipsis.' quodsi quisquam uelit sic intellegere quod dictum est: auferte malum ex uobis ipsis, ut per correptionem separationis de congregatione fratrum malus quisque auferendus sit, studio tamen sanandi, non odio perimendi esse faciendum nemo dubitauerit. et quis adhibendus sit modus temporaque seruanda, ne pax ecclesiae uioletur, in qua maxime tritico parcendum est, ne simul cum zizaniis eradicetur, quod in praesentia uisum

1 Ps. 88, 31—34 14 I Cor. 5, 12—13 19. 22 I Cor. 5, 13

1 monuerit β et] ac *Cypr.* 2 derelinquerint *P* filii eius *om. Cypr.* 3 iustitias α prophanauerint *MFGH* 5 facinora] iniquitates α misericordiam—eis *om. Cypr.* 8 cum *om. v* aut] atque α 10 zizaniam *M* 12 ualeant *Pm1* 13 a] ex *G* in moribus aliorum eis displicet γ 14 quid] quo *Fv* 15 iis *utroque loco v* 19 aliqua co(coh-)ercitione α cohertionem *MP* possumus *F* exercere α 20 inquid *Dm1* 25 pereundi *F* 28 quod] *om. Dm1* qua *P* in praesenti *Dm2*

est necessarium disseruimus. haec qui diligenter et pacifice cogitat, nec in conseruatione unitatis neglegit disciplinae seueritatem nec immoderatione cohercitionis dirrumpit uinculum societatis.

16. Nam hoc ipsum quod ait apostolus: cum eiusmodi nec quidem cibum simul sumere quam multi boni christiani faciunt de his quorum familiarius curam gerunt, ut, a quorum consortio potuerint separare quos tali correptione posse corrigi sentiunt uel quos omnino corrigi posse desperant, ne alios conloquiorum malorum contagione corrumpant, non dubitent facere. facit autem hoc bene, id est humili caritate ac benigna seueritate, qui sic praeest fratribus suis, ut eorum seruum se esse meminerit, sicut sese habet ipsius domini et praeceptum et exemplum. tunc enim fit et sine tyfo elationis in hominem et cum luctu deprecationis ad deum. sed non, quam facile de gradu clericorum quisque ab episcopo uel de numero pauperum quos pascit ecclesia uel de ipsa congregatione laicorum siue ab episcopo siue a clerico uel quocumque praeposito cui est potestas eximitur, ita ut cum eiusmodi a ceteris, quibus hoc praecipi potest, nec cibus sumatur, tam facile malorum multitudo in quolibet ordine ecclesiae potest a bonorum commixtione secludi et expelli. nam et in domibus suis quique boni fideles ita disciplinam suorum moderantur et regunt, ut ibi quoque obtemperent apostolo praecipienti cum eiusmodi nec quidem cibum simul sumere, cum et de filiis suis et de domesticis hoc faciunt uel fieri iubent, cum eos

5 I Cor. 5, 11 10 cf. I Cor. 15, 33 13 cf. Matth. 20, 26—28 24 I Cor. 5, 11

1 et pacifice *om.* α 3 dirumpit (-pat *I*) *PEFGI* disrumpit *Hv* 6 quidem *om.* α cibum quidem *MP* sumere cibum simul *F* 7 faciunt *om. Hv* iis *v* quorum] de (*in ras. E, del. F, om. I*) quibus α ut] et *G, om. H* 8 consortio se *Mα* separari *Dm2* 10 dubitant *GHv* 11 ac *Dv* et *cet.* 12 suis *om.* β 13 habent α 14 fit et] fiet *F* fit β tipo *MFH* typo *EGI* 16 non] num *P, om. Mα* 18 clero *Mα* 19 potestas est *F* 21 non potest *Mα* 24 optemperent *M* 25 quidem *om.* α simul *om. EFGH* 26 domesticis *Dm2Pm2* dome facis *Dm1* domo pacis *MPm1α*

uident ita uiuere, ut hoc eis esse faciendum ipsa quae in eos habetur caritas suggerat. turba autem iniquorum, cum facultas est in populis promendi sermonem, generali obiurgatione ferienda est et maxime si occasionem atque opportunitatem praebuerit aliquod flagellum desuper domini, quo eos appareat pro suis meritis uapulare. tunc enim aures humiles praebet emendatori sermoni calamitas auditorum faciliusque in gemitum confitendi quam in murmura resistendi afflicta corda compellit, sicut tunc beatus Cyprianus de collegis suis fortasse illa non diceret, nisi eum diuina desuper seueritas adiuuaret. eo quippe tempore illa dicebat tam molesto, tam calamitoso atque luctuoso, ut illi non solum suscensere non auderent, sed etiam uix a suscensentibus ueniam se posse impetrare sentirent. quamquam etsi nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, utiliter corripitur in multitudine multitudo; nam sicut separata saeuire, sic in ipsa congregatione obiurgata gemere consueuit. quamobrem et illud praeceptum apostoli nullo modo neglegendum est, cum sine periculo uiolandae pacis fieri potest, quia nec ipse aliter fieri uoluit, ut a congregatione bonorum separaretur malus, et eiusdem illud praecipue tenendum est, ut sufferentes inuicem studeamus seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. item domino in euangelio dicenti et in illo obtemperare debemus, ubi ait: si neque ecclesiam audierit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus, et in illo, ubi prohibuit colligi zizania, ne simul eradicetur et triticum. potest enim utrumque custodiri ab eis de quibus dictum est: beati pacifici, quoniam ipsi filii dei uocabuntur.

17 cf. I Cor. 5, 11. 13 21 cf. Eph. 4, 2—3 23 Matth. 18, 17 25 cf. Matth. 13, 29 26 Matth. 5, 9

1 ut] et *Pm1* quam habent in eos *EGI* habetur in eos *MPFHv* 4 oportunitatem *Dm2MPFGHI* 5 domini flagellum desuper *FH*γ domini desuper flagellum *G* 6 emendatorio *MHv* emendari *Em1GI* accomodari *Em2* 7 sermonibus *G, om. Em1I* 8 aflicta *P* 10 desuper diuina *MP*α 12 succensere *Dm2*α 13 succensentibus *Dm2M*α 17 apostolicum *M* 20 separetur *MEGHv* tenendum] at (ad- *E*)tendendum *M*α 22 et *om. M*α 24 et nicus *Dm1* 26 de *om.* α 27 ipsi *om. MP*α

III. 17. Sed iam cetera quae Parmenianus posuit testimonia uideamus. inter omnia, quibus eorum sacrilegus tumor apparet, nullo se loco magis aperuit quam in eo, quod ausus est etiam illud ex Hieremia propheta ponere, unde persuaderet hominibus caecis communionem Donatistarum non solum ecclesiam ueram esse, sed etiam talem iam hoc tempore, qualis post ultimam uentilationem ecclesia sancta futura est. cui sacrilegae praesumptioni et nefandae elationi quid addi possit ignoro. et multis quidem locis sermonum suorum nihil aliud praesumere intelleguntur, sed aliquando uerecundantur, cum eos urgere ueritas coeperit, quando interrogantur uel utrum non habeant uel utrum non sint ipsi peccatores. uerumtamen in hoc prophetico testimonio inpiam uanitatem suam et nimiam peruersitatem apertissime prodiderunt. cum enim Hieremias sanctus uellet ostendere bonis et malis, etiamsi ad tempus sit congregationis una societas, longe tamen esse disparia momenta morum finemque meritorum, quid paleis, inquit, ad triticum? Parmenianus autem cum uellet Tychonium refellere dicentem malos a bonis in unitate interim pro pace tolerandos et in fine ultimi diuini iudicii separandos, posuit hoc Hieremiae testimonium, quo peruersus atque errans peruersos et errantes ad turbulentissimas et sceleratissimas seditiones inflammet, ut, quisquis inflata mente carnis suae uidetur sibi aliquid esse cum nihil sit, se ac sui similes tamquam grana purgatissima existimans ad ecclesiae congregationem, in qua necesse est ut hi qui ad uitam aeternam pertinent eos qui ad ignem aeternum

3 cf. epist. Parm. 17 Hier. 23, 28 23 cf. Gal. 6, 3

4 ex Hieremia propheta] hieremiae (Ieremiae *v*) prophetae *MPα*, *cf. p. 49, 4. 73, 23* 5 caecis] ceteris *FGH*, (*ante* hominibus *tr.*) *γ* 6 hoc iam *F* tempore hoc *M* 7 praesumtioni *DG* 9 aliud quam *Fv* 10 sed *om. EGI* aliquando tamen *Em1GIv* aliquando uero *Em2* ueritas (uita *EGI*) urgere (urguere *F*) *MPα* 11 uel *om. γ* 13 et suam *GHv* 15 etsi *F* 16 disparia esse *Gγ* 17 inquid *D* 18 tichonium *FGγ* thiconium *H* 19 et—separandos *om. M* 20 finem *P* diuini *om. α* ieremiae *D* iheremiae *EH* 21 peruersus adque (*sic*) errans *add. Dm2, om. Dm1* et] atque *M* 24 similes sui *Fγ* 26 hii *MH* ii *v*

pertinent usque ad certum finem tamquam frumenta paleam suam tolerent, iam sibi accedendum esse non putent. nullus alius flatus de area Christi leuissimam paleam ante tempus uentilationis excussit, nulla alia praesumptio sacrilega schismata quaecumque ubicumque sunt fecit.

18. *Ammonet,* inquit, *Hieremias sanctissimus et infructuosas et steriles peccantium turbas ab honorata fruge iustorum discernit dicens: quid paleis ad triticum?* o tubam furoris, o uocem execrabilis pestilentiae! numquid forte sic errat genus humanum, ut non agnoscat uentilatorem Parmenianum? an et ipse dat locum Donato et ad purgatam per eum massam se uenisse gloriatur? nam ille ante se Maiorinum nescio utrum dignetur agnoscere. an isti tres tamquam tria cornua cuiusdam uentilabri in manu domini fuerunt, per quos messis orbis totius mundaretur, et Africa electa est ubi purgata massa consisteret, cetera autem omnem terram palea separata uestiret? unde ergo tanti greges circumcellionum? unde tantae turbae conuiuiorum ebriosorum et innuptarum sed non incorruptarum innumerabilia stupra feminarum? unde tanta turba raptorum auarorum faeneratorum? unde tam multi per suas quique regiones notissimi tantundem uolentes sed non tantum ualentes Optati? quid ad haec respondetur? non sunt ista? an et hoc triticum est? uae impudentissimae negationi, si aput se ista non esse, uae sceleratissimae peruersitati, si frumenta esse responderint. postremo cur massam purgati tritici post tantae auctoritatis tridentem, id est Maiorinum

6 epist. Parm. 8 Hier. 23, 28

2 iam] etiam *F* putet *Fv* 6 admonet *Fγ* inquid ieremias *D* iheremias *EH* et *om. Mα* 7 ab] ad *Pm1* honerata *F* 8 discerni *Mα* tuba—uox β 9 exsecrabilis *FGv* 10 non *om. M* 15 totius orbis *α* 16 messis massa *M* ceteram *Mα* 18 unde ergo *GHv* conuiuarum *α, at cf.* uinulenta conuiuia *Petil. II 88, 195* innubtarum *D* 20 feneratorum *codd.* multa *D* 21 quique] quoque *G, om. EI* tantumdem *FGHIv* 22 tantumdem *FGv* respondent *MFGH* respondebunt *γ* 25 cur *om. α* 26 trientem *Mα, cf. lin. 13—14* tria cornua uentilabri

Donatum Parmenianum, etiam Primianus iterum ausus est uentilare, ut Maximianistas de sua communione separaret? an forte frumenta proiecit? quid est ergo ipse cum suis qui talia proiecerunt? an ita ista frumenta purgata sunt, ut se inuicem non agnoscant et se inuicem damnando uentilare conentur? potuitne palea baptizare frumenta? si potuit, cur ergo dicunt: quid paleis ad triticum? si autem non potuit, cur Felicianus cum inter paleam Maximianistarum foras uolasset, quotquot illi baptizauit cum eo rursus ad massam illam purgatissimam redierunt et eos omnes intus nunc habent et sibi non dicunt: quid paleis ad triticum?

19. Iam ergo euigilent aliquando et intellegant quemadmodum propheta dixerit: quid paleis ad triticum? ubi enim dicatur prius considerent, si eis inest qualiscumque sensus humanus. numquid in agro dici potest: quid paleis ad triticum, quando eadem radice portantur? numquid in area, ubi pariter triturantur? sed utique in horreo: quid paleis ad triticum? ueniet enim ille pater familias ferens uentilabrum in manu sua, mundabit aream suam, frumenta recondet in horreum, paleam uero comburet igni inextinguibili. nam per aliam similitudinem omne triticum ouium nomine et omnis palea haedorum nomine significantur, quae duo pecorum genera interim permixta sub uno pastore pascuntur. sed ueniet, inquit, filius hominis cum angelis suis, et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oues ab haedis. et oues quidem ponet ad dextram, haedos autem ad sinistram. et dicet eis qui ad dextram sunt:

7. 11. 13. 15. 17 Hier. 23, 28 18 cf. Matth. 3, 12 23 Matth. 25, 31—34. 41

4 frumenta ista *M* 8 paleas *Gv* 9 illi (*i. e.* illic) *DPm1* illic (*corr. m1*) *P* ille *Mα*, *cf. p. 125, 15* 10 omnes eos *EFGHI* omnes intus eos *v* 14 prius *om. α* 19 et mundabit β 20 comburet *om. M* igne *Hv* 22 edorum *F* significatur *Mα* duorum *EGH* 24 inquid *D* 26 segregat *FGI* edis *FGm1* 27 a dextris *et* a sinistris *M* dexteram *α* edos *M* 28 eis—sunt] his (iis *v*) qui a dextris eius erunt *γ* dexteram *M*

uenite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi. illis autem qui ad sinistram sunt dicet: ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. tunc ergo implebitur prophetia: quid paleis ad triticum, quando haedis et ouibus non poterit pascua esse communis. si possunt pisces boni piscibus malis intra illam sagenam cui dixit dominus simile esse regnum caelorum dicere: 'recedite a nobis aut recedamus a uobis, donec omnes educantur ad litus et per angelos boni mittantur in uasa, mali autem proiciantur', potest hoc tempore impleri quod dictum est: quid paleis ad triticum? sed qui congregationem suam iam frumentum purgatum putant, a commixtione frumenti et paleae tamquam pura palea uolauerunt, et qui se sub uno pastore non adhuc cum haedis pascere sentiunt, luporum insidiis de grege domini separati sunt, et qui cum malis piscibus se congregatos esse non putant, non solum mali pisces sunt, sed etiam unitatis retia dirruperunt. quodsi iam hoc tempore intellegamus fieri quod Hieremias ait: quid paleis ad triticum, nihil aliud recte intellegere possumus nisi quia in una quidem congregatione sunt, donec in fine uentilationis etiam corporaliter separentur, sed tamen tritico sursum cor est, paleae uero deorsum. palea quippe sua quaerit, non quae Iesu Christi, triticum autem thesaurizat thesaurum in caelo, et ubi est thesaurus eius, ibi et cor eius.

IIII. 20. Sicut etiam beati Esaiae uerba intellegenda sunt, quae ille similiter non intellegens ad eandem sui erroris sen-

5. 11. 19 Hier. 23, 28 7 cf. Matth. 13, 47 23 cf. Phil. 2, 21 24 cf. Matth. 6, 20—21

3 sunt] erunt *G*, *om. v* ite maledicti *F*γ 5 impletur *DPHv* 6 edis *F* potest β 8 esse *P* est *cet. v* caelorum sagenae missae in mare (m. i. m. *om. H*) β 9 recedemus *v* littus *FIv* 10 proiciantur foras γ 12 iam *post* qui *tr. M* 14 auolauerunt? 15 edis *F* 18 diruperunt *MPEFHI* disrumpant (*s.* a *script.* v) *G* disruperunt *v* 19 ieremias *D* iheremias *EH* 20 quia] quod *G*γ 22 tritici *EGI* 26 sic α beati *om.* γ esayae *DG* ysaiae *P* uerba y(I- *v*)saiae *F*γ

tentiam detorquere conatus est. quid enim ait Esaias? *recedite recedite, exite inde et immundum nolite tangere. exite de medio eius et separamini, qui fertis uasa domini.* numquid eadem totiens repetenda sunt, quomodo fiat separatio cordis a malis? immundum enim non tangit qui ad peccatum nulli consentit. exit autem inde, ut salua eius causa sit aput deum, si etiam disciplinam corripiendi et arguendi salua pace non neglegat. nam qui uult corporaliter quasi manifestos malos deserere, spiritaliter deserit latentes bonos, quos inexpertos et incognitos cogitur accusare, dum separationem suam conatur defendere.

21. Sed isti respondeant: si mundus est Felicianus, cur exiit de medio eorum? si uero immundus est, cur modo tangunt immundum? quòdsi tunc immundus fuit cum foris esset, quos illic baptizauit immundi sunt, quia immundum tetigerunt. an omnes cum illo remeando mundati sunt? possunt ergo isti mundare foris baptizatos, quos in sua communione non baptizauerint? cur ergo alios rebaptizant? an a trecentis decem Bagai considentibus damnari aliqua forte dignatio est et ideo de toto orbe quisquis ad eos uenerit rebaptizatur, quia non meruit totus orbis istam dignationem, ut Bagaiensi concilio damnaretur? quid ergo? a Maximiano et a ceteris sociis eius ad Primiani communionem non redeuntibus quicumque baptizati uenerint, rebaptizantur an parcitur eis? si rebaptizantur, uiolatur dignatio Bagaiensis — in ea quippe etiam istorum baptizatores damnati sunt —; si autem parcitur eis, rogandi sunt isti, ut rursum ad oppidum Bagaiense conueniant et, si forte ille

1 epist. Parm. Esai. 52, 11

1 conatur β esayas *DG* isaias *EFv* ysaias *HI* 4 eadem *om. M* quomodo] quoties quomodo *Fv* quotiens *EGI* 5 fit *EGI* 7 sit eius causa *α* sit causa *M* 9 disserere *Pm1* 13 est *om. α* modo] ergo *F* tangit β 14 immundum] mundum *v* 17 mundari foris baptizati *MFGHv* mundati foris baptizare *EI* baptizauerunt *MFHγ* rebaptizauerunt *G* 19 bagai (*corr.* bagaiensi) *Dm1v* bagau *Em1I* bagaiensi *MPFH* bagaiensi concilio *Em2G* 21 ut a *v* 22 a *alt. om. M* 23 communicationem *FH* 24 uenerint] fuerint *Mα*

numerus trecentorum decem iam consecratus est, totidem conueniant et illic sententiam contra totum orbem proferant, sicut aduersus Maximianistas protulerunt, ut, cum uoluerint aliquem rebaptizare ex aliqua orbis parte uenientem, pari priuilegio se defendat asserens ita sibi parci oportere, sicut ei parcitur quem Maximianista baptizat, quia iam non soli Maximianistae, sed etiam totus orbis meruerit concilio Bagaiensi damnari. deinde se ipsos a tam magna inuidia liberabunt, ut, cum coeperint iam non rebaptizare in ecclesia baptizatos quae per omnes terras est constituta, si quis eis mouerit quaestionem, cur iam non faciant quod antea faciebant, respondeant: 'quando ista faciebamus, nondum Bagaiensi concilio totum orbem terrarum damnaueramus; nunc autem rogati misericorditer concessimus, ut eos tali concilio damnaremus quali Maximianistas damnauimus, quorum baptismum non repetimus'. quid ergo magnum est, quid difficile praestare omnibus gentibus tantam dignationem damnationis? an iterare baptismum orbis terrarum licet et iterare damnationem orbis terrarum non licet? etiam hinc securi sint; non inuenimus quo concilio tot gentes prouinciasque damnauerint. quosdam paucos in Africa damnauerunt, a quibus totius orbis iudicio superati sunt, nec ausi sunt postea damnare iudices aput quos superati sunt. quid enim esset impudentiùs, quid insanius? multo minus damnare potuerunt etiam in ceteris terrarum partibus constitutos, qui talibus ecclesiasticis iudicibus credere quam uictis litigatoribus maluerunt. et tamen Maximianistarum, quos trecenti et decem Donatistae Bagaiensi concilio damnauerunt, baptismus agnoscitur acceptatur admittitur, orbis terrarum autem, per quem Christi hereditas sic exhibita est ut promissa est, in qua et ipsi ante paucos annos

21 *iudicio*] Arelatensi

2 sicut ad- *om. Dm1* 4 parte orbis *v* 5 sibi ita γ 6 solum α 7 meruit *Pm2* 11 ante α 18 etiamsi *M* 19 inueniemus β 24 qui] qui magis *M*α iudicibus ecclesiasticis *MP*α 25 uoluerunt *Fv* 26 et *om. M*α uagaiensi *D* 27 ammittitur *D* 28 autem terrarum *Iv* hereditas Christi *v*

fuerunt, quem nullo iure damnare potuerunt, nulla saltem concilii peruersitate damnarunt, baptismus improbatur exufflatur iteratur. o sancta damnatio, quam Maximianistae meruerunt, et laboriosa innocentia gentium, quae aput illos propterea christianum nomen amisit, quia talem damnationis locum inuenire non potuit!

22. Si autem illi soli a Maximianistis uenientes non rebaptizantur qui cum suis baptizatoribus redeunt, sicut hi qui cum Praetextato et Feliciano redierunt, primo uideant, quemadmodum eiusdem schismatis baptismum extra eorum communionem foris aequaliter datum in aliis confirment in aliis exufflent, in parte honorent in parte uiolent. ita enim ubi uiolant rei fiunt, ubi autem confirmant reatus sui testes inueniuntur. si enim sic postea confirmarent, ut iam uiolare desinerent, non discrepatio, sed correctio diceretur; cum autem in quibusdam improbant quod in aliis adprobant, in his accusantur, in illis testimonium contra se dicunt. quaero enim, quare non baptizes eos, quos Felicianus in Maximiani schismate baptizauit: quia Christi baptismum acceperunt an quia Feliciani? si quia Feliciani, aput Maximianistas eum dedit damnatus, foris extra communionem uestram eum dedit; hoc est ille baptismus quod et Saluii Membressitani et aliorum talium. si autem quia Christi, plus aput te ualet pro baptismo Christi Felicianus in Mustitanis quam ipse Christus in omnibus terris, plus aput te ualet pro baptismo Christi sedens ad latus tuum ex damnato a te quam ille sedens ad dexteram patris ex crucifixo pro te. parcitur in paucissimis baptismo Christi ne Felicianus offendatur, et non parcitur ne ipse Christus in tot gentium milibus exuffletur.

1 et nulla *Mα* 2 exsufflatur *Mα* 8 hii *DMPEm2FH* 10 eorum extra *M* 11 exuflent *D* exsufflent *MFGm2H* 12 uiolanter ei *Dm1* uiolanter rei *Dm2* 13 fiunt] sunt β 14 postea sic *Iv* 17 contra se testimonium *MPα* 18 quia] qui *M* 19 si] sed *F* 21 dedit eum *Mα* illud baptismus (*sic*) *P* illud baptisma *Mα* 22 mem(men-)bresitani α 23 in Mustitanis] mustitanus *F* 25 ex damnato] et damnatus *Mα* 26 et crucifixus *Mα* 28 exufletur *D* exsufletur *P* exsuffletur *Mα*

23. Sed incredibilis est caecitas hominum et omnino nescio quemadmodum credi posset esse in hominibus tanta peruersitas, nisi experimento uerborum suorum factorumque patesceret usque ad⟨eo⟩ eos clausos habere oculos cordis, ut, cum commemorent sanctae scripturae testimonia, non intueantur in factis prophetarum quemadmodum intellegenda sint uerba prophetarum. dixit Hieremias: quid paleis ad triticum? ⟨num⟩ ipse recederet a paleis populi sui in quas tanta illa uera dicebat? dixit Esaias: recedite recedite, exite inde et immundum nolite tangere. cur ipse in illo populo immunditiam quam grauiter arguebat in una cum eis congregatione tangebat? legant quanta in malos populi sui et quam uehementer ac ueraciter dixerit, a quibus se tamen nulla corporali diremptione separauit. dixit Dauid: non sedi in conuenticulo uanitatis et cum facinerosis non introibo. odio habui curiam nequissimorum et cum impiis non sedebo. legant quales ipse temporibus suis in illo populo tolerauerit, qui unctionis mystico sacramento tantum honorem detulit, ut id nec in sceleratissimo Saule contemneret. immo tantum ueneraretur, ut amplius omnino non posset. nonne, si eorum uerba factis eorum obiceremus, responderent nobis: 'nos plane cum talibus nullum habuimus in corde consortium nec tangebamus immundum ubi potest coinquinare contactus, id est consensione atque placito conscientiae recedebamus et exibamus ab eis, quia non solum talia non faciebamus, sed nec facientibus tacebamus'? isti autem seditiosi et insani, qui

7 Hier. 23, 28 9 Esai. 52, 11 14 Ps. 25, 4—5

3 uerborum] membrorum *F* 4 adeo eos *scripsi* ad eos (*corr.* adeo) *Dm1* adeo *MPH* adeo se *cet. v* cordis oculos γ cum *om. EGHI* 6 sunt *EFGHv* 7 ieremias *DM* iheremias *EH* 8 num *addidi* ipse] ut ipse *MEFGI* non ut ipse *Hv* tanta uera illa *MPF* t. illa et uera *G* illa tanta et uera *EI* t. inuectiua *H* 9 esayas *D* isaias *Fv* ysaias *PEHI* 10 sed cur *EGI* 12 tamquam *P* 13 nulla] in illa *M* 14 diremptione *P* diremtione *D* direptione *cet.* separauerit γ in] cum β 15 consilio *P* concilio *Mα* facinorosis *Mα* 18 tolerauit *Mα* 23 coinquinari α 25 exiebamus *ME* quia] qui *FHIv*

defensiones praecisionibus suis quaerunt ex oraculis prophetarum, superest ut impietate uesana de uerbis propheticis mores arguant prophetarum. an hoc dicturi sunt, quod illis temporibus recedere iustis a malo populo non licebat, istis uero temporibus licet? quid dici peruersius potest illo tempore non oportuisse bonos a malis corporaliter separari, quando multa sacramenta corporaliter obseruare iubebantur, nunc autem necessariam esse corporalem separationem, quando iam illa spiritaliter obseruantur?

24. Uae caecis ducentibus et caecis sequentibus! itane non timent ista dicentes, ne forte per tantam latitudinem orbis terrarum, qua fides Christi nomenque diffusum est, antequam se isti separarent, in aliqua parte terrarum ab Africanis regionibus remotissima iam hoc iusti aliqui fecerint, et adhuc isti in immunditiae quam illi fugerant contagione uiuebant? quis enim eis cauet, quis eos securos facit, si huiusmodi a malis separatio facienda est, antequam ab istis fieret, numquam factam fuisse tam longe, ut Afri omnino nescirent, sicut extremis illarum partium terris pars Donati prorsus ignota est? fortasse dicunt obesse sibi non potuisse quod ignorabant. sic ergo et illis terris obesse non potest quod gestum in Africa ignorant, etiamsi uera isti dicerent quae de Afrorum criminibus mentiuntur. si autem dicunt latere se non potuisse, si fieret, modo dicant per omnes orbis terrae partes quot schismata facta sint. nimium est quod interrogo: in ipsa Africa dicant Donatistae Carthaginienses uel quicumque sunt in uicinitate Carthaginis quot partes per Numidiam et Mauretaniam factae sint de ipsa

1 defensionem *Fv* praecisionis suae *Mα, cf. p. 33, 17* 5 oportuisse] potuisse β 6 sacramenta multa *M* 7 obs. iub.] obseruabantur *I* obseruari *MEFGHv* uidebantur *EFGHv* 13 terrarum—regionibus *om. M* 14 aliqui *om.* α fecerant *DM* fecerunt *H* 16 eis] eos *EGHI* 17 an (hanc *v*) antequam *Mα* factura (*sic!*) *F* 18 afri eam *M* africa (-am *GHI*) α nesciret *Fv* in extremis *Mα* 20 dicent γ 24 quod *Dm1Mα* sc(h)isma factum sit *Mα* 25 dicunt *M* 26 cart(carth-*Em2G*)aginenses *DMEGH* cartaginienses *F* uicinitate] ciuitate α cartaginis *DMPFHI* 27 quod *Dm1M* mauretaneam *P* mauritaniam *Mα* sunt *M*

parte Donati. quarum omnium causas utique nosse deberent, ne forte iusti aliqui in regionibus suis malorum societatem congregationemque uitauerint et exierint inde, ne immundum tangerent, ne cum facinerosis introirent, ne forte isti iam ante aliquot annos in aliquo angulo Numidiae uel Mauretaniae separantibus se frumentis palea remanserint, et nesciunt. sed unde securi sunt, nisi quia certum habent bonos esse non potuisse qui se ab unitate communionis Donati, quae per totam Africam diffunditur, segregarunt, quia, si malos aliquos in sua uicinitate patiebantur, quos ostendere ceteris non ualebant, eos tolerare potius debuerunt quam diuidere se a tot innocentibus, quibus persuadere non poterant aliena peccata, etiamsi ea ipsi optime nossent? cur ergo haec innocentia non tribuitur orbi terrarum in tanta multitudine ac latitudine gentium quacumque Christi hereditas patet, ut certa atque secura sit eos, qui se bonos dicunt et se ab omnis terrae unitate seiungunt, eo ipso demonstrare quales sint? sibi enim iusti uidentur et spernunt ceteros et ideo non cantant canticum nouum, quia de superbia ueteris hominis extolluntur. ab ea quippe communione separantur cui dictum est: cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. qui si uere iusti essent, etiam humiles essent; si autem humiles essent, etiamsi uere malos in suae uicinitatis congregatione paterentur, quos ab unitate Christi expellere non ualerent, caritate Christi tolerare deligerent. quomodo autem possunt de his ipsis, quos in sua uicinitate malos arguunt, iustum habere iudicium, cum temeraria caecitate tam longe a se positos ignotissimos criminantur? utrum enim uel ciues suos uel uicinos quos arguunt malos esse nouerint, incertum est orbi terrarum; quia uero ab eis,

3 cf. Esai. 52, 11 4 cf. Ps. 25, 4 20 Ps. 95, 1

2 suis] illis *Mα* malorum] *add.* suorum *Mα* 4 facinorosis *Mα* 5 aliquot] aliquod *Dm1* mauritaniae *MPα* 6 remanserunt *DMP* 12 persuaderi *MFHγ* 13 ergo *om. M* 14 ac latitudine *om. Mα* 22 etiam] et *FHγ*, *om. G* 25 diligerent *MPα* iis *v* ipsis his *P* 27 positos] positissimos *M*

quorum longe positorum uitam nosse non possunt, temeraria caecitate separantur, certum est orbi terrarum, et quia cum laude patientiae mali noti tolerantur, ne ignoti boni damnentur, certum est orbi terrarum. quapropter securus iudicat orbis terrarum bonos non esse, qui se diuidunt ab orbe terrarum in quacumque parte terrarum.

25. Postremo si prophetae posteros monuerunt, ut se ante tempus ultimae uentilationis a paleis corporaliter separarent et tali separatione cauerent tangere immundum et cum facinerosis non introirent, cur hoc non fecit Paulus apostolus? an palea non erant qui non ex ueritate, sed ex inuidia Christum annuntiabant? an immundi non erant qui non caste euangelium praedicabant, quos in illius temporis ecclesia fuisse testatur et cuius excellentissimam caritatem omnia tolerantem etiam posteriores imitati sunt? an immunditia non est auaritia, quam Cyprianus corde non tetigit et tamen inter auaros collegas pacatissime uixit? obsurduerat uidelicet aduersus uerba psalmorum, ut sederet in conuenticulo uanitatis et cum facinerosis introiret, odio non haberet curiam malignorum et cum impiis sederet. an non erat conuenticulum uanitatis in eis, qui esurientibus in ecclesia fratribus largissimo argento nitere cupiebant? an non erant facinerosi, qui fundos insidiosis fraudibus rapiebant? an nequissimi et impii non erant, qui usuris multiplicantibus faenus augebant? ille uero lauabat cum innocentibus manus suas et circumdabat altare domini. ideo quippe tolerabat nocentes, ne desereret innocentes cum quibus manus lauabat, quia diligebat speciem domus domini, quae species in uasis honorabilibus

9 cf. Esai. 52, 11. Ps. 25, 4 11—12 cf. Phil. 1, 15. 17 14 cf. I Cor. 13, 7 18 cf. Ps. 25, 4—5 20 sqq.] cf. Cypr. de lapsis c. 6 24 cf. Ps. 25, 6 26 cf. Ps. 25, 8

1 uitam longe positorum β nosce *M* 2 separentur *v* 3 noti] non *MF*, *om.* β 9 facinorosis *MPα* 10 apostolus paulus γ 15 est *om. F* 17 obsorduerat *P* 18 facinorosis *MPα* 19 non *om. D* 20 uanitatum *F'* 22 facinorosi *MPα* 23 an] an non erant *P* et impii *om. v* 24 fenus *PEI* foenus *DM* fenus *cet.* manus (*om. I*) suas cum innocentibus β 27 species] *add.* est *F*

erat. in magna autem domo non solum aurea uasa sunt et argentea, sed et lignea et fictilia. et illa quidem sunt in honore, illa autem in contumelia. et mundabat semet ipsum ab huiusmodi, ut esset etiam ipse uas in honore sanctificatum, utile domino, ad omne opus bonum paratum, nec propter uasa quae erant in contumelia se a domo magna separaret, sed eos in unitate illius domus arguens tolerabat a quibus se non imitando mundabat.

V. 26. Sed nouit ponere Parmenianus uerba prophetae dicentis: *non sedi in conuenticulo uanitatis et cum facinerosis non introibo. odio habui curiam nequissimorum. lauabo cum innocentibus manus meas et circumdabo altare domini, ut audiam uocem laudis et enarrem omnia mirabilia tua. domine, dilexi speciem domus tuae et locum tabernaculi claritatis tuae. ne simul perdideris cum peccatoribus animam meam et cum uiris sanguinum uitam meam, in quorum manibus delicta sunt, dextera eorum impleta est muneribus.* nouit haec ponere Parmenianus et non curat aduertere, quemadmodum his uerbis sine ullo diuisionis nefariae sacrilegio seruiatur. species enim domus et locus tabernaculi claritatis dei in uasis est ut dixi non omnibus, quae tamen in una domo magna sunt, sed in his quae sunt in honore sanctificata, utilia domino, ad omne opus bonum semper parata. in his quisquis dilexerit speciem

1 II Tim. 2, 20 5 II Tim. 2, 21 10 epist. Parm. Ps. 25, 4—10 21. 25 cf. Ps. 25, 8 24 cf. II Tim. 2, 21

1 erat] fuit *EI, om. F* uasa sunt aurea (aurea sunt *GH*) β 3 honorem *DFHv* autem] uero γ contumeliam *Dm2FHv, cf. infra et De bapt. IIII 13, 19. Cresc. IIII 26, 33* 4 ipse *om. Gv* 5 honorem *PFHv* 6 contumeliam *Dm2FHv* 7 magna domo γ separabat *MPα, cf. e. gr. p. 128, 8. 171, 21* 10 in] cum β concilio α facinorosis *MPα* 11 iniquissimorum *FH* malignorum *EI* 13 uoces *Fv* laudis] *add.* tuae *M* 14 domine *om. FH* 19 repleta *GH* hoc *Mα* 23 non] *add.* in *GHv* 24 iis *v* honorem *Dm2Hv* domino utilia *GHv* 25 parata semper *M*

domus dei et locum tabernaculi claritatis eius, tolerat ea quae sunt in contumelia nec propter haec relinquit domum, ne fiat ipse non uas in contumelia, quod tamen in domo toleratur, sed stercus quod de domo proicitur, et propter ipsam temporalem cum malis in una domo congregationem orat dicens: ne simul perdideris cum peccatoribus animam meam et cum uiris sanguinum uitam meam, in quorum manibus delicta sunt, dextera eorum impleta est muneribus, hoc utique orans, ne simul pereat cum his cum quibus eum simul uiuere caritas iubet, cuius sacrificium praemisit dicens: domine, dilexi speciem domus tuae et locum tabernaculi claritatis tuae. quia enim dilexi speciem domus tuae, et propter ipsam dilectionem tolero uasa quae sunt in contumelia, quia caritas omnia tolerat, ne simul cum eis perdideris animam meam. nonne apparet in his uerbis uox illorum, qui per Ezechielem prophetati sunt gemere et maerere ob iniquitates populi quae fiebant in medio eorum et, quia erant uasa in honore, proprium signum accipere meruerunt, ut, cum illi omnes inciperent uastari atque deleri, non deus perderet cum peccatoribus animas eorum? isti autem infelices, qui se ab omnium malorum congregatione tamquam triticum a paleis purgatos esse praesumunt, per istam uanitatem praeiudicauerunt sibi, ut in populis quibus praesunt iniquissimas et flagitiosissimas turbas non audeant corripere ut corrigantur, ne per hoc cogantur confiteri quod mali sunt et dicatur eis: 'certe tritico purgato loquimini: cur ei per has

6 Ps. 25, 9—10 11 Ps. 25. 8 14 cf. I Cor. 13, 7 16 cf. Ezech. 9, 4 sqq. 18 cf. Rom. 9, 21. II Tim. 2, 21

1 tolerabat *M* 2 contumeliam *Dm2Hv* relinquid *Dm1* 3 contumeliam *Hv* 5 congregationis *Dm1* 8 repleta *α* 9 orat *Gγ* iis *v* 10 iubet] omnia tolerans hortatur *Gγ* cuius—*lin. 14* omnia tolerat *om. G* cuius—*lin. 15* animam meam *om. EHI* 14 contumeliam *Dm2v* 16 iezechielum *Dm1P* iezechielem *Dm2M* 18 honorem *Dm2EGHv* 19 deus non *v* 20 autem] *add.* sunt *Mα* 21 omni *γ* congregationes *Dm1* 22 purgatum *EGI* istam] *add.* enim *Mα* 23 praeiudicarunt *v* 25 quod] quia *α* 26 ei *om. Mα*

uoces tantam paleam commixtam esse fatemini?' et ideo, quia iusti non sunt, non emendant et arguunt in misericordia, sed oleo adulationis impinguant capita eorum quibus ipsi esse capita uolunt, quoniam sub uno capite quod in caelo est in unitate corporis quod per totam terram est esse nolunt, ut merito plebibus eorum dicatur: qui uos felices dicunt, in errorem uos mittunt et conturbant semitas pedum uestrorum.

27. Qui ergo non uult sedere in conuenticulo uanitatis, non euanescat tyfo superbiae quaerens conuenticula iustorum a totius orbis unitate separata, quae non potest inuenire. iusti enim per uniuersam ciuitatem quae abscondi non potest, quia super montem constituta est — montem illum dico Danihelis in quem lapis ille praecisus sine manibus creuit et impleuit uniuersam terram —, per totam ergo istam ciuitatem toto orbe diffusam iusti gemunt et maerent ob iniquitates quae fiunt in medio eorum. non ergo quaerat separatos iustos, sed cum ipsis potius in malorum temporali commixtione concorditer gemat. non enim sedebit in conuenticulo uanitatis, quia ibi sedebit ubi conuersatur, audiet autem dicentem apostolum: conuersatio nostra in caelis est. ibi cum facinerosis non erit, ibi curiam nequissimorum non patietur, ibi cum impiis non sedebit. in tali spe habitet, ut ad rem cuius nunc habet spem peruenire aliquando mereatur. non enim iam resurreximus sicut Christus

2 cf. Ps. 140, 5 6 Esai. 3, 12 9. 18 cf. Ps. 25, 4 12 cf. Matth. 5, 14 13 cf. Dan. 2, 34—35 16 cf. Ezech. 9, 4 20 Phil. 3, 20 21 cf. Ps. 25, 4—5

1 paleam commixtam] commixturam β 3 inpingant *M* capita nolunt esse *G* nolunt capita esse *H* capita esse uolunt *v* 4 nolunt *MEFI* 5 est *om. M* 9 concilio γ 10 tyfo *Dm1* typho *v* typo (tipo *G*) *cet.* a *om. MPEGHI* 12 enim] autem β per] sunt per *Mα* 13 supra *GHv* danielis *MFGHIv* 14 quem] quo *Mα*, *cf. Petil. II 38, 91* praecisus *om. EGHI* implebit *Dm1* 15 ergo] igitur γ 16 sunt *F* sunt uel fiunt *H* 17 quaerat] quis *EGHI* quaerat quis *Fv* 19 conuersabitur *P* 20 nostra conuersatio *F* nostra autem (enim *H*) conuersatio β 21 facinorosis *MPα* exit *F* 23 habitabit *EI* nunc *om. α* speciem *P*

aut iam cum illo sedemus in caelestibus, et tamen quia talem spem nobis dedit et per ipsam spem iam quodammodo ibi conuersamur, dicit apostolus: si autem resurrexistis cum Christo quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens. quae sursum sunt sapite, non quae super terram. mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum Christo in deo. in illa uita nostra, quae abscondita est cum Christo in deo, non sedemus in conuenticulo uanitatis, quia, sicut idem apostolus dicit, simul nos excitauit et simul sedere fecit in caelestibus, sed in spe, nondum in re. spes autem quae uidetur non est spes. quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. quam patientiam isti miseri perdiderunt et festinantes se ante tempus uelut a palea separare se ipsos esse leuissimam paleam uento ablatam de area demonstrarunt. quod ergo ait Sapientia teneamus: qui autem me audit, habitabit in spe et silebit sine timore ab omni malignitate. dum ergo habitamus in spe cogitantes non quod sumus sed quod erimus, quia filii dei quidem sumus, sed nondum apparuit quod erimus, quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, in tali spe habitantes, quia haec habitatio cogitationis non habet malos, nec conuenticula uanitatis nec facinerosos nec iniquos nec impios patimur; et eos tamen non in spe, sed in re quae uidetur patimur, in congre-

3 Col. 3, 1—3 10 Eph. 2, 6 11 Rom. 8, 24—25 17 Prou. 1, 33 20 I Ioh. 3, 2

4 ibi *P* 7 est] sunt *M* in illa—in deo *om. EGI* 9 idem *om.* γ dicit apostolus γ 10 *alt.* simul] simul nos β 12 quis uidet *Em1Fv* 13 uidetur *F* 15 dederunt *M* 17 quid *M* 18 habitat *F* 19 cogitemus *EGI* 20 quid—quid *v* simus *M* dei *om. H, post* sumus *habet I* quidem dei *EFv* 21 quia] quoniam *F* 23 tali] *add.* ergo *F* 24 cogitationis *om.* γ 25 facineros *Dm1* facinorosos *MPα* 26 non *om. P* sed in re *Em2, om. cet. v* uidentur *D* non uidetur *PHv* (res quae uidetur *est* congregatio catholica; *cf. p. 50, 25 et De bapt. I 15, 24* ecclesia ... antiqua res est)

gatione catholica toto orbe diffusa, donec transeat iniquitas, donec tempore messis zizania colligantur, donec ultimo uentilabro a frumento palea separetur, donec pisces boni a piscibus malis, cum quibus intra eadem retia congregati sunt, in litore seligantur, donec haedi ab ouibus, cum quibus sub uno pastore in eisdem pascuis tamdiu pauerunt, ad sinistram in ultimo segregentur.

28. Nulla est igitur securitas unitatis nisi ex promissis dei ecclesia declarata, quae super montem ut dictum est constituta abscondi non potest et ideo necesse est omnium terrarum partibus nota sit. inconcussum firmumque teneamus nullos bonos ab ea se posse diuidere, id est nullos bonos, etiamsi cognitos sibi malos patiantur, ubicumque uersantur, propter eos se a longe positis et incognitis bonis temerario schismatis sacrilegio separare, ut, in quacumque parte terrarum uel facta sunt ista uel fiunt uel futura sunt, ceteris terrarum partibus longe positis et utrum facta sint uel cur facta sint ignorantibus et tamen cum orbe terrarum in unitatis uinculo permanentibus ea ipsa sit firma securitas, non hoc potuisse facere nisi aut superbiae tumore furiosos aut inuidentiae liuore uaesanos aut saeculari commoditate corruptos aut carnali timore peruersos. quibus omnibus causis efficitur, ut uel boni falsis criminibus infamentur uel temere de bonis falsa credantur uel etiam mali, qui pro unitatis uinculo tolerati nihil obsunt bonis, disrupta bonorum pace peruersissime fugiantur, cum uexationi frumentorum non parcitur, usurpantibus sibi hominibus ante messem quod angeli in messe facturi sunt.

VI. 29. Quae cum ita sint, audent etiam sacrilega schismata

2 cf. Matth. 13, 30. 3, 12 3 cf. Matth. 13, 48 5 cf. Matth. 25, 33

2 colligangantur *P* 4 littore *GHIv* 5 eligantur *Mα* 6 in ultimo ad sinistram *Gγ* 8 ergo *M* 9 ecclesię *G* 10 omnium] ut omnibus *α* 11 inconcussum] *add.* igitur *γ* 12 etsi *M* 13 uersentur *Fv* 15 uel facta—terrarum *om. EGHI* 16 ceteris] cunctis *F* 20 inuidiae *P* libore *Dm1* uesanos *MPα* 24 nil *EI* dirupta *Dm2MPEFGI* 25 fugiant *Dm1PEI*

uel haereses impiae, si quo in flagello ut se corrigant ammonentur, poenas furoris sui etiam inter martyria deputare. quod existimans etiam Parmenianus in fine epistulae suae exhortatur Tychonium, ut in parte Donati permaneat et persecutiones perferat, dicens non se debere uoluntate coniungi eis quibus persecutione cogente non iuncti sunt, adhibens etiam testimonium scripturae dicentis: *uae his qui perdiderunt sustinentiam et deuerterunt in uias prauas! et quid facient, cum inspicere coeperit dominus?* more suo cuncta de diuinis libris aduersus se ipsos proponens. qui enim sustinentiam perdiderunt, nisi qui eos, quos de criminibus quae obiciebant conuincere nequiuerunt, pro pace Christi tolerare noluerunt, ut sero postea cogitantes ipsam partem suam non esse per multas particulas diuidendam, etiam sibi manifestissimos sacrilegos quos ipsi damnarunt rursus receptos pro falsa Donati pace tolerarent? et nunc iam tandem aliquando cognoscant et corrigant, quod se impie fecisse ex eo saltem quod a Maximiano passi sunt didicerunt. sed scilicet erubescant manifestissimis rationibus corrigi, quia imperatorum iussionibus restiterunt, ne illa quae se conqueruntur fuisse perpessos correcti perdidisse uideantur. quasi non melius perdunt illa quam pereunt. si enim habet aliquam umbram et quamuis falsam atque fallacem, tamen nonnullam imaginem fortitudinis iubenti non cedere imperatori, cuius uel humanae laudis inlecebra est apertissimae contradicere ueritati? cur clausis oculis tam multa de scripturis testimonia proferunt, quae intellecta et contra se prolata

3 cf. epist. Parm. 7 epist. Parm. Eccli. 2, 16—17

1 quo *Dm2* quod *Dm1P* quando *Mα*, *cf.* aliquod flagellum *p. 120, 5* admonentur $P\gamma$ 4 tichonium α 6 athibens *Dm1* etiam *om. M* 8 diuerterunt *FGm2H*γ 9 eos dominus *Mα* 10 proponentes *EFHI* 11 quos *post* nequiuerunt *positum in Em1FGHIv* 13 ut] et *Em2FGv* 14 et iam *Dm2* etiam si sibi *F* 15 rusus *P* donati parte *EGHI* parte donati *F* 16 tolerarunt *Mα* iam nunc *v* 18 erubescunt *v* 20 correpti *PF* 22 habent *FG*γ et *om. Mα* 23 nullam *MEFGI* 26 et] atque $F\gamma$

repudiant, quae si secundum illorum intellectum accipiantur nihilominus eos de sua peruersitate conuincunt? nonne scriptum est: non contradicas ueritati ullo modo? cui autem nisi ueritati contradicitur, cum etiam regi ex ueritate aliquid iubenti resistitur? sed rex homo quod minatur uel quod uindicat ad tempus molestum est; non sic ille rex qui etiam ueritas dicitur, qui nunc quoque illis per prophetam clamat: sine causa percussi filios uestros, disciplinam non receperunt, qui propterea per humanas potestates nunc misericorditer ammonet, ne in fine sic uindicet, ut non se possint superbi de sua damnatione iactare. sub uindicta enim regum potest hominum pertinacia falso nomine uirtutis uelle laudari; aeternis autem ignibus concremari nec erit nec uocabitur fortitudo. non enim erunt in illa die, qui caput ungant oleo adulationis aut uana decepti fallacia coronas somnient damnatorum, dicentes 'euge euge' et iurantes per canos eorum, qui caput sanum non habuerunt, et per campagos eorum, qui uiam pacis non agnouerunt. quales turbas isti auertentes a Christi unitate et ad suum nomen conuertere cupientes interim temporalia supplicia schismatis sui conferre audent passionibus martyrum, ut eis poenarum suarum natalicia celebrentur magno conuentu hominum furiosorum, quorum e numero illi sunt, qui etiam nullo persequente se ipsos ultro per montium abrupta praecipitant, ut malam uitam peiore morte consumant. non erunt in illa die stultae plebes quibus dicatur: 'nos sumus iusti qui patimur persecutionem' et caecis uendatur reprobus lapis pro gemma

3 Eccli. 4, 30 7 Hier. 2, 30 17 Esai. 59, 8

1 eorum *v* recipiantur *EGHI* recipiuntur *v* 3 contradices *F* ullo modo ueritati *α* 5 *pr.* quod] qui *FGγ* quid *H* *alt.* quod] qui *FGγ* uindicat (di *s. l. m1*) *D* 6 molestus *FGγ* 7 prophetas *P* 10 admonet *PFγ* se non *M* 13 autem *om. P* cocremari *P* 14 die illa *EFv* unguant *Em2GIv* unguat *F* odulationis *P* 15 uaria β coronatos *α* damnatos *Mα* 17 compagos *Dm2* compages *Mα* 23 abrubta *P* 24 consument *MFGm1* consumment *EHm2v* consummant *Hm1I* die illa *Gγ* 25 dicant β 26 et] *add.* quibus *Gv*

pretiosa, id est carnalis duritia pro spiritali patientia. non erunt qui nomina principum furoris sui recitent ad altaria, uel quae ab unitate Christi diuiserunt uel quae sub nomine Christi contra ecclesiam Christi erexerunt. haec sunt enim pretia, quae isti ut accipiant, dum uolunt habere quod uendant, excitant aduersum se potestatum seueritatem per animosam peruersitatem, nec illi qui ab eis seducuntur et eos propterea iustos putant, quia poenas iniquitatis exsoluunt, redeunt ad cor et considerant, quare patiantur quae se pati gloriantur. quantum enim erat, ut paululum aduerterent talia dicere Parmenianum Tychonio de perferendis persecutionibus et gloria tolerantiae, qualia dicunt omnes haeretici, de quibus cohercendis uel puniendis similia regum iussa proferuntur, qualia certe iam Membressitanis suis dicit etiam Saluius, cui tantas Abitinenses plagas et contumelias intulerunt, per quos isti meruerant ut de ecclesia pelleretur, ut eius ceruici etiam mortuorum canum cadauera colligarent, ut postremo cum illo ad turpes uoces cantionesque saltarent. quem sermonem, posteaquam tanta perpessus est, eum putamus habuisse cum suis quos miseros decepit, ut alteram sibi basilicam fabricarent? quanta dixit de iustitia sua pro qua talia perpeti meruit, ideo se sanctum persuadens quia passus est, ideo illos iniquissimos quia fecerunt? Tuscorum tyrannorum commemoratur antiqua crudelitas, quod mortua uiuis sed humana humanis corpora coniungebant; canina uero humanis et hoc episcopalibus membris nescio utrum quisquam se uel audisse umquam uel legisse commemoret. notum est omnibus nugaces et turpes saltationes ab episcopis solere compesci; quis umquam meminit ab hominibus,

10 cf. epist. Parm. 14 cf. Cresc. IIII 49, 59 23 cf. Uerg. Aen. VIII 483 sqq.

2 ad *om. M* 4 ecclesiam *om. Iv* Christi *om.* α enim sunt γ 7 nec] ne *Mα* 8 redeant *Mα* 9 considerent *Mα* 11 tichonio *FGIv* thiconio *H* 13 iam *om. Mα* membrissitanis *M* membresitanis α 14 etiam] et *M* 16 pellerentur *EFGHI* 18 cantationesque α 21 sua *om. Mα* 23 Thuscorum *Ev* quod] qui *Mα* 25 haec *Mα* 26 commemorat β

quos in auxilium episcopi petiuerunt, cum episcopis esse saltatum? an forte Saluius tunc non erat episcopus, quia damnatio eius in Bagaiensis concilii sententia recitatur? quid? si et ipse postea reconciliaretur Primiano, sicut ei reconciliatus est Felicianus eiusdem plenarii concilii ueridico ore damnatus, sicut ibi eorum uerba recitantur, tunc esset episcopus, an forte non admitteretur, quia sacrilegium schismatis quem coinquinauerit potest mundari, sicut potuit Felicianus, quem uero canes mortui collo suspensi immundum fecerint non potest expiari? uellem scire quid ad haec dicunt tam manifesta tam publica tam recentia, qui nobis antiquas calumnias suas quasi nostra crimina obiciunt. quisquis eorum arbitratur me falsa iactare, quid magnum est, quid difficile, ut animae suae curam gerens pergat Membressam, quaerat an facta sint ista et defendat, si potest? si enim dicit recte ista schismaticis fieri quos trecenti et decem Donatistae episcopi damnauerunt, non murmurent quando aliqua patiuntur, quamuis numquam talia passi sint, quos ab unitate Christi schisma fecisse non trecentorum et decem, sed totius orbis auctoritate conuincimus. si autem dicit leuia esse quae passus est Saluius, quaero utrum, si aliquem Donatistarum episcoporum saltare cogeret imperator et nolenti facere bestias ignesque minaretur, non mallet illa perpeti quam illud admittere, et cum passus esset, utrum non eum isti inter sanctos martyres recitarent. grauiora ergo passus est Saluius, cum quo saltatum est, quam si uiuus arsisset. nam si cuiquam eorum haec duo proponerentur, utrum mallet non ipse saltare sed saltari secum quam uiuus incendi, non dubitatur quid eum

5 Sententia concilii Bagaiensis; cf. p. 51, 14

1 patiuerunt *M* petierunt *Fγ* 3 recitata est *EGI* quod *EGHI* 4 ei *om. Hv* 6 episcopus esset *M* non] iam non *FIv, om. E* 7 ammitteretur *Dm1* 8 potuit *om. Mα* carnes *DM* 10 manifesta tam] manifestata *Dm2* 11 crimina nostra *γ* 14 membresam *α* 15 recte dicit *E* ista recte *GHIv* 16 episcopi *om. P* 17 quamuis] quaeuis *F* talia numquam *M, om. α* 23 illut ammittere *D* ad illud admitteretur *F* 25 uius *Dm1* 26 haec duo *om. F* proponeretur *F* 27 non dubitatur *om. Mα* quod *P*

electurum esse respondeant. si autem dicit nihil aliud impetrasse a proconsule Primianistas, nisi ut per Abitinenses Saluius de basilica pelleretur, illos autem sua sponte fecisse quidquid ei postea crudeliter turpiterque fecerunt, cur non sibi dicit sic etiam posse catholicos nihil aliud ab imperatoribus petere, nisi ut isti de basilicis quas nomine sacrilego retinent excludantur, illos autem sua sponte regia potestate et honestate seruata in sacrilegos uindicare multo mitius, quam Abitinenses nulla imperiali lege, nulla iudiciaria iussione in Membressitanum Saluium uindicarunt? quibus rebus consideratis prius quid faciant et postea quid patiantur aduertant, ne, cum aduersus facta sua oculos claudunt et ad poenas suas oculos aperiunt, et hic frustra temporalia patiantur et in ultimo iudicio dei etiam pro hoc ipso, quod frustra eos talibus molestiis ut emendaret ammonuit, aeterno supplicio puniantur. non uetera replico, ubi fallunt quos possunt; breuiter dico, praesentia ingero, digito ostendo: damnati Maximianistae recipiuntur, ignotae gentes arguuntur; Maximianistarum baptismus acceptatur, orbis terrarum baptismus exufflatur. ecce Assuritani, ecce Mustitani, ecce non longe mortuus Praetextatus, ecce adhuc uiuus Felicianus, ecce nomina eorum inter damnatos Bagaiensi concilio gestis proconsularibus allegata; talibus recentibus et praesentibus factis quales ab initio fuerint satis indicant. si quid pro huiusmodi peruersitatibus et iniquitatibus patiuntur, si nolunt corrigi, saltem non audeant gloriari.

2 auitinenses *D* abitienses (*item lin. 8*) *M* 3 quicquid *codd. praeter PF* 4 dici—possit *F* 8 uindicare *om. Mα* 9 membrissitanum *M* membresitanum *α* 10 uindicarunt] uendicasse *F* uindicasse *Em2Hv* 15 admonuit *PFγ* 19 exuflatur *D* 21 uagaiensi *D* 24 aduersitatibus *EI* 25 gloriari] *add.* Explicit liber III. *DP* Explicit *MGI* Explicit liber tertius sci augustini epi. contra parmeniani epistolam *E* Explicit liber utilimus beati augustini episcopi contra omnes hereses scismaticorum *F* Explicit decentissimus et utilissimus liber sci augustini contra epistolam parmeniani donatiste *H*

AVGVSTINI RETRACTATIONVM LIB. II CAP. XLIII (XVII)

(PAG. 151, 8 ED. KNOELL).

CONTRA EPISTULAM PARMENIANI LIBRI TRES.

1. In quibusdam libris contra epistulam Parmeniani, Donatistarum Carthaginiensis episcopi successorisque Donati, quaestio noua uersatur et soluitur, utrum in unitate eorundem communione sacramentorum mali contaminent bonos et quemadmodum non contaminent disputatur propter ecclesiam toto orbe diffusam, cui calumniando scisma fecerunt.

2. In quorum libro tertio, cum dissereretur, quomodo sit accipiendum, quod ait apostolus: auferte malum ex uobis ipsis, illud, quod dixi: *ut ex se ipso quisque auferat malum,* non sic esse intellegendum, sed sic potius, ut homo malus auferatur ex hominibus bonis, quod fit per ecclesiasticam disciplinam, sicut graeca lingua indicat, ubi sine ambiguitate scriptum est, ut intellegatur: 'hominem malum', non: 'hoc malum', quamuis et secundum istum intellectum responderim Parmeniano.

3. Hoc opus sic incipit: *Multa quidem alias aduersus Donatistas.*

Lectiones codicum DEHI (p. 18):

4 quibusdam] tribus *DEHI* Donatistarum] *add.* et *EI* 5 cartaginiensis *DI* chartaginensis *E* carthaginensis *H* 6 noua] magna *DEHI* in *om. D* unitate] *add.* et *DEHI* 12 ut—malum] *cf. p. 99, 8. 27. 100, 7* 14 fieri *H* pro ecclesiastica disciplina *EHI* 15 sicut] satis *DEHI* 16 hominem malum] hunc malum *D* hic malus *EHI* non] in *D* 19 Hoc—Donatistas *om. EI* Multa—Donatistas *om. H* alias] et alia *D*

III.

DE BAPTISMO LIBRI VII.

J = cod. bybl. Bodleianae Laudianus misc. 130 saec. X ineuntis
K = cod. Escorialensis saec. VI
L = cod. Sangallensis 158 saec. VIIII
M = cod. Monacensis 21218 saec. VIIII
N = cod. Parisiensis bybl. nat. 13363 saec. VIIII
V = cod. Lugdunensis 603 saec. VIIII
μ = cod. Monacensis 15814 saec. X
ς = cod. Sangallensis 171 saec. X
G = cod. Goerresianus 66 saec. VIIII—X, continens lib. I—III 6, 9
β = consensus codicum $MV\mu\varsigma$
$\beta\, pr.$ = eorundem archetypus
Eug. = Eugippii excerpta ed. Knoell
Cypr. = Cyprianus ed. Hartel
v = editio Maurina

LIBER PRIMUS.

I. 1. In eis libris, quos aduersus epistulam Parmeniani quam dedit ad Tychonium scripsimus, promisimus nos diligentius quaestionem baptismi tractaturos; quod etiamsi non ibi promitteremus, debitum tamen a nobis flagitantibus fratribus meminimus et agnoscimus. quapropter in hoc opere adiuuante domino suscepimus non solum ea refellere, quae de hac re nobis Donatistae obiectare consuerunt, sed etiam de beatissimi martyris Cypriani auctoritate, unde suam peruersitatem, ne ueritatis impetu cadat, fulcire conantur, quae dominus donauerit dicere, ut intellegant omnes, qui non studio partium caecati iudicant, non solum eos non adiuuari auctoritate Cypriani, sed per ipsam maxime conuinci adque subuerti.

2. Iam quidem in supra memoratis libris dictum est ita posse extra catholicam communionem dari baptismum, quemadmodum et extra eam potest et haberi. nullus autem illorum negat habere baptismum etiam apostatas, quibus utique redeuntibus et per paenitentiam conuersis dum non redditur, amitti non potuisse iudicatur. sic et illi, qui per sacrilegium schismatis ab ecclesiae communione discedunt, habent utique baptismum, quem priusquam discederent acceperunt. nam si et ipsi redeant, non eis iterum datur; unde ostenduntur illud, quod acceperant in unitate positi, non potuisse amittere separati. quod si haberi foris potest, etiam dari cur non potest? si dicis:

3 cf. Parm. II 14, 32, pag. 86, 4 14 cf. Parm. II, 13, 27 sqq.

De codicum praescriptionibus cf. Praefatio 3 tychonium *sic JKG, per* i *cet.* scriptimus *Jm1* 4 ibi *om. N* 8 de *om. N* 13 per *om. N* 14 super *Nm1* 16 *pr.* et *om. Vm2G* ea *JL* 18 per *om. J* 19 sacrificium *Km1* 21 et si ipsi *L* et ipsi si *Mμς* et ipsis si *Vv* 22 ostenditur *codd. praeter MV* 23 separatim *J*

'non recte foris datur', respondemus: sicut non recte foris habetur et tamen habetur, sic non recte foris datur, sed tamen datur. sicut autem per unitatis reconciliationem incipit utiliter haberi quod extra unitatem inutiliter habebatur, sic per eandem reconciliationem incipit utile esse quod extra eam inutiliter datum est. non tamen dici fas est non datum esse quod datum est, aut ut non hoc dedisse quis ⟨quem⟩quam calumnietur, cum hoc eum dedisse quod acceperat confitetur. sacramentum enim baptismi est quod habet qui baptizatur, et sacramentum dandi baptismi est quod habet qui ordinatur. sicut autem baptizatus, si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit, sic etiam ordinatus, si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. nulli enim sacramento iniuria facienda est; si discedit a malis, utrumque discedit, si permanet in malis, utrumque permanet. sicut ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere qui ab unitate discesserat, sic acceptandus est baptismus, quem dedit ille qui sacramentum dandi cum discederet non amiserat. nam sicut redeuntes, qui priusquam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur, ita redeuntes, qui priusquam recederent ordinati sunt, non utique rursus ordinantur, sed aut administrant quod administrabant, si hoc ecclesiae utilitas postulat, aut si non administrant, sacramentum tamen ordinationis suae gerunt, et ideo eis manus inter laicos non inponitur. nam neque sacramentum baptismi neque sacramentum dandi baptismi quando ab eis cum Maximiano discessit Felicianus amisit; nunc enim eum secum habent cum eis ipsis, quos cum foris esset in Maximiani schismate baptizauit. quapropter potuerunt ab eis accipere ceteri, cum ad nostrum consortium non accessissent, quod illi non amiserant, cum a nostro consortio recessissent. quibus rebus ostenditur et ipsos impie facere qui rebaptizare conantur orbis unitatem, et nos recte facere qui dei sacramenta inprobare nec in ipso schismate

2 *pr.* habentur *Jm1* sic] si *Nm1* 3 reconcilationem *J* 6 disci *Nm1* 7 quis quemquam *scripsi* quisquam *codd. v* quis quem *coni. Engelbrecht* 8 acceperit *J* 14 in malis *om. Lm1* 21 ministrant *Nm1* 23 tamen *post* suae *tr. v* 26 eum] cum *L*

audemus. in quo enim nobiscum sentiunt, in eo etiam nobiscum sunt, in eo autem a nobis recesserunt in quo a nobis dissentiunt; non enim accessus iste adque discessus corporalibus motibus et non spiritalibus metiendus est. sicut enim coniunctio corporum fit per continuationem locorum, sic animorum quidam contactus est consensio uoluntatum. si ergo qui recessit ab unitate aliquid aliud agere uoluerit quam quod in unitate percepit, in eo recedit adque disiungitur; quod autem ita uult agere sicut in unitate agitur, ubi hoc accepit et didicit, in eo manet adque coniungitur.

II. 3. Itaque isti in quibusdam rebus nobiscum sunt, in quibusdam uero a nobis exierunt. proinde illa in quibus nobiscum sunt eos agere non uetamus; in quibus autem nobiscum non sunt, ut ueniendo accipiant uel redeundo recipiant adhortamur et quibus modis possumus, ut id eligant emendati adque correcti, cum caritate satagimus. non eis itaque dicimus: 'nolite dare', sed: 'nolite in schismate dare', nec eis quos uidentur baptizaturi dicimus: 'nolite accipere', sed: 'nolite in schismate accipere'. nam si quem forte coegerit extrema necessitas, ubi catholicum per quem accipiat non inuenerit et in animo pace catholica custodita per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit quod erat in ipsa catholicae unitate accepturus, si statim etiam de hac uita emigrauerit, non eum nisi catholicum deputamus. si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum se catholicae congregationi etiam praesentia corporali reddiderit unde numquam corde discesserat, non solum non inprobamus quod fecit, sed etiam securissime uerissimeque laudamus, quia praesentem deum credidit cordi suo ubi unitatem seruabat et sine sancti baptismi sacramento, quod ubi-

1 audimus *Km1* 2 sum *Km1* 4 metuendus *Nm1* mentiendus β *pr.* est metiendus *v* 6 si] sic *LVm1* 9 *pr.* in *om. Nm1* 14 adortamur *L* 15 uti deligant *Nm1* uti diligant β adque] itaque β *pr.* 18 baptizari *L* baptizare *Nm2* 21 custodiat β 22 catholica *Mm2Nv* 23 migrauerit *VϛGv* 24 mortem *Lm1* 25 se *om.* β *pr.* congregatione *L* corporali praesentia *v* 26 discessit *Lm2*

cumque inuenit non hominum sed dei esse cognouit, noluit ex hac uita emigrare. si quis autem, cum possit in ipsa catholica accipere, per aliquam mentis peruersitatem eligit in schismate baptizari, etiamsi postea uenire ad catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentum, quod alibi accipi quidem potest, prodesse autem non potest, procul dubio peruersus et iniquus est et tanto perniciosius quanto scientius. ita enim non dubitat recte illic accipi, sicut non dubitat illic prodesse etiam quod alibi acceperit.

III. 4. Duo sunt enim quae dicimus, et esse in catholica baptismum et illic tantum recte accipi; utrumque horum Donatistae negant. item alia duo dicimus, esse aput Donatistas baptismum, non autem illic recte accipi; horum duorum illi unum magnopere adfirmant, id est esse ibi baptismum, non autem illic recte accipi nolunt fateri. harum quattuor sententiarum tres nostrae tantum sunt, unam uero utrique dicimus. nam esse in catholica baptismum et recte illic accipi et aput Donatistas non recte accipi nos tantum dicimus, esse uero baptismum et aput Donatistas et illi asserunt et nos concedimus. quisquis ergo uult baptizari et certus est iam nostram sibi ecclesiam ad christianam salutem esse deligendam et in ea sola prodesse baptismum Christi, etiamsi alibi acceptum fuerit, sed ideo in parte Donati uult baptizari, quia esse ibi baptismum non illi soli neque nos soli, sed utrique dicimus, adtendat alia tria. si enim nos elegit sequi in his quae illi non dicunt, ea uero quae utrique dicimus praeponit his quae nos soli dicimus, satis est nobis quod ea, quae illi non dicunt et nos soli dicimus, praeponit eis quae illi soli dicunt. esse autem in catholica baptismum nos dicimus, illi non dicunt; recte accipi in catholica baptismum nos dicimus, illi non dicunt; non recte accipi in

2 migrare *Vϛv* 3 aliquem *Lm1* elegit β 10 enim] etiam *MVv* 15 uolunt *N* 16 sint *Nm1* 18 non recte—19 Donatistas *om. J* 20 sibi nostram *v* 21 diligendam *codd. praeter Jm1K* 22 solum *Lm1* 25 eligit *Nm2, cf. infra* decreuit ... elegit ... decreuit iis *v* 28 praeponite *Mm1μm1* eis] his β *pr.* 29 recte—30 dicunt *om. J*

parte Donati baptismum nos dicimus, illi non dicunt. sicut ergo id potius credit quod nos soli dicimus esse credendum, ita hoc potius faciat quod nos soli dicimus esse faciendum. quod autem utrique dicimus esse credendum, hoc, si ita putat, robustius credat quam id quod a solis dicitur nobis. robustius enim crediturus est esse baptismum Christi in parte Donati quod ab utrisque nostrum dicitur, quam esse baptismum in catholica quod a catholicis tantummodo dicitur. sed rursus magis crediturus est esse baptismum Christi etiam aput nos quod nos soli dicimus, quam non esse aput nos quod illi soli dicunt. iam enim decreuit et certus est, in quibus dissentimus, nos illis esse praeponendos. ita ergo quod nos soli dicimus recte aput nos accipi magis crediturus est quam non recte aput nos accipi, quia hoc illi soli dicunt. eadem regula quod nos soli dicimus non recte aput illos accipi magis crediturus est quam id quod illi soli dicunt, id est recte aput illos accipi. frustra itaque sibi uidetur securus ibi accipere quod esse quidem ibi utrique dicimus, sed ibi esse accipiendum non utrique dicimus. elegit autem ipse in eo quod non utrique dicimus nobis potius inhaerere. hic ergo securus accipiat ubi et esse et recte accipi certus est, illic autem non accipiat quod esse ibi quidem dicunt, sed ibi accipiendum esse non dicunt quorum sententiam decreuit eligere. quamquam etiamsi dubium haberet non illic recte accipi quod in catholica recte accipi certum haberet, grauiter peccaret in rebus ad salutem animae pertinentibus uel eo solo, quod certis incerta praeponeret. recte quippe hominem in ecclesia catholica baptizari eo ipso certus est, quod etiam alibi baptizatus huc transire decreuit. non autem recte aput Donatistas hominem baptizari saltem incertum habeat, cum hoc illi dicant

2 credidit *N* 3 h*oc *K* haec *G* 4 esse credendum dicimus *v* 5 nobis dicitur solis *Lm1* solis nobis dicitur *Lm2v* 7 quam] quem *Jm1* 10 non] nos *Lm1* 11 nam *Lm1* 12 ita** *N* 19 eligit *N* 20 inherere | ubi et ceteri. Recte (*om.* his ergo securus accipiat) *L* recte accipi] accipere recte β 21 quidam *Lm1* 28 recte autem *v* 29 saltim *LN* salutem β*G* dicunt *L*

quorum sententiam Donatistis anteponendam esse certum habet, et incertis certa praeferendo hic baptizetur, ubi propterea certus est recte fieri, quia et cum alibi facere cogitabat huc transeundum esse decreuerat.

IIII. 5. Iam uero si quis non intellegit quomodo fieri possit, ut quod ibi esse confitemur non ibi recte dari dicamus, illuc adtendat, quia nec recte ibi esse dicimus, quod et illi dicunt in his qui ab eorum communione discedunt. intueantur etiam similitudinem notae militaris, quia extra militiam a desertoribus et haberi et accipi potest, sed tamen extra militiam nec habenda nec accipienda est et reducto uel perducto ad militiam nec mutanda nec iteranda est. uerumtamen alia causa est eorum qui in istos haereticos inprudenter incurrunt ipsam esse Christi ecclesiam existimantes, alia eorum qui nouerunt non esse catholicam ecclesiam nisi eam quae, sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur et extenditur usque ad fines terrae, quae crescens inter zizania et in taedio scandalorum requiem futuram desiderans dicit in psalmis: a finibus terrae ad te exclamaui, cum taederet anima mea: in petra exaltasti me. petra autem erat Christus, in quo nos iam resuscitatos et in caelo considentes dicit apostolus nondum in re, sed in spe. ideoque sequitur psalmus et dicit: deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. ex illius quippe promissionibus tamquam telis et iaculis in turri munitissima constitutis non solum cauetur, sed etiam expugnatur inimicus, induens lupos suos pellibus ouium, ut dicant: ecce hic est Christus, ecce

18 Ps. 60, 3 20 cf. I Cor. 10, 4 21 cf. Eph. 2, 6 22 Ps. 60, 3—4 26 cf. Matth. 7, 15 27 Matth. 24, 23

6 illuc *JK* illud *cet. v* 8 qui* *J* intuentur *N* intueatur *Mm2v* 9 malitiam *Nm1* desertoribus et] de nota imperatoris in milite designata *add. L* 11 redducto *JK* de nota imperatoris in manu militis designata *in mg. add. K, cf. L lin. 9* 17 scandolorum *L* 18 a finibus—exaltasti me *mg. N* (*Nb*) *et in textu post* sinceriores *p. 153, 14* (*Na*) atte *Na* 19 damaui *J* clamaui *LNbVGv* dum *NbVv* 21 consedentes *LNm2* 24 promissione *L* 25 constitutus β*pr.* 27 ut] et β*pr.*

illic et ab uniuersitate ciuitatis super montem constitutae ad particulas insidiarum suarum multos separent et iugulatos absumant. et cum hoc nouerint, eligunt extra communionem unitatis corporis Christi accipere baptismum Christi, ad eandem communionem cum eo quod alibi acceperint postea migraturi. scientes enim habituri sunt aduersus ecclesiam Christi baptismum Christi uel eo ipso die quo accipiunt. quod si sceleratum est, quis est qui dicat: 'permittatur mihi uno die scelus admittere'? si enim transiturus est ad catholicam, quaero causam. quid aliud responsurus est, nisi quia malum est esse in parte Donati et non esse in unitate catholica? hoc igitur malum quot diebus feceris, tot dierum malum facturus es, et dici potest maius malum fieri plurium dierum, minus autem paucorum, nullum autem malum fieri dici non potest. quid autem opus est hoc tam execrabile malum uel uno die uel una hora committere? hoc enim qui sibi concedi uult potest ab ecclesia uel ab ipso deo petere, ut sibi uel uno die apostatare concedat. nam cur unius diei esse apostata timeat et unius diei esse schismaticus haereticusue non timeat, nulla causa est.

V. 6. 'Illic', inquit, 'accipere malui ubi baptismum Christi esse utrique consentiunt'. sed illic non recte accipi illi ad quos migraturus es dicunt, recte uero illic accipi illi a quibus migraturus es dicunt. illud itaque, quod hi dicunt quos ipse postponis contradicentibus illis quos ipse anteponis, aut falsum est aut ut mitius dicatur incertum. uera ergo falsis aut incertis certa praepone. illic enim quo migraturus es, cum alibi acceperis, recte posse accipi quod desideras non illi tantum ad quos transiturus es, sed tu ipse qui transiturus es confiteris. si enim

1 cf. Matth. 5, 14

2 separant β*pr.* 3 adsumant β*pr.* 8 quis est *om. L* 11 catholica unitate *v* 15 exsecrabile *Km2Nm1v* 17 ap ipso *Lm1* apostare *Lm1* 19 hereticosue *Jm1* 21 inquid *Nm1* 24 est *Nm1* illud] illud autem *Km1* hii *KG* 26 ut *om. Km1*β*pr.* 27 praeponere *N*β*pr.* 29 tu *in ras. Lm2*

utrum recte illic possit accipi dubitares, etiam illuc transeundum esse dubitares. accipere itaque in parte Donati si incertum est esse peccatum, quis dubitet certum esse peccatum non ibi potius accipere ubi certum est non esse peccatum? illi uero qui per ignorantiam ibi baptizantur, arbitrantes ipsam esse ecclesiam Christi, in istorum quidem conparatione minus peccant, sacrilegio tamen schismatis uulnerantur non ideo non grauiter, quod alii grauius. cum enim dictum est quibusdam: tolerabilius erit Sodomis in die iudicii quam uobis, non ideo dictum est quia Sodomitae non torquebuntur, sed quia illi grauius torquebuntur.

7. Quamquam fuerat hoc fortasse occultum aliquando et incertum. unde autem sanantur hi qui aduertunt et corriguntur, inde grauantur hi, qui cum iam ignorare non permittantur, in perniciem suam pertinaciter saeuiunt. damnatio quippe Maximianistarum et receptio damnatorum cum his quos extra eorum communionem in sacrilego, sicut concilium eorum clamat, [in] schismate baptizarunt, totam istam soluit quaestionem, totam contentionem abstulit. nihil omnino inter nos et eos Donatistas qui Primiano communicant derelinquit, unde dubitetur non solum haberi, sed etiam dari posse baptismum Christi ab eis qui ab ecclesia separantur. sicut enim ipsi eos quos Felicianus in schismate baptizauit uerum baptismum accepisse fateri coguntur, quia eos secum nunc habent in ipso baptismo quem in schismate perceperunt, sic nos dicimus baptismum Christi esse etiam extra communionem catholicam, quem dant illi qui ab eadem communione praecisi sunt, quia eum cum praeciderentur non amiserunt. et quod ipsi se putant contulisse illis quos Felicianus in schismate baptizauit, cum eos sibi reconciliauerunt,

9 Matth. 11, 24

1 posse β*pr.* posset *Mm2*μ*m2v* 10 ideo *in ras. L* 12 hoc fuerat *v* 13 hii *Km1* 14 hii *Km1* iam *om. N* 17 sacrilego *scripsi et* in *deleui* sacrilegio *codd. v, cf. p. 83, 11 et Decret. conc. Bagaiensis:* schismata resecare sacrilega *Cresc. III 53, 59. IIII 10, 12* 20 priano *Jm1* dereliquid *Nm1* dereliquit *MNm2v* 21 babtismum *Jm1* 27 praecederentur *Lm1* 29 sibi] ibi *N*

id est non ut acciperent quod non habebant, sed ut prodesset eis quod inutiliter in schismate acceperant et habebant, hoc uere confert et praestat deus per communionem catholicam illis, qui ueniunt ab aliqua haeresi uel schismate ubi baptismum Christi acceperunt, id est non ut baptismi sacramentum incipiant habere quod non habebant, sed ut incipiat eis prodesse quod habebant.

VI. 8. Quapropter inter nos et ipsos quodammodo cardinales Donatistas, quorum episcopus apud Karthaginem Primianus est, iam de hac re nulla est controuersia. uoluit enim deus per Maximianistas eam finiri, ut quod caritate suadente nolebant exemplo suo cogente fateantur. sed adhuc inde propterea disputamus, ne illi sibi uideantur aliquid dicere qui nec istis communicant, qui aput se potius quanto pauciores tanto sinceriores Donatistas remansisse contendunt. qui si Maximianistae soli essent, nec ipsorum salutem contemnere deberemus; quanto ergo magis, quia eadem pars Donati in multa minutissima frusta concisa est, quae omnes minutae particulae hanc unam multo grandiorem in qua Primianus est de recepto Maximianistarum baptismo reprehendunt et singulae conantur adserere aput se tantummodo uerum baptismum remansisse nec omnino esse alibi neque in toto orbe terrarum qua ecclesia catholica expanditur nec in ipsa grandiore parte Donati nec in ceteris praeter se unam ex minutissimis partibus! quae omnes particulae si aduertere uoluerint uocem non hominis, sed ipsius manifestissimae ueritatis, et animosum spiritum suae peruersitatis edomare, non utique ad partem Donati maiorem de qua praecisa praecisae sunt, sed ad ipsam uiriditatem radicis catholicae de ariditate propria reuertentur. omnes quippe isti ubi contra nos

29 cf. Marc. 9, 39

1 *pr.* ut *s. l. m2 N* 4 paptismum *Lm1* 5 baptisma β *pr.* incipiant (nt *in ras. m2*) *L* 6 sed—habebant *om.* β *pr.* 8 carnales *NGm2* 9 carthaginem *LNV*ς 10 *iam*** *L* contrauersia *Nm1* 12 propterea inde *v* propere *M* 15 maximi | nistae *L* 18 frustra *Km1Lm1Vm1*ς 20 conatur *Nm1* 22 nec *Vv* quae *Nm1*μς 29 reuerterentur *L*

non sunt pro nobis sunt, ubi autem nobiscum non colligunt spargunt.

VII. 9. Iam enim, ne uidear humanis argumentis id agere, quoniam quaestionis huius obscuritas prioribus ecclesiae temporibus ante schisma Donati magnos uiros et magna caritate praeditos patres episcopos ita inter se conpulit salua pace disceptare adque fluctuare, ut diu conciliorum in suis quibusque regionibus diuersa statuta nutauerint, donec plenario totius orbis concilio quod saluberrime sentiebatur etiam remotis dubitationibus firmaretur, ex euangelio profero certa documenta, quibus domino adiuuante demonstro quam recte placuerit et uere secundum deum, ut hoc in quoquam schismatico uel haeretico ecclesiastica medicina curaret in quo uulnere separabatur, illud autem quod sanum maneret agnitum potius adprobaretur quam inprobatum uulneraretur. certe dominus in euangelio dicit: qui non est mecum aduersum me est, et qui mecum non colligit spargit. tamen cum ad eum discipuli rettulissent uidisse se quendam in eius nomine pellentem daemonia et prohibuisse, quia cum illis eum non sequebatur, nolite, inquit, prohibere. qui contra uos non est pro uobis est. non potest enim quisquam in meo nomine facere aliquid et male loqui de me. si nihil in illo corrigendum erat, securus sit ergo quisquis extra communionem ecclesiae constitutus colligit in Christi nomine dissociatus a societate christiana; adque ita falsum erit illud: qui non est mecum aduersus me est, et qui mecum non colligit spargit. si autem, quod discipuli domini per ignorantiam facere uoluerunt, id in eo corrigendum

1 cf. Matth. 12, 30 15 uerba *dominus in euangelio*—p. 170, 13 *non diuisit* = Eug. capp. 197—208 16 Matth. 12, 30 20 Marc. 9, 38—39

3 id *om. N* 7 flectuare *Nm1* 8 notauerint *L* 13 in] et in *J* 14 sonum *Nm1* 16 aduersus *N* 18 retullissent *Nm1* retulissent *LNm2βv* 19 doemonia *L* eum *om. Lm1* 23 illum *N* ergo sit *Vv* 24 christo *Vm1μς* 25 christiana societate *v* 26 aduersum *βGv* 27 non colligit mecum *Gv* 28 fa**cere *L*

est quod dominus dixit: nolite prohibere, cur hoc ipse prohiberi prohibuit? et quomodo erit uerum quod ibi ait: qui contra uos non est pro uobis est? in hoc enim facto non contra eos sed pro eis erat, ubi per nomen Christi sanitates operabatur. ut ergo utraque sententia uera sit, sicuti uera est, et illa ubi ait: qui non est mecum aduersus me est, et qui mecum non colligit spargit et illa ubi ait: nolite prohibere. qui enim contra uos non est pro uobis est, quid restat intellegendum, nisi quia ille in tanti nominis ueneratione confirmandus fuit ubi non erat contra ecclesiam sed pro ecclesia, et in illa tamen separatione culpandus ubi si colligeret spargeret, ut si forte ueniret ad ecclesiam non illud quod habebat ibi acciperet, sed in quo aberrauerat emendaret?

VIII. 10. Neque enim et Corneli gentilis hominis orationes non sunt exauditae aut elemosynae non sunt acceptae; immo et angelum ad se mitti et missum meruit intueri, per quem posset utique sine hominis alicuius accessu cuncta necessaria discere. sed quoniam quidquid boni in orationibus et elemosynis habebat prodesse illi non poterat, nisi per uinculum christianae societatis et pacis incorporaretur ecclesiae, iubetur mittere ad Petrum et per illum discit Christum, per illum etiam baptizatus christiano populo consortio quoque communionis adiungitur, cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. perniciose quippe contemneret bonum quod nondum habebat, superbiens ex illo quod habebat. sic etiam qui se ipsos a societate ceterorum separantes caritate uiolata unitatis uinculum rumpunt, si nihil faciunt eorum quae in illa societate acceperunt, in omnibus

15 cf. Act. cap. 10

1 dixit dominus *v* cur—prohibuit *om. J* 2 prohibere *Nm1G* uerbum *L* 4 sanitas *L* 5 operabantur *Eug.* 6 aduersum β*v Eug. cod. V* 11 in *om. MNv* 12 ubi si non *Jm2* ut] et *N*β*v Eug.* 15 cornelii *codd. praeter Km1* 16 elemosinae non sunt *s. l. m2 N* 17 angelum *ex* euangelium *N* intuere *Lm1* 18 possit *N* 20 poterant *Lm1* 21 ecclesia *Eug. codd. VM* 22 dicit *Nm1* 26 etiam] enim *Nm1* a *om. M*μς

separati sunt, et ideo quem sibi sociauerint, si uenire ad ecclesiam uoluerit, debet omnia quae non accepit accipere. si uero nonnulla eadem faciunt, non se in eis separauerunt et ex ea parte in texturae conpage detinentur, in cetera scissi sunt. proinde si quem sibi sociauerint, ex ea parte nectitur ecclesiae in qua nec illi separati sunt, et ideo si uenire ad ecclesiam uoluerit, in eo sanatur ubi laniatus errabat, ubi uero sanus conectebatur non curatur sed agnoscitur, ne cum sana curare uolumus potius uulneremus. itaque illi quos baptizant sanant a uulnere idololatriae uel infidelitatis, sed grauius feriunt uulnere schismatis. idololatras enim in populo dei gladius interemit, schismaticos autem terrae hiatus absorbuit. et apostolus si habeam, inquit, omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum.

11. Si quis adducatur ad medicum in aliqua necessaria parte corporis graui uulnere sauciatus, si dixerit medicus: 'moritur inde nisi curetur', non opinor illi qui eum adduxerunt ita desipiunt, ut consideratis adque numeratis ceteris membris eius sanis respondeant medico et dicant: 'ergone ista sana tot membra non ualent ad eius uitam, et unum illud uulneratum ualet ad mortem?' non utique hoc dicunt, sed curandum offerunt. nec ideo tamen quia curandum offerunt medicum rogant, ut etiam illa quae sana sunt curet, sed illi uni loco medicinam instanter adhibeat, unde mors etiam saluis ceteris inminet et nisi sanetur adueniet. quid ergo prodest homini uel sana fides uel sanum fortasse solum fidei sacramentum, ubi letali uulnere schismatis perempta est sanitas caritatis, per cuius solius

11 cf. Ex. 32 12 cf. Num. 16 13 I Cor. 13, 2

2 accipit *L* 5 ex] et ex *L* 7 sanus] sanatus *L* 9 illos *Eug. cod. V* sanant *om. N* 10 a *om. M*μς idolatriae *LMNm1*μς *Eug.* 11 schismates *Nm1* idolatras *LMN*μς *Eug.* 12 interimit *L* 13 inquit *om. Nm1* omnem, inquit *Vv* 14 autem] uero *v* 17 curaretur β *pr.* opinor ut *Eug.* 18 desipiant *Nm2 Eug.* 19 dicat *Nm1* 20 illud unum *v* 23 uno *N*μ*m1* 24 instanter] ministranter *N* athibeat *K* sanis *v* 26 loetali *ex* laetali *J* loetalis *M* 27 peremta *JK*ς

peremptionem etiam illa integra trahuntur ad mortem? quod ne fiat, non cessat misericordia dei per unitatem sanctae ecclesiae, ut ueniant et curentur per medicamentum reconciliationis, per uinculum pacis. nec ideo se putent sanos esse, quia dicimus eos habere aliquid sanum, nec rursus ideo putent curandum esse quod sanum est, quia ostendimus aliquid uulneratum. itaque in sacramenti sanitate, quia contra nos non sunt, pro nobis sunt, in schismatis autem uulnere quidquid cum Christo non colligunt spargunt. non extollantur ex his quae habent. quid tantum per ea quae sana sunt superbos oculos ducunt? et uulnus suum dignentur humiliter intueri nec solum quid adsit, sed etiam quid desit adtendant.

VIIII. 12. Uideant quam multa et quam magna nihil prosint, si unum quiddam defuerit, et uideant quid sit ipsum unum, nec me in hoc audiant, sed apostolum: si linguis hominum, inquit, loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum aeramentum sonans et cymbalum tinniens. et si habuero prophetiam et sciero omnia sacramenta et omnem scientiam et si habuero omnem fidem ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. quid ergo eis prodest, si et linguam in sacris mysteriis habeant angelicam et prophetiam quemadmodum Caiphas et Saul, ut aliquando prophetent, quos fuisse damnabiles sancta scriptura testatur, si sacramenta non tantum sciant sed et habeant, sicut habuit Simon magus, si fidem, sicut daemonia confessa sunt Christum — neque enim non credebant cum dicerent: quid nobis et tibi est, fili

15 I Cor. 13, 1—2 23 cf. Ioh. 11, 51 cf. I Reg. 10, 10. 18, 10 25 cf. Act. 8, 13 27 Marc. 1, 24

1 peremtionem *JK*ς 3 ecclesiae suae *N*β*v Eug. codd. praeter A* 4 putant *Lm1* 5 putent ideo *v* 6 uulneratum esse *Lm1* 7 san*itate *N* 8 quidquid] quia *v* 10 quid] qui in *Lm2* 11 dicunt *Nm1* 15 apostolus *Lm1* inquit, hominum *Vv* 16 inquit *s. l. L* inquid *Nm1* 17 et] aut β*Gv* 20 montem *N* 23 quemammodum *MNm1* cai**fas *N* caifas *M*μς 25 magos *Nm1*ς*m1* 26 demonia quae *Lm2* 27 est *om. L*μ*m1, cf. Cresc. I 29, 34*

dei? scimus qui sis —, si dispertiant etiam ipsi substantiam suam pauperibus, sicut multi non solum in catholica sed in diuersis haeresibus faciunt, si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammas nobiscum corpus suum pro fide quam pariter confitentur? tamen quia separati haec agunt non suffe- rentes inuicem in dilectione neque studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, caritatem utique non habendo, etiam cum illis omnibus quae nihil eis prosunt ad aeternam salutem peruenire non possunt.

X. 13. Sed uidentur sibi argutissime quaerere, utrum generet filios baptismus Christi in parte Donati an non generet, ut si concesserimus quod generet suam esse adseuerent ecclesiam matrem quae filios potuit de Christi baptismate generare, et quia unam oportet esse ecclesiam, ex hoc iam nostram non esse ecclesiam criminentur. si autem dixerimus 'non generat', 'cur ergo', inquiunt, 'aput uos non renascuntur per baptismum qui transeunt a nobis ad uos, cum aput nos fuerint baptizati, si nondum nati sunt?'

14. Quasi uero ex hoc generat unde separata est et non ex hoc unde coniuncta est. separata est enim a uinculo caritatis et pacis, sed iuncta est in uno baptismate. itaque una est ecclesia quae sola catholica nominatur, et quidquid suum habet in communionibus diuersorum a sua unitate separatis, per hoc quod suum in eis habet ipsa utique generat, non illae. neque enim separatio earum generat sed quod secum de ista tenuerunt; quodsi et hoc dimittant, omnino non generant. haec itaque in omnibus generat cuius sacramenta retinentur, unde possit tale aliquid ubicumque generari, quamuis non omnes quos generat ad eius pertineant unitatem, quae usque in finem perseuerantes saluabit. neque enim hi solum ad eam non pertinent qui sepa- rationis aperto sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi qui in

1. 4 cf. I Cor. 13, 3 5 cf. Eph. 4, 2—3

1 ipsi etiam *v* 2 catholica* *K* 12 consenserimus β*v* *Eug.* 16 inquiunt] aiunt *v* 19 generet *Mm2v* 21 est una *v* 23 sua unitate] suauitate *Jm1* 24 illa (a *in ras.*) *J* 30 saluauit β *pr.* soli *MVv*

eius unitate corporaliter mixti per uitam pessimam separantur. etenim Simonem magum per baptisma ipsa pepererat, cui tamen dictum est quod non haberet partem in hereditate Christi. numquid ei baptismus, numquid euangelium, numquid sacramenta defuerunt? sed quia ei caritas defuit, frustra natus est et ei expediebat fortasse non nasci. numquid non erant nati quibus apostolus dicit: tamquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam? eos tamen a sacrilegio schismatis reuocat, in quod ideo inruebant, quia carnales erant: quasi paruulis, inquit, in Christo lac uobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis. sed nec adhuc quidem potestis; adhuc enim estis carnales. cum enim sint inter uos aemulatio et contentio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? cum enim quis dicat: ego quidem sum Pauli, alius autem: ego Apollo, nonne homines estis? de his enim supra dicit: obsecro autem uos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes et non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. nuntiatum est enim mihi de uobis, fratres mei, ab his qui sunt Cloes, quia contentiones sunt in uobis. hoc autem dico, quia unusquisque uestrum dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephae, ego autem Christi. diuisus est Christus? numquid Paulus pro uobis crucifixus est aut in nomine Pauli baptizati estis? isti ergo si in hac obstinatione et peruersitate remanerent, certe quidem

3 cf. Act. 8, 21 7 I Cor. 3, 1—2 10 I Cor. 3, 1—4 17 I Cor. 1, 10—13

2 ipse β*pr.* peperat *Km1* 3 hereditatem *Nm1* 5 quia ei] quia β cui *v* 6 non nasci fortasse *Lm1* 8 tamen] autem *N* a *om.* β*pr.* 9 quod] quo *Nm2* 12 carnales enim estis adhuc *v* carnales estis *L* 17 enim** *L* super *Nm1* 20 autem] enim *J* 22 Chloes *v* 23 quia] quod *Lm1N* 25 uero *om. v* 26 crucifixus est pro uobis β*v*

nati erant, nec tamen ad ipsam ecclesiam de qua nati erant per pacis adque unitatis uinculum pertinerent. ergo ipsa generat et per uterum suum et per uteros ancillarum ex eisdem sacramentis tamquam ex uiri sui semine. non enim frustra dicit apostolus omnia illa in figura esse gesta. sed qui superbiunt et legitimae matri non adiunguntur, similes sunt Ismaheli de quo dictum est: eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. qui autem pacifice diligunt legitimam patris sui coniugem, cuius legitimo iure generati sunt, similes sunt filiis Iacob quamuis de ancillis natis et tamen eandem hereditatem sumentibus. qui autem de utero ipsius matris intus in unitate nati neglegunt gratiam quam acceperunt, similes sunt Esau filio Isaac, qui reprobatus est deo adtestante et dicente: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum ambo ex uno concubitu concepti, ex uno utero nati sint.

XI. 15. Quaerunt etiam utrum peccata dimittantur per baptismum in parte Donati, ut si dixerimus dimitti respondeant: 'ergo est illic spiritus sanctus, quia cum insufflante domino datus esset discipulis, tunc secutus est et ait: baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. si cui dimiseritis peccata dimittentur ei, si cui tenueritis tenebuntur. et si ita est', inquiunt, 'communio nostra est ecclesia Christi; non enim praeter ecclesiam dimissionem peccatorum spiritus sanctus operatur. et si nostra communio est ecclesia Christi, non est ecclesia Christi uestra communio. una est enim, quaecumque illa sit de qua dictum est: una est columba mea, una est matri suae, nec

5 cf. I Cor. 10, 11 7 Gen. 21, 10 11 cf. Gen. 30, 3 14 Mal. 1, 2—3. cf. Gen. 25, 24 20 Matth. 28, 19 22 Ioh. 20, 23 28 Cant. 6, 8

5 apostulus *Nm1* gesta esse *J* 8 isa*ac *N* 10 regenerati *Eug.* 11 natis sed *Mv* nati sed *Vm1*μς 12 neclegunt ς 13 filio esau filio *Km1* 16 utero] uiro *N* 19 insuflante *JK* 21 fili *Km1 Eug. cod. A* 22 dimittuntur *G Eug. cod. A* 28 matris *LNm1*

possunt ecclesiae tot esse quot schismata'. si autem dixerimus non ibi dimitti peccata, 'ergo', inquiunt, 'non est illic uerus baptismus, et propterea quos a nobis suscipitis uos baptizare debetis. quod quia non facitis, in ecclesia Christi uos non esse fatemini.'

16. His ita resistimus secundum scripturas eos interrogantes, ut quod a nobis quaerunt sibi ipsi respondeant. quaero enim ut dicant, utrum dimittantur peccata ubi caritas non est. peccata enim tenebrae animarum sunt. audimus quippe Iohannem dicentem: qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc. nulli autem schismata facerent, si fraterno odio non excaecarentur. si ergo dicimus non ibi dimitti peccata, quomodo renascitur qui aput eos baptizatur? quid est enim renasci per baptismum nisi a uetustate renouari? quomodo autem renouatur a uetustate cui peccata praeterita non dimittuntur? quodsi renatus non est, nec Christum induit, ex quo conficitur ut denuo baptizandus uideatur, quia dicit apostolus: quotquot enim in Christo baptizati estis Christum induistis; quem ille si non induit, nec in Christo baptizatus habendus est. porro quia in Christo dicimus baptizatum, fatemur eum Christum induisse, et si hoc fatemur, regeneratum fatemur. quod si ita est, et peccata dimissa sunt. quomodo ergo dicit Iohannes: qui odit fratrem suum, in tenebris manet usque adhuc, si iam facta est remissio peccatorum? an non est in schismate odium fraternum? quis hoc dixerit, cum et origo et pertinacia schismatis nulla sit alia nisi odium fratris?

17. Hanc illi quaestionem soluere sibi uidentur, cum dicunt: 'non est ergo in schismate remissio peccatorum et ideo nec

10. 23 I Ioh. 2, 11 18 Gal. 3, 27

1 quod *Jm1KNm1ς* 9 audiuimus *LN* 11 null*a *J* nulla *Km2L* autem *om. L* schismate *Nm1* 16 renouatus *Vm2* 18 quotquod *Jm1Vm1* quodquod *N* 19 induit] duit *Lm1* baptizandus β *pr.* 26 pertinantia *Lm1*

regeneratio noui hominis et propterea nec baptismum Christi.' nos autem quia fatemur ibi esse baptismum Christi, hanc eis quaestionem soluendam proponimus, magus ille Simon utrum uero Christi baptismate tinctus sit. respondebunt 'ita', quia sanctae scripturae auctoritate coguntur. quaero ergo utrum fateantur ei dimissa peccata. profecto fatebuntur. item quaero cur ei dixerit Petrus non eum habere partem in sorte sanctorum. 'quia,' inquiunt, 'postea peccauit pecunia uolens emere donum dei, cuius uenditores esse apostolos credidit.'

XII. 18. Quid, si ad ipsum baptismum fictus accessit, dimissa sunt ei peccata an non sunt dimissa? eligant quod uolunt; utrumlibet elegerint, sufficit nobis. si dimissa dixerint, quomodo ergo sanctus spiritus disciplinae effugiet fictum, si in isto ficto remissionem operatus est peccatorum? si dixerint non esse dimissa, quaero, si postea fictionem suam corde concusso et uero dolore fateretur, denuo baptizandus iudicaretur? quod si dementissimum est dicere, fateantur uero baptismo Christi baptizari posse hominem et tamen cor eius in malitia uel sacrilegio perseuerans peccatorum abolitionem non sinere fieri, adque ita intellegant in communionibus ab ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eadem sacramenti celebratione datur et sumitur, qui tamen tunc prosit ad remissionem peccatorum, cum quisque reconciliatus unitati sacrilegio dissensionis exuitur, quo eius peccata tenebantur et dimitti non sinebantur. sicut enim in illo qui fictus accesserat fit ut non denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione et ueraci confessione purgetur, quod non posset sine baptismo, sed ut

7 cf. Act. 8, 21 13 Sap. 1, 5

1 generatio *Nm1* baptismum—2 esse *om. J* baptismus *Vv* 2 christi baptismum esse *Lm1* christi *om. Nm1* 3 magnus *Nm1Vm1*μς 4 auctoritate sanctae scripturae *Lm1* 6 di*missa *N* 7 sortem *N* 9 esse *om. Eug.* 10 si] nisi *Jm1* finctus *JKLm1NG* 11 di*missa *N* 12 sufficiat *M*μς *Eug.* 13 spiritus sanctus β*v* *Eug. codd. AP* sp. sanctae *Eug. cod. V* in *om. L* 14 missionem *Nm1* 16 *s.* baptizandus *del.* iudicandus *L* 19 sacrilegium *Nm1* perseuerante *N* 23 quisque] quis *v* 26 uera β 27 possit *Lm1* potest ς sed *om. v*

quod ante datum est tunc ualere incipiat ad salutem, cum illa fictio ueraci confessione recesserit, sic etiam iste qui baptisma Christi, quod non amiserunt qui se separauerunt, inimicus caritatis et pacis Christi in aliqua haeresi aut schismate accepit, quo sacrilego scelere peccata eius non dimittebantur, cum se correxerit et ad ecclesiae societatem unitatemque uenerit, non iterum baptizandus est, quia ipsa reconciliatione ac pace praestatur, ut ad remissionem peccatorum eius in unitate iam prodesse incipiat sacramentum, quod acceptum in schismate prodesse non poterat.

19. Si autem dixerint in illo qui fictus accessit per sanctam uim tanti sacramenti dimissa quidem illi esse peccata in ipso temporis puncto, sed per fictionem ipsius redisse continuo, ut spiritus sanctus et adfuerit baptizato ut peccata recederent et perseuerantiam fictionis fugerit ut redirent, ut et illud uerum sit: quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis et illud: sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum, id est ut et induat eum Christo sanctitas baptismi et exuat eum Christo pernicies fictionis, sicut fit, cum quisque a tenebris per lucem transit ad tenebras — oculi quidem eius in tenebras perpetuo diriguntur, sed non potest eum lux nisi perfundere transeuntem —, si hoc ergo dixerint, hoc etiam in eis intellegant fieri qui extra ecclesiae communionem sed tamen baptismate ecclesiae baptizantur. quod ubicumque fuerit sanctum est per se ipsum et ideo non est eorum qui se separant sed eius unde se separant, ualet tamen et aput eos hactenus, ut per eius lucem transeant ad dissensionis suae tenebras, continuo redeuntibus peccatis quae baptis-

16 Gal. 3, 27 17 Sap. 1, 5

4 inimicos *L* **heresi *N* 5 quod β *pr.* sacrilegio *L* 6 et *om. L* 7 ipsa] *add.* ei *v* 8 eis *N* 11 dixerit *Lm1* 12 peccata esse *Lm1* 13 perfectionem *JNm1* ipsius] eius *Mv* 14 pecca *L* 15 finctionis *JKLm1G* 16 quotquod *Jm1NVm1* 17 spiritus enim sanctus *v* 19 et] ut *J* 22 eum *om.* β *pr. v* si] Qui *Mμς* 23 intellegat *L* 26 *pr.* se *om. Km1* 27 et *om.* β *Eug.* actenus *codd. praeter JKm2*

matis sanctitas in illo temporis puncto dimiserat, tamquam redeunte obscuritate quam lux in transitu excusserat.

20. Nam redire dimissa peccata, ubi fraterna caritas non est, apertissime dominus in euangelio docet de illo seruo, quem cum inuenisset debitorem decem milium talentorum deprecanti omnia dimisit, ille autem conseruum suum qui ei debebat centum denarios cum miseratus non fuisset, iussit eum dominus reddere quae ei dimiserat. tempus ergo quo accipitur indulgentia per baptismum tamquam tempus est reddendae rationis, ut omnia debita quae inuenta fuerint dimittantur. non tamen ille seruus postea dedit conseruo suo mutuam pecuniam, quam cum ille non posset reddere non eius misertus est, sed iam ei debebat conseruus eius, cum ipse rationem domino suo reddens tanti numeri debito solueretur, nec dimiserat conseruo suo quod ei debebat et sic accesserat, ut ei dominus dimitteret. hoc indicant uerba conserui dicentis: patientiam habe in me et reddam tibi. alioquin diceret: 'iam mihi hoc dimiseras; cur iterum repetis?' hoc et ipsius domini uerba manifestius aperiunt. ait enim: egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios. non dixit: 'cui debitum iam centum denariorum dimiserat'; si enim dimiserat, non ei debebat. quia ergo dixit: debebat ei, manifestum est quod non dimiserat. et melius quidem fuerat adque hoc potius congruebat tanto debitori reddituro rationem et expectanti misericordiam domini sui, ut prior ipse conseruo dimitteret quod ei debebatur et sic ad rationem reddendam, ubi misericordia domini imploranda erat, accederet. nec tamen illud quod nondum conseruo dimiserat impediuit domino eius, quominus in

4 cf. Matth. 18, 23—34 17 Matth. 18, 26 19 Matth. 18, 28

2 redeunde te *Nm1* 4 in euangelio *om. v* 8 ei quae *Km1* 16 dimitteret dominus *Km2Nβv* dicentes *Nm1* 17 et omnia (*s. l.*) reddam *N* 18 et] est *del. J* 19 egressus est *J* 21 iam debitum *v* 22 si enim dimiserat *om. Km1* 26 ipse *om. V* 27 misericordiam *Nm1* 29 seruo *Nm1* dominum *Mv*

illo tempore accipiendae rationis dimitteret ei omnia quae debebat. sed quid profuit, quandoquidem in caput eius propter odiorum perseuerantiam rursus omnia continuo replicata sunt? sic non impeditur baptismi gratia quominus omnia peccata dimittat, etiamsi odium fraternum in eius cui dimittuntur animo perseuerat. soluitur enim hesternus dies et quidquid supra est soluitur, etiam ipsa hora momentumque ante baptismum et in baptismo. deinceps autem continuo reus esse incipit non solum consequentium sed etiam praeteritorum dierum horarum momentorum, redeuntibus omnibus quae dimissa sunt. et saepe ista contingunt in ecclesia.

XIII. 21. Nam plerumque fit ut homo habeat inimicum quem iniquissime oderit, quamquam etiam iniquos inimicos diligere iubeamur et orare pro eis. subito autem periculo mortis incipit perturbari et poscit baptismum, quem tanta festinatione accipit, ut necessariam interrogationem paucorum uerborum uix periculi tempus admittat, quanto minus sermonem longissimum, ut illud odium corde pellatur, etiamsi baptizanti sit cognitum. certe ista non solum aput nos sed etiam aput illos euenire non cessant. quid ergo dicimus? dimittuntur peccata huic homini an non dimittuntur? prorsus quod uolunt eligant. si enim dimittuntur, continuo redeunt; euangelium loquitur, ueritas clamat. siue ergo dimittantur siue non dimittantur, necessaria est postea medicina. nec tamen si uixerit adque id corrigendum esse didicerit adque correxerit, denuo baptizatur siue aput illos siue aput nos. sic et illa, quae schismatici uel haeretici non aliter habent nec aliter agunt quam uera ecclesia, cum ad nos ueniunt non emendamus, sed potius

13 cf. Luc. 6, 27

1 quae] quia *L* 2 capud *Lm1ς* 6 aesternus *N* 8 reus esse continuo *v* 10 momentarum *J* demissa *J* 11 haec saepe *v* ista *om.* β*pr.* contingunt ista *N* 13 quemquam *Nm1* iniquos] inicos *V* (*del. m2*), *om. Eug.* 17 amittat *Nm1* 18 etiam ipsi si *v* baptizant *Nm1* 20 euenere *Nm1* 26 siue apud nos siue apud illos *L* 27 hae | tici *N*

adprobamus. in quibus enim non dissentiunt a nobis, in eis non disiunguntur a nobis. sed tamen quia nihil eis prosunt, quamdiu schismatici uel haeretici sunt, propter alia in quibus a ueritate dissentiunt et propter ipsum separationis inmanissimum scelus, siue permanserint in eis peccata siue continuo dimissa redierint, ut ad salutem pacis adque caritatis ueniant adhortamur, non solum ut aliquid habeant quod non habebant, sed ut eis etiam illud prodesse incipiat quod habebant.

XIIII. 22. Frustra ergo nobis dicunt: 'si baptismum nostrum acceptatis, quid minus habemus, ut nobis de uestra communione consulendum putetis?' respondemus enim: non baptismum uestrum acceptamus, quia non est baptismus ille schismaticorum uel haereticorum sed dei et ecclesiae, ubicumque fuerit inuentum et quocumque translatum. uestrum autem non est nisi quod praue sentitis et sacrilege agitis et impie separamini. nam si cetera omnia uera uel habeatis uel sentiatis et in eadem tamen separatione duretis aduersus uinculum fraternae pacis, aduersus unitatem omnium fratrum qui toto terrarum orbe sicut promissi sunt ita exhibiti, quorum omnium causas et corda nullo modo umquam nosse ac discutere potuistis ut merito damnaretis, qui non possunt propterea rei esse, quia iudicibus ecclesiasticis potius quam litigatoribus crediderunt, hoc solum minus habetis, quod minus habet qui caritatem non habet. iam quid opus est ut nos retexamus? uos ipsi in apostolo inspicite, quantum sit quod minus habetis. quid autem interest, qui caritatem non habet utrum foras auolet aliquo uento temptationis ablatus an intus de messe dominica non

23 cf. I Cor. 13, 2

3 quam | chismatici *Nm1* 6 salutem] sanitatem *v* 7 adortamur *N* 8 sed—habebant *mg. K* illud *om. J* incipiunt quod non habebant *Nm1* 10 ut] quod *Eug. codd. VM* 13 inuentus *et* translatus *v, cf. index* 'baptisma' 16 etera *L* uera *s. l. L* uel sentiatis uel habeatis *v* 17 pacis fraternae *Eug. codd. VM* 18 quo *Lm1* orbe terrarum *Mv* 19 ita] *add.* et *Lm2* 20 ac] aut *βv* 22 eccleasticis *L* 23 qui] quia *Lm1* 27 uentu *L* temtationis *K* ablatus *Jm1* oblatus *Km1*

recedat in ultima uentilatione separandus? et tamen etiam tales si iam semel per baptismum nati sunt, iterum eos nasci non oportet.

XV. 23. Ecclesia quippe omnes per baptismum parit siue aput se id est ex utero suo, siue extra se de semine uiri sui. sed et Esau de uxore natus propter fraternam discordiam separatus est a populo dei, et Aser per uxoris quidem potestatem, sed ex ancilla natus propter fraternam concordiam terram promissionis accepit. unde et Ismaheli ut separaretur a populo dei non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna discordia et non profuit potestas uxoris cuius magis filius erat, quia per ipsius iura coniugalia et in ancilla seminatus erat et ex ancilla susceptus, sicut aput istos ecclesiae iure quod est in baptismo nascuntur quicumque nascuntur, sed si concordent cum fratribus, per unitatem pacis ad terram uenient promissionis, non de materno utero rursus eiciendi sed in paterno semine cognoscendi, si autem in discordia perseuerent, ad Ismahelis funiculum pertinebunt. prior autem fuit Ismahel et postea Isaac, et prior Esau, posterior autem Iacob, non quia prior peperit haeresis quam ecclesia aut ipsa ecclesia prius carnales uel animales et postea spiritales, sed quia in ipsa sorte mortalitatis nostrae ex quo de Adam nascimur non est prius quod spiritale sed quod animale, postea spiritale. ex ipso autem animali sensu, quia homo animalis non percipit quae sunt spiritus dei, omnes dissensiones et schismata generantur. in quo sensu perseuerantes apostolus dicit ad uetus testamentum pertinere id est ad terrenorum promissorum cupi-

6 cf. Gen. 25, 23 7 cf. Gen. 30, 13 9 cf. Gen. 16, 11. 17, 20 22 I Cor. 15, 46 24 I Cor. 2, 14 26 cf. Gal. 4, 24

5 semini *Nm1* *post* sui *add. v:* siue de se siue de ancilla 9 repromissionis *J et* (*ex* promissionem) *N* hismaheli *V* separetur *Nm1* 12 in *s. l. J, om. Eug. cod. V* 14 concordant β 15 ueniunt β*v Eug.* promissionibus *Jm1* repro *Nm1* (missionis *add. m2 in mg.*) 16 agnoscendi *v* 17 in *om.* β*pr.* hismahelis *Vς* 18 pertinebant *L* hismahel *Vς* et *om. v* 19 autem *om. Nm1* quia *s. l. L* 20 ecclesia ipsa *v*

ditatem, in quibus quidem spiritalia figurantur, sed animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei.

24. Quocumque ergo tempore tales homines esse coeperint in hac uita, ut iam diuinis pro saeculorum distributione sacramentis inbuti adhuc tamen carnaliter sapiant et carnalia de deo siue in hac uita siue post hanc uitam sperent adque desiderent, animales sunt. ecclesia uero quod est populus dei etiam in istius uitae peregrinatione antiqua res est, in aliis hominibus habens animalem portionem, in aliis autem spiritalem. ad animales pertinet uetus testamentum, ad spiritales nouum. sed primis temporibus utrumque occultum fuit ab Adam usque ad Moysen. a Moyse autem manifestatum est uetus et in eo ipso occultabatur nouum, quia occulte significabatur. postea uero quam in carne dominus uenit reuelatum est nouum. ueteris autem sacramenta cessarunt, sed concupiscentiae tales non cessauerunt. in illis enim sunt quos apostolus iam per sacramentum noui testamenti natos adhuc tamen dicit animales non posse percipere quae sunt spiritus dei. sicut enim in sacramentis ueteris testamenti uiuebant quidam spiritales ad nouum scilicet testamentum quod tunc occultabatur occulte pertinentes, sic et nunc in sacramento noui testamenti quod iam reuelatum est plerique uiuunt animales. qui proficere si nolunt ad percipienda quae sunt spiritus dei, quo eos hortatur sermo apostolicus, ad uetus testamentum pertinebunt. si autem proficiunt, et antequam capiant ipso profectu et accessu ad nouum pertinent. et si priusquam spiritales fiant ex hac uita rapiuntur, custoditi per sacramenti sanctitatem in terra uiuentium conputantur, ubi est spes nostra et portio dominus. nec inuenio quid uerius intellegatur in eo quod scriptum est: inperfectum meum uiderunt oculi tui, quandoquidem sequitur: et in libro tuo omnes scribentur.

1 I Cor. 2, 14 14 cf. I Ioh. 4, 2 16 cf. I Cor. 2, 14 27 cf. Ps. 141, 6 29 Ps. 138, 16

4 ut *om.* β sacramenti *J* 12 manifestum *Lm1MNVm1* 15 concupiscentia β*pr.* 16 apostulus *N* 17 natus *NVm1ς*, *om. J* 19 uidebant *Vm1μm1ς* 22 uolunt *M* 24 profecto *N* 25 si *om. N* 26 hanc *Lm1* rapiantur *v* 27 spes est *Lm1* 28 intellegas *Nm1*

XVI. 25. Quae autem peperit Abel et Enoch et Noe et Abraham, ipsa peperit et Moysen et prophetas tempore posteriores ante domini aduentum, et quae istos, ipsa et apostolos et martyres nostros et omnes bonos christianos. omnes enim diuersis quidem temporibus nati apparuerunt, sed societate unius populi continentur et eiusdem ciuitatis ciues labores huius peregrinationis experti sunt et quidam eorum nunc experiuntur et usque in finem ceteri experientur. item quae peperit Cain et Cham et Ismahelem et Esau, eadem ipsa peperit et Dathan et alios in eodem populo similes, et quae istos, eadem ipsa et Iudam pseudoapostolum et Simonem magum et ceteros usque ad haec tempora pseudochristianos in affectione animali pertinaciter obduratos, siue in unitate permixti sint siue aperta praecisione dissentiant. sed cum tales ab spiritalibus euangelizantur et sacramentis inbuuntur, tamquam per se ipsam Rebecca eos parit sicut Esau; cum autem per illos qui non caste adnuntiant euangelium tales in dei populo generantur, Sarra quidem sed per Agar. item boni spiritales quando euangelizantibus uel baptizantibus carnalibus generantur, Lia quidem uel Rachel iure coniugali eos sed per ancillarem uterum parit; cum uero per spiritales in euangelio generantur boni fideles, qui uel euadunt in spiritalis aetatis adfectum uel eo tendere non desistunt uel ideo non faciunt quia non possunt, sicut ex utero Sarrae Isaac uel Rebeccae Iacob in nouam uitam et nouum testamentum nascuntur.

XVII. 26. Itaque siue intus uersari uideantur siue aperte foris sint, quod caro est caro est; siue in area in sua sterili-

17 cf. Phil. 1, 17

2 *pr.* et *om.* βv 3 aduentum domini *v* ipsa (a *in ras.*) *J* 4 nostros et ad *Mm1*μς 5 diuersos *Lm1* quidam *V*μς 8 experiantur *Mm1*μς experiuntur *Vm2* 9 hismahelem *V*ς 11 speudoapostolum *L* 12 speudochristianos *L* psaudochristianos *Nm1* 13 obdoratos *Nm1* 14 a *v* 18 sara *Lm2MVv* 20 ancillarum *LNv Eug.* 22 fidelis *Nm1* spiritales *Nm1* 24 sarae *LMv* iacop *Lm1* 26 aperto β 27 sunt *Nm1* area (rea *in ras. m2*) *L* in *alt. om.* β stereli-tate *Lm1N*

tate perseueret siue occasione temptationis tamquam uento extra tollatur, quod palea est palea est, et semper ab illius ecclesiae quae sine macula et ruga est unitate diuisus est etiam qui congregationi sanctorum in carnali obduratione miscetur. de nullo tamen desperandum est siue qui intus talis apparet siue qui foras manifestius aduersatur. spiritales autem siue ad hoc ipsum pio studio proficientes non eunt foras, quia et cum aliqua uel peruersitate uel necessitate hominum uidentur expelli, ibi magis probant quam intus permaneant, cum aduersus ecclesiam nullatenus eriguntur, sed in solida unitatis petra fortissimo caritatis robore radicantur. ad hoc enim pertinet quod in illo Abrahae sacrificio dicitur: aues autem non diuisit.

XVIII. 27. De baptismi ergo quaestione iam quantum arbitror satis disserui. et quia hoc manifestissimum schisma est quod Donatistarum nomine nuncupatur, restat ut hoc de baptismo pie credamus quod uniuersa ecclesia a sacrilegio schismatis remota custodit. in qua tamen si aliud alii et aliud alii adhuc de ista quaestione salua pace sentirent, donec uniuersali concilio unum aliquid eliquatum sincerumque placuisset, humanae infirmitatis errorem cooperiret caritas unitatis, sicut scriptum est: quia caritas cooperit multitudinem peccatorum. qua enim absente cetera inaniter habentur, eadem praesente quaedam uenialiter non habentur.

28. Extant beati martyris Cypriani in eius litteris magna documenta, ut ad illum iam ueniam de cuius sibi auctoritate isti carnaliter blandiuntur, cum eius caritate spiritaliter perimantur.

3 cf. Eph. 5, 27 12 Gen. 15, 10 22 I Petr. 4, 8 25] § 28 (omissis uerbis 171, 9 *et non solum*—172, 6 *tinniens*) = Eug. c. 209

1 perseuerent *Vv* 2 tollitur *Jm1* tolluntur *N* tollantur *Vv* 3 ruga est] rugine *Lm1* 4 congregatione *Nm1*β*pr.* 5 tales *Nm1* 6 foris *VGm1v Eug.* 9 probantur quam si *v* 12 habraae *L* 15 manifestissime *Lm1* 16 donastitarum *Nm1* 17 pio *L* sagrilegio *Nm1* 20 deliquatum *M* placuisset**** *N* 21 quooperiret β*pr.* et caritas *J* 22 operit *M*μ 25 magna *om. Eug. codd. praeter P* 26 ista *Nm1*

nam illis temporibus, antequam plenarii concilii sententia quid in hac re sequendum esset totius ecclesiae consensio confirmaret, uisum est ei cum ferme octoginta coepiscopis suis Africanarum ecclesiarum omnem hominem, qui extra ecclesiae catholicae communionem baptizatus fuisset, oportere ad ecclesiam uenientem denuo baptizari. quod non recte fieri tanto uiro nimirum propterea dominus non aperuit, ut eius pia et humilitas et caritas in custodienda salubriter ecclesiae pace patesceret et non solum illius temporis christianis, sed etiam posteris ad medicinalem ut ita dicam notitiam signaretur. cum enim tanti meriti, tantae ecclesiae, tanti pectoris, tanti oris, tantae uirtutis episcopus aliud de baptismo arbitraretur quam erat diligentius inquisita ueritas firmatura, multique eius collegae quamuis nondum liquido manifestatum id tamen tenerent, quod et praeterita ecclesiae consuetudo et postea totus catholicus orbis amplexus est, non se ille tamen a ceteris diuersa sentientibus separata communione disiunxit et hoc etiam ceteris persuadere non destitit, ut sufferrent inuicem in dilectione studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. ita enim corporis manente conpage, si quid in quibusdam membris infirmabatur, ex eorum sanitate conualesceret potius quam praecisione mortificatum diligentiam nullius curationis admitteret. et si se ille separasset, quam multi sequerentur! quantum sibi nomen inter homines faceret! quam latius Cyprianistae quam Donatistae uocarentur! sed non erat filius perditionis, de qualibus dictum est: d e i e c i s t i e o s d u m e x t o l l e r e n t u r, sed erat filius pacis ecclesiae, qui tanta cordis inluminatione

18 cf. Eph. 4, 2—3 25 cf. Ioh. 17, 12. II Thess. 2, 3 26 Ps. 72, 18

2 sequaedum *Lm1* concensio *Lm1* confirmasset *v* 3 octoaginta *Nm1* 4 omnem *om. Eug.* 6 baptizare *Nm1* 13 collegi *Nm1* 14 liquido (o *in ras. m2*) *L* 15 praeteritae β 16 illis β 17 sententes *V* disiuncxit *KL* 18 sufferent *JKm2* sufficerent *Km1L* 20 corpus *Nm1* 22 diligentias *Lm2* 23 multi (i *in ras.*) *L* 26 deiecistis *Vm1*μς

praeditus propterea non uidit aliquid, ut per eum aliud supereminentius uideretur. et adhuc, inquit apostolus, supereminentiorem uiam uobis demonstro. si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum aeramentum sonans aut cymbalum tinniens. minus ergo ille penetrauit, ut cerneret secretum abditum sacramenti; sed si sciret omnia sacramenta, caritatem autem non haberet, nihil esset. cum autem minus illud perspiciens hanc tamen humiliter fideliter fortiter custodiuit, ad martyrii coronam meruit peruenire, ut, si qua in eius lucidam mentem ex humana condicione nebula inrepserat, gloriosa serenitate fulgentis sanguinis fugaretur. non enim frustra ipse dominus Iesus Christus, cum se ipsum diceret uitem, suos autem tamquam in uite sarmenta, praecidi dixit eos et de uite auferri tamquam inutilia sarmenta quae fructum non darent. quis est autem fructus nisi nouus ille fetus de quo item dicit: mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis? ipsa est illa caritas, sine qua cetera nihil prosunt. dicit et apostolus: fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. quae omnia incipiunt a caritate et per ceteram iuncturam quasi botrum mirabilem faciunt. nec tamen frustra idem dominus addidit: quae autem sarmenta in me dant fructum, purgat illa pater meus ut maiorem fructum adferant, nisi quia et ipsi, qui fructu praeualent caritatis, possunt tamen aliquid habere purgandum, quod incultum agricola non relinquit.

2 I Cor. 12, 31. 13, 1 7 cf. I Cor. 13, 2 13 cf. Ioh. 15, 1 sqq. 17 Ioh. 13, 34 19 Gal. 5, 22—23 24 Ioh. 15, 2

2 inquid *Km1N* 3 demonstrabo *Lm1* 7 si *om.* β *pr.* sciret] sciens *v* 8 *pr.* autem *om.* β*v* 9 prospiciens *J* 11 conditione *L*β*v* nebula inrepserat] nebularetur *L* (retur *del. et s. scr. m2* alibi. irrepserat) 14 in *s. l N* eos dixit *v* 16 est *s. l. L*ς foetus *N* 17 ut diligatis inuicem (*om.* uos) *Lm1Nm1* ut uos d. i. *Lm2* ut d. uos i. *Nm2* 22 incipient *Lm1* ceteras iuncturas *Lm2* 24 sermenta *J* 26 qui] quae *Nm1* 27 relinquid *Nm1*

quod ergo ille uir sanctus de baptismo aliter sentiens quam se res habebat, quae postea pertractata et diligentissima consideratione firmata est, in catholica unitate permansit, et caritatis ubertate conpensatum est et passionis falce purgatum.

XVIIII. 29. Sed ne uidear deuitandae probationis causa ista in laudem beatissimi martyris dicere, quae quidem non eius sed illius est cuius gratia talis extitit, iam de litteris eius documenta proferamus, quibus maxime Donatistarum ora claudantur. huius enim auctoritatem inperitis obiciunt, ut se quasi recte facere ostendant quod ad se uenientes fideles denuo baptizent, nimium miseri et nisi se corrigant a semet ipsis omnino damnati, qui hoc in tanto uiro eligunt imitari quod illi propterea non obfuit, quia in eam pacem, unde isti aberrarunt qui uiam pacis non cognouerunt, perseuerantissimis usque in finem gressibus ambulauit. est quidem quod Christi baptisma ubique sanctum est et quamuis aput haereticos uel schismaticos, ipsius tamen haeresis uel schismatis non est, et ideo nec ad ipsam catholicam inde uenientes oportet denuo baptizari. sed tamen hoc aliud est, aliud a catholica pace deuiantes et in nefariam praecisionis foueam praecipitatos rebaptizandos insuper iudicare. nam illum naeuum in candore sanctae animae caritatis ubera contegebant, hanc autem fuliginem in istorum tartarea foeditate uultus inpacatus ostentat. sed ea quae deinceps, quod ad beati Cypriani auctoritatem adtinet, tractaturi sumus, ab alio sumemus exordio.

14 Ps. 13, 3

3 ***firmata *N* 4 conpensandum *Lml*μ*ml* 6 myrtyris *J* 7 existit *N* 8 donastictarum *Nml* 12 damnata β *pr.* 13 ea pace *v* oberrarunt *M* aberrauerunt *v* 14 cognouerun *N* 19 a *om. NVml* 21 neruum *Mml* neuum *cet.* 22 congregabant *N* 23 foeditata *L* inpaccatus *L* 24 quod *om. J* 25 *alio *N* exordio] *add.* amen *JKV*$\mu\varsigma$ CONTuli *add. K m. glossatoris ut uid.* EXPLICIT (EXPLICAT *J*) LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER SECUNDUS (inc. lib. sec. *om. V*) *codd.*

LIBER SECUNDUS.

I. 1. Quantum pro nobis hoc est pro pace catholica faciant ea quae tamquam ex auctoritate beati Cypriani aduersus nos a parte Donati proferuntur, et quantum sint aduersus eos a quibus proferuntur, adiuuante domino demonstrare proposui. si qua ergo me respondendi necessitas ea quae iam in aliis libris posui rursus commemorare coegerit, quamquam id modice faciam, his qui iam illa legerunt et tenent onerosum esse non debet, quia et ea quae instructioni sunt necessaria saepius oportet insinuare tardioribus, et cum eadem multipliciter uarieque uersantur adque tractantur, ipsos quoque capaciore intellegentia praeditos adiuuant et ad facilitatem sciendi et ad copiam disserendi. noui etiam quemadmodum soleat contristare lectorem, cum ab eo libro quem gerit in manibus, quando in aliquem nodum quaestionis inciderit, in alium mittitur ubi eius solutionem requirat, quem forte non habet. quapropter quaecumque in aliis libris iam diximus si necessitas praesentium quaestionum breuiter iterare conpulerit, ignoscant scientes, ne offendantur nescientes. satius est enim offerre habenti quam differre non habentem.

2. Quid ergo isti dicunt cum ueritatis uiribus praefocantur, cui consentire nolunt? 'Cyprianus', inquiunt, 'cuius tantum meritum nouimus tantamque doctrinam, cum multis coepiscopis suis sententias proprias conferentibus in concilio statuit haereticos uel schismaticos, id est omnes qui extra unius ecclesiae communionem sunt, baptismum non habere, et ideo quisquis ab eis baptizatus ad ecclesiam uenerit esse in ecclesia baptizandum.' non me terret auctoritas Cypriani, quia reficit humilitas Cypriani. magnum quidem meritum nouimus Cypriani episcopi et martyris, sed numquid maius quam Petri apostoli et martyris? de quo idem Cyprianus in epistula ad Quintum

11 quoque] quo *L* capaciori *M* 12 adiuuent *Jm1* 13 contristari *L* 15 nudum *Nm1* 19 offerri *Nm1* 20 habenti *M* 22 sentire β *pr.* 28 non me] nonne *L*

ita loquitur: nam nec Petrus, inquit, quem primum dominus elegit et super quem aedificauit ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, uindicauit sibi aliquid insolenter aut arroganter adsumpsit, ut diceret se primatum tenere et obtemperari a nouellis et posteris sibi potius oportere, nec despexit Paulum quod ecclesiae prius persecutor fuisset, sed consilium ueritatis admisit et rationi legitimae quam Paulus uindicabat facile consensit, documentum scilicet nobis et concordiae et patientiae tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quae aliquando a fratribus et collegis nostris utiliter et salubriter suggeruntur, si sint uera et legitima, ipsa potius nostra dicamus. ecce ubi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in scripturis sanctis didicimus, apostolum Petrum, in quo primatus apostolorum tam excellenti gratia praeminet, aliter quam ueritas postulabat de circumcisione agere solitum a posteriore apostolo Paulo esse correctum. si ergo potuit Petrus in aliquo non recte ingredi ad ueritatem euangelii, ita ut gentes cogeret iudaizare, quod Paulus in ea scribit epistula in qua deum testatus est non se mentiri — ait enim: quae autem scribo uobis, ecce coram deo quia non mentior et post hanc tam sanctam adque terribilem adtestationem dei narrauit haec omnia in quibus dixit: cum uidissem, quia non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelii, dixi Petro coram omnibus: si tu cum sis Iudaeus gentiliter et non

1 Cypr. ep. 71, 3 2 cf. Matth. 16, 18 23 Gal. 1, 20 26 Gal. 2, 14

1 inquid *Nm1* 2 eligit *Vm1*μς 5 adsumsit *JK* 7 obportere *Vm1*μς*m1* de*spexit *N* 8 consilio *N* 9 quem β*pr.* 10 sibi uindicabat *Nm1* 15 ipsa] ista *Cypr.* ducamus *Kv Cypr., cf. p. 179, 9* commemoret β*pr.* 16 sanctus *Nm1* 18 praeeminet *MVv* postolabat *N* 20 non recte in aliquo β*v* 21 ut] in *Jm1* 22 scribit in ea *L* deum *s. l. J* 24 hanc *om. N* 26 dixit] ait *Vm1, om.* β*pr.*

iudaice uiuis, quemadmodum gentes cogis iudaizare? — si potuit, inquam, Petrus contra regulam ueritatis quam postea ecclesia tenuit cogere gentes iudaizare, cur non potuit Cyprianus contra regulam ueritatis quam postea tota ecclesia tenuit cogere haereticos uel schismaticos denuo baptizari? puto quod sine ulla sui contumelia Cyprianus episcopus Petro apostolo conparatur, quantum adtinet ad martyrii coronam. ceterum magis uereri debeo ne in Petrum contumeliosus existam. quis enim nescit illum apostolatus principatum cuilibet episcopatui praeferendum? sed etiamsi distat cathedrarum gratia, una est tamen martyrum gloria, et si forte se inuicem in aliquo praecedunt corda confitentium ac pro uera fide in unitate caritatis morientium, dominus nouerit, cuius occulta et mirabili dispensatione gratiarum latro in cruce pendens semel eum confitetur et die ipso in paradisum mittitur, Petrus dominum sequens ter eum negat et a corona differtur; nobis hinc iudicare temerarium est. uerumtamen si quisquam nunc cogat circumcidi aliquem more iudaico et sic baptizari, multo amplius detestatur hoc genus humanum quam si aliquis cogatur rebaptizari. quapropter cum Petrus illud faciens a Paulo posteriore corrigitur et pacis adque unitatis uinculo custoditus ad martyrium promouetur, quanto facilius et fortius, quod per uniuersae ecclesiae statuta firmatum est, uel unius episcopi auctoritati uel unius prouinciae concilio praeferendum est, cum idem ipse Cyprianus ita dixerit quid ei uideretur, ut in pace unitatis esse uoluerit etiam cum eis, qui de hac re diuersa sentirent! quod indicat ipsius primus sermo in eiusdem concilii quod ab istis profertur exordio. nam ita se habet.

14 cf. Luc. 23, 40 sqq. 15 cf. Matth. 26, 69 sqq.

1 quemammodum *M*μ iudaeizare μ, *item lin. 3* 2 ueritatis regulam *Vv* 6 contumilia *Nm1* 9 principatu cuiuslibet *Nm2* 10 episcupatui *Nm1* etsi *v* 12 confidentium *Mm1*μς uero *Nm1* fidei *L* 15 confiteretur *Nm1* paradiso *N*β mittitur (mitti *in ras. 6—7 litt.*) *K* 16 a *om.* β 22 prouehitur *MVm2*ς*m2v* probettur *Vm1* prouetur μς*m1* 24 proferendum *L* 25 quod *M*μ pacis unitate *Vv* 26 diuersa de hac re *M*

II. 3. *Cum in unum Karthaginem conuenissent kalendis Septembribus episcopi plurimi ex prouincia Africa Numidia Mauretania cum presbyteris et diaconis, praesente etiam plebis maxima parte, et lectae essent litterae Iubaiani ad Cyprianum factae, item Cypriani ad Iubaianum rescriptae de haereticis baptizandis quidque postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit, Cyprianus dixit: Audistis, collegae dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit consulens mediocritatem nostram de inlicito et profano haereticorum baptismo quidque ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel adque iterum et saepe censuimus haereticos ad ecclesiam uenientes ecclesiae baptismo baptizari et sanctificari oportere. item lectae sunt uobis et aliae Iubaiani litterae quibus pro sua sincera et religiosa deuotione ad epistulam nostram rescribens non tantum consensit, sed et instructum se esse gratias egit. superest ut de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus neminem iudicantes aut a iure communicationis aliquem si diuersum senserit amouentes. neque enim quisquam nostrum episcopum se esse episcoporum constituit aut tyranico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis et potestatis suae arbitrium proprium tamque iudicari ab alio non possit quam nec ipse potest alterum iudicare. sed expectemus*

1 Cypr. sentent. episc. praef. (I 435, 5 H.)

1 unam *L* carthaginem *LN*β Carthagine *v* kł *Mμm1* 2 septembris β *pr. v* africana *J* nummidia *Nm1* 3 mauritania *KLMNm2Vm2v Cypr.* diaconibus *Nm2Vm2v Cypr.* praesentibus *Cypr.* etiam praesente *v* 4 lactae *Jm1* iubantiani *Jm1* 5 hericis *L* 7 rescripsit *L* rescripserat *M* addistis *Jm1* colligae *Nm1* dilectissimi] dauid β (đđ = dilectissimi *et* dauid) 8 iubianus *J* scripsit β *pr.* 9 heticorum *N* 10 ego] ergo *L* 12 baptizare *L* 13 iubaniani *Jm1Vm1* 14 reli***giosa (*pr.* i *ex* e) *N* 15 et] etiam *Cypr.* esse] esse confessus *Cypr.* 16 quid singuli *v* 17 communionis *JKm2LNm2βv* 18 diuersum (um *in ras. m2*) *L* 19 esse *om. Cypr.* 20 colliga *Nm1* 21 habet *codd., cf. III 3, 5. VI 6, 9* omnes *JmIKm1* 22 tamque] tamquam *Lm1Nm1Vm1* 23 potest] possit *Cypr.* exspectemus *Lμ*

uniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi qui unus est solus habens potestatem et praeponendi nos in ecclesiae suae gubernatione et de actu nostro iudicandi.

III. 4. Nunc se, si audent, superbae et tumidae ceruices haereticorum aduersus sanctam humilitatem huius sermonis extollant. insani Donatistae, quos ad pacem adque unitatem sanctae ecclesiae remeare adque in ea sanari cupimus et optamus, quid ad haec dicitis? uos certe nobis obicere soletis Cypriani litteras, Cypriani sententiam, Cypriani concilium; cur auctoritatem Cypriani pro uestro schismate adsumitis et eius exemplum pro ecclesiae pace respuitis? quis autem nesciat sanctam scripturam canonicam tam ueteris quam noui testamenti certis suis terminis contineri eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita praeponi, ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit, utrum uerum uel utrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit, episcoporum autem litteras, quae post confirmatum canonem uel scriptae sunt uel scribuntur, et per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris et per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem doctioremque prudentiam et per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a ueritate deuiatum est, et ipsa concilia, quae per singulas regiones uel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum auctoritati, quae fiunt ex uniuerso orbe christiano, sine ullis ambagibus cedere ipsaque plenaria saepe priora a posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat et cognoscitur quod latebat, sine ullo tyfo sacrilegae superbiae, sine ulla inflata ceruice arro-

1 uniuersae *Nm1* est] et *Vm2v Cypr.* 2 habet *v Cypr.* sua *Nm1* 3 acto *L* 4 si audent se *L* 9 litteris *Jm1* 11 autem] enim *L* 12 *noui *N* 14 praeponi* *N* 16 episcorum *Jm1* 19 repertioris *J et* (*ex* reperitionis) *K* repertiores *L* 20 doctoremque *Nm1* doctorumque β liceret *Mm1*μ*m1* 21 reprendi *Nm1* quid] quis β *pr.* 23 planariorum *L* auctoritate *Km1L* 24 ullas *Jm1* illis *Nm1* 25 a *om. Km1N*β*v* 26 causum *N* erant *Lm1* 27 typo *JV* tyfho (f *m2*, h *s. l.*) *N* typho *v*

gantiae, sine ulla contentione liuidae inuidiae, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum caritate christiana?

IIII. 5. Quapropter sanctus Cyprianus, tanto excelsior quanto humilior, qui documentum Petri sic amauit ut diceret: documentum scilicet nobis et concordiae et patientiae tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quae aliquando a fratribus et collegis nostris utiliter et salubriter suggeruntur, si sint uera et legitima, ipsa potius nostra dicamus, satis ostendit facillime se correcturum fuisse sententiam suam, si quis ei demonstraret baptismum Christi sic dari posse ab eis qui foras exierunt, quemadmodum amitti non potuit cum foras exirent, unde multa iam diximus. nec nos ipsi tale aliquid auderemus adserere nisi uniuersae ecclesiae concordissima auctoritate firmati, cui et ipse sine dubio cederet, si iam illo tempore quaestionis huius ueritas eliquata et declarata per plenarium concilium solidaretur. si enim Petrum laudat et praedicat ab uno posteriore collega patienter concorditerque correctum, quanto ipse citius cum concilio prouinciae suae uniuersi orbis auctoritati patefacta ueritate cessisset! quin profecto et uni uerum dicenti et demonstranti posset facillime consentire tam sancta anima, tam pacata. et fortasse factum est, sed nescimus. neque enim omnia, quae illo tempore inter episcopos gesta sunt, memoriae litterisque mandari potuerunt aut omnia quae mandata sunt nouimus. quomodo enim potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta ad plenarii concilii luculentam inlustrationem confirmationemque perduci, nisi primo diutius per orbis terrarum

4 Cypr. ep. 71, 3

2 christiani *Nm1* 4 sancti petri *L* 6 nostra *om. L* 7 colligis *Nm1* 8 sunt *LNm1* 9 ipsa] ista *Cypr.* nostra *om. Nm1* ducamus *v Cypr.* 10 ei (i *in ras. 2—3 litt.*) *L* 12 quemammodum *Mμ* exi*rent *N* 13 audiremus *Jm1* assere *L* 14 uniuersa *β pr.* 17 uno et (et *s. l.*) *N* posteriorem *Mm1V* 18 colliga *Nm1* citius ipse *v* 19 auctoritate *Vm1μς* 20 quin *scripsi* quia *KMm2v* qui *cet.* 21 possit *Jm1* 22 paccata *LV*

regiones multis hinc adque hinc disputationibus et conlationibus episcoporum pertractata constaret? hoc autem facit sanitas pacis, ut, cum diutius aliqua obscuriora quaeruntur et propter inueniendi difficultatem diuersas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad uerum liquidum peruenìatur, uinculum permaneat unitatis, ne in parte praecisa remaneat insanabile uulnus erroris.

V. 6. Et ideo plerumque doctioribus minus aliquid reuelatur, ut eorum patiens et humilis caritas in qua fructus maior est comprobetur, uel quomodo teneant unitatem, cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt, uel quomodo accipiant ueritatem, cum contra id quod sentiebant declaratam esse cognoscunt. quorum duorum manifestatum tenemus unum in beato Cypriano, id est quomodo tenuerit unitatem cum eis a quibus diuersum sentiebat; ait enim: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.* alterum autem, id est quomodo accipere potuerit ueritatem contra id quod sentiebat inuentam, etsi litterae tacent, merita clamant. si epistula non inuenitur, corona testatur; si concilium non indicat episcoporum, consortium indicat angelorum. non enim paruum documentum est pacatissimae animae in ea unitate martyrium meruisse, unde se diuersum sentiens noluit separare. homines enim sumus, unde aliquid aliter sapere quam se res habet humana temptatio est. nimis autem amando sententiam suam uel inuidendo melioribus usque ad praecidendae communionis et condendi schismatis uel haeresis sacrilegium peruenire diabolica praesumptio est. in nullo autem aliter sapere

15 Cypr. sentent. episc. praef. (I 436, 1 H.) 18 cf. Cic. in Cat. I 8, 21

1 hic atque hinc *L* . dispotationibus *Nm1* conlationibus] onibus *Lm1* omnium *Lm2* 2 pertracta μς facit *om. Nm1* 5 liquidumue *Nm2* liquidumque ς*m2* 9 est maior *L* 12 cum *om. L* 13 manifestum *N* 15 diuersam *Lm1* 18 clament *L* 20 anglorum *Nm1* 21 peccatissimae *Nm1*ς 22 uoluit *L* 23 aliquid aliter *Vm1v* aliquid aliud *Mm2N* aliquid *JKLMm1*μς*G* aliud aliter *Vm2* res se *Kv* (se res habebat *p. 173, 2*, se res habet *p. 181, 1 et V 3, 3*) 24 minus *L*

quam se res habet angelica perfectio est. quia itaque homines sumus, sed spe angeli dei sumus, quibus aequales in resurrectione futuri sumus, quamdiu non habemus perfectionem angeli, non habeamus praesumptionem diaboli. ideo dicit apostolus: temptatio uos non adprehendat nisi humana. humanum est ergo aliquid aliter sapere. propterea dicit alio loco: quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. et si quid aliter sapitis, hoc quoque uobis deus reuelabit. quibus autem reuelat cum uoluerit siue in hac uita siue post hanc uitam nisi ambulantibus in uia pacis et in nullam praecisionem deuiantibus, non quales isti sunt, qui uiam pacis non agnouerunt nec propter aliud unitatis uinculum dirruperunt? ideoque apostolus cum dixisset: et si quid aliter sapitis, hoc quoque uobis deus reuelabit, ne putarent praeter uiam pacis quod aliter sapiebant sibi posse reuelari, continuo addidit: uerumtamen in quod peruenimus in eo ambulemus. in quo ambulans Cyprianus perseuerantissima tolerantia non fuso sanguine sed in unitate fuso, quia si traderet corpus suum ut arderet et non haberet caritatem nihil ei prodesset, per martyrii confessionem peruenit ad angelicam lucem, ut si non antea, ibi certe reuelatum agnosceret, quod cum aliter saperet sententiam diuersae opinionis uinculo non praeposuit unitatis.

VI. 7. Uos itaque, Donatistae, quid ad haec dicitis? si nostra sententia de baptismo uera est, omnes qui aliter sapiebant Cypriani temporibus non sunt ab unitate ecclesiae separati,

2 cf. Matth. 22, 30 5 I Cor. 10, 13 7. 13 Phil. 3, 15 11 Ps. 13, 3 16 Phil. 3, 16 19 cf. I Cor. 13, 3

1 res se *KVv* 2 dei *om.* β*v* 3 perfectionem angeli non habemus, praesumptionem diaboli non habeamus *v* perfectionem—habeamus *om. J* 4 praesumtionem *K* 5 adprehendit *L* 7 in loco *L* quotquod *V* 8 deus uobis *N* 10 uia] uiam *N* 12 cognouerunt *JVv*, *cf. p. 138, 17* 13 dirrupuerunt *Mm1Vm1µm1* disruperunt *JLNVm2v* diruperunt *Mm2* 14 uobis quoque *L* reuelauit β *pr.* 24 ad *om. Nm1* 25 sapiunt *N* 26 temporis *J* ecclesiae unitate *v*

donec illud quod aliter saperent deus illis reuelaret. uos ergo quare separatione sacrilega pacis uinculum dirrupistis? si autem uestra sententia de baptismo uera est, Cyprianus et ceteri, cum quibus eum tale concilium celebrasse perhibetis, cum eis qui aliter sapiebant in unitate manserunt. quare uos pacis uinculum dirrupistis? quodlibet horum elegeritis, contra uestram praecisionem sententiam ferre cogimini. respondete: quare uos separastis? quare contra orbem terrarum altare erexistis, quare non communicatis ecclesiis quibus epistulas apostolicas missas tenetis et legitis et secundum ipsas uos uiuere dicitis? respondete: quare uos separastis? propterea certe, ne malorum communione periretis. quomodo ergo non perierunt Cyprianus et tot collegae ipsius? qui cum crederent haereticos et schismaticos baptismum non habere, sine baptismo tamen receptis, cum peccata eorum tam inmania tamque sacrilega super eos esse crederent, eis tamen communicare quam separari ab unitate maluerunt dicente Cypriano: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.*

8. Si ergo tali communione malorum pereunt iusti, iam ecclesia temporibus Cypriani perierat. unde igitur extitit origo Donati? ubi catechizatus est, ubi baptizatus, ubi ordinatus, quando iam ecclesiam contagio communionis extinxerat? si autem erat ecclesia, nihil obesse mali bonis in una communione potuerunt. quare uos separastis? ecce in unitate uideo Cyprianum et alios collegas eius, qui facto concilio censuerunt omnes, qui extra ecclesiae communionem fuerint baptizati, baptismum non habere et ideo eis dandum esse cum ueniunt. sed

17 Cypr. sentent. episc. praef. (I 436, 1 H.)

2 disrupistis *LMNv* 4 eum *om. N* 6 disrupistis *LNVm2v* dirupistis *Mm2* 7 uos *s. l. m2 N* 11 certe *om. Nm1* 13 scismaticos *Km1* 14 tamen *s. l. K* 15 peccata eorum *om. L* immania *JKm2Nβ* eos *om.* β 19 communioni *Nm1* 20 extit *Nm1* orgo *μm1* 21 cathecizatus *JKMNVm2μς* catheciza *Vm1* catezizatus *L* 22 extincxerat *V* 23 obsese *Nm1* 24 in *om. Nm1* 27 dandum esse eis *Lm1* cum ueniunt] conueniunt *J*

ecce rursus in eadem unitate uideo quosdam de hac re diuersa sentire et eos, qui ab haereticis uel schismaticis uenerint, agnito in eis baptismo Christi non audere iterum baptizare. hos omnes catholica unitas materno sinu conplectitur inuicem onera sua portantes et studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, donec alteris eorum, si quid aliter sapiebant, dominus reuelaret. si uera isti sentiebant, ab illis non contaminabantur an contaminabantur? si uera illi sentiebant, ab istis non contaminabantur an contaminabantur? quod uolueritis eligite. si contaminabantur, iam tunc non erat ecclesia. respondete: unde huc existis? si autem permanebat ecclesia, nullo modo boni a malis tali communione contaminantur. respondete: quare uinculum dirrupistis?

9. An forte schismatici sine baptismo recepti non contaminant et traditores sanctorum librorum contaminant? uestros quidem fuisse traditores manifestissima rerum gesta testantur. et si tunc in illos quos arguebatis uera diceretis, causam uestram unitati orbis terrarum persuasissetis, ut uobis retentis illi excluderentur. quod si conati estis facere et non optinuistis, innocens est orbis terrarum, qui iudicibus ecclesiasticis potius quam uictis litigatoribus credidit. si autem noluistis agere causam uestram, innocens est orbis terrarum, qui damnare non potuit inauditos. quare ergo uos ab innocentibus separastis? sacrilegium schismatis uestri defendere non ualetis. sed haec omitto, hoc dico: si uos possent contaminare traditores, qui non sunt a uobis conuicti et a quibus uos estis uicti, multo magis possent sacrilegia schismaticorum et haereticorum sine baptismo secundum sententiam uestram recepta contaminare

4 cf. Gal. 6, 2 5 cf. Eph. 4, 3 6 cf. Phil. 3, 15

1 diuersa] aliter *v*, *om.* β*pr.* 3 auderet β*pr.* 6 alteri *JKm2L* 7 non contaminabantur an *om. L* 8 an contaminabantur *Gv*, *om. JKN*β 9 an contaminabantur *om. J* 10 elegite *Lm1* 11 hunc *Lm1* 13 disrupistis *Jm2LNς m2* dirupistis *Mm2* 16 regum *Km1* 18 persuasetis *L* 19 si *om. Nm1* facere *s. l. K* obtenuistis *L* 20 est *om.* β*pr.* 21 ligatoribus *Jμm1* 22 est *om. L* 23 ab *om.* β 28 uestram sententiam *v* receptorum *requiritur*

Cyprianum. non se tamen ille separauit, et quia permanebat ecclesia manifestum est quod contaminari non potuit. quare uos ergo non dico ab innocentibus quod probatur, sed ab ipsis quod non probatur traditoribus separastis? an, ut dicere coeperam, grauiora sunt crimina traditorum quam schismaticorum? non adferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod uolumus et quomodo uolumus, pro arbitrio nostro dicentes: 'hoc graue, hoc leue est,' sed adferamus diuinam stateram de scripturis sanctis tamquam de thensauris dominicis et in illa quid sit grauius appendamus, immo non appendamus, sed a domino appensa recognoscamus. tempore illo, quo dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cauenda monstrauit et idolum fabricatum adque adoratum est et propheticus liber ira regis contemptoris incensus et schisma temptatum, idololatria gladio punita est, exustio libri bellica caede et peregrina captiuitate, schisma hiatu terrae, sepultis auctoribus uiuis et ceteris caelesti igne consumptis. quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum quod est grauius uindicatum? a talibus sacrilegis uenientes sine baptismo ut dicitis Cyprianum non contaminabant: quomodo uos contaminare poterant non conuicti sed conficti traditores? qui non si libros incendendos tradidissent, sed eos ipsi suis manibus incendissent, minoris fuissent utique sceleris quam si schisma committerent, quia illud mitius, illud grauius uindicatum est non humano arbitrio, sed diuino iudicio.

VII. 10. Quare uos ergo separastis? si ullus sensus in uobis est, uidetis uos certe quid responderi possit non inuenire. 'non usque adeo', inquiunt, 'omnia defecerunt, ut non

14 cf. Ex. cap. 32 15 cf. Hier. cap. 36 16 cf. Num. cap. 16

1 sese *L* permanebant *Nm1* 2 in ecclesia *Nm2ςm2* 3 ergo uos β*v* 5 criminum *L* 7 qomodo *Km1* 9 thesauris *JLMN* 14 schismate β*pr.* temptatum est *Lm1* idolatria *LMNm1μςG* 17 consumtis *K* 19 sacrilegiis *Lm1Mm2* si cyprianum *Vv* 20 contaminabat *Lm1* 21 si non *v* 22 pro suis *Nm1* manibus suis *v* 23 sceleris] sceres *Nm1* si *om. LVm1* 26 separastis *s. l. L*

possimus respondere: sic uolumus. tu quis es qui iudices alienum seruum? suo domino stat aut cadit'. quod eis dictum non intellegunt, qui uolebant non de factis manifestis, sed de alienis cordibus iudicare. nam quomodo ipse tam multa de sceleribus schismatum et haeresum loquitur? aut quomodo canitur in psalmis: si uere iustitiam diligitis, recta iudicate, filii hominum? cur autem ipse dominus dicit: nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate, si non licet de aliquo iudicare? postremo ipsi de illis traditoribus, de quibus falsa iudicauerunt, cur omnino iudicauerunt de seruis alienis? suo domino stabant aut cadebant. cur denique de recentibus Maximianistis plenarii concilii, sicut dicunt, ore ueridico non dubitauerunt tale proferre iudicium, ut eos primis illis schismaticis quos uiuos terra sorbuit conparārent? quorum tamen quosdam, quod negare non possunt, aut innocentes damnauerunt aut nocentes iterum receperunt. sed cum uerum dicitur, cui respondere non possunt, rodunt murmura salebrosa: 'sic uolumus. tu quis es qui iudices alienum seruum? suo domino stat aut cadit'. cum autem infirma ouis in solitudine aspicitur, ubi pastor qui reclamet absens uidetur, dentes exeruntur, frangitur guttur inualidum: 'bonus homo, si non esses traditor; consule animae tuae, esto christianus.' o inprobam rabiem! cum christiano dicitur: 'esto christianus,' quid aliud docetur nisi se negare christianum? numquid erat aliud quod docere cupiebant illi christianorum persecutores, quibus qui restiterunt

1 cf. p. 83, 21 Rom. 14, 4 6 Ps. 57, 2 8 Ioh. 7, 24 12 cf. e. gr. Cresc. III 19, 22 14 cf. Num. 16, 31—33 18 cf. Persius 3, 81 Rom. 14, 4

1 sic (c *in ras.*) *N* si *Lm2Mm2ςm2* quis] qui *N* 2 cadat *Jm1* 3 *pr.* non *om. M*μς intellegant *Mm2* 4 cordibus alienis *v* 5 hęresium *Nm2V* 6 uere utique iustiam *L* 7 recte *Nv* fili *Nm1* 8 personaliter iudicare *v* 10 ipse *L*β *pr.* *alt.* de *om.* β 13 sicut] sicunt *Jm1* uiridico *Jm1* ueredico *Nm2*μς*m1* 15 quosdam tamen *v* quod * *L* 17 cum] eum *L* 18 murmurosa leprosa *LM* saleprosa *Nm1V*μς 21 absensu β *pr.* 22 homo] *add.* esses *Nv* esses] esset *Jm2* 23 suae β *pr.* 24 docetur] dicitur *Nm2* 25 negare se *v* aliud erat *v* 26 illi *om.* β

martyres facti sunt? an leuius putatur quod gladio minante quam quod lingua insidiante committitur?

11. Ad ista respondete, lupi rapaces, qui pellibus ouinis indui cupientes beati Cypriani litteras pro uobis esse arbitramini: contaminabat Cyprianum sacrilegium schismaticorum an non contaminabat? si contaminabat, iam tunc periit ecclesia, non erat unde propagaremini. si autem non contaminabat, quo scelere alieno possunt in unitate contaminari innocentes, si schismatis sacrilegio non possunt? quare uos ergo separastis? quare, cum leuiora quae fingitis fugitis, ipsum sacrilegium schismatis quod est omnibus grauius commisistis? an forte iam placet fateri non fuisse iam illos uel schismaticos uel haereticos, qui extra communionem ecclesiae uel in schismate aliquo uel in haerese fuerant baptizati, quia transeundo ad ecclesiam et errores suos pristinos anathemando destiterant esse quod erant? quomodo ergo sine baptismo non super eos remanserant scelera eorum? an ille baptismus Christi erat, sed eis extra ecclesiae communionem prodesse non poterat, cum autem uenerunt et anathemato praeterito errore in ecclesiae pacem per manus inpositionem recepti sunt, tunc in caritate radicatis adque fundatis, sine qua infructuosa sunt cetera, prodesse coepit et ad remissionem peccatorum et ad sanctificationem uitae quod sine fructu extra portabant?

12. Nolite ergo nobis auctoritatem obicere Cypriani ad baptismi repetitionem, sed tenete nobiscum exemplum Cypriani ad unitatis conseruationem. nondum enim erat diligenter illa quaestio baptismi pertractata, sed tamen saluberrimam consuetudinem tenebat ecclesia in ipsis quoque schismaticis et haere-

3 cf. Matth. 7, 15

1 facti sunt martyres *v* 7 quod *L* 9 ergo uos *v* 11 grauius omnibus *Lm1* 12 uel in scismaticos *L* 13 communione *L* in *s. l. K* 14 haeresi *Jm2Mv* hesese *N* 15 anathematizando *Jm2Mm2Nm2* 19 uenerint *L* anathemate *Nm1* anathematizato *Jm2Mm2Nm2* 21 adque] et *Kv* quia *Nm1* 22 *pr.* et *om.* β *alt.* ad *om.* ς 25 no|nobiscum (cum *add. m2*) *N* 27 baptismi quaestio *v*

ticis corrigere quod prauum est, non iterare quod datum est, sanare quod uulneratum est, non curare quod sanum est. quam consuetudinem — credo ex apostolica traditione uenientem, sicut multa non inueniuntur in litteris eorum neque in conciliis posterorum et tamen, quia per uniuersam custodiuntur ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita et conmendata creduntur — hanc ergo saluberrimam consuetudinem per Agrippinum prodecessorem suum dicit sanctus Cyprianus quasi coepisse corrigi; sed sicut diligentius inquisita ueritas docuit, quae post magnos dubitationis fluctus ad plenarii concilii confirmationem perducta est, uerius creditur per Agrippinum corrumpi coepisse, non corrigi. inruente itaque tam magna quaestione cum de remissione peccatorum et de spiritali hominis regeneratione, utrum posset aput schismaticos uel haereticos fieri, difficile ratio redderetur et praecederet auctoritas Agrippini et nonnullorum qui ei consenserant hominum in hac quaestione deficientium, qui maluerant aliquid nouum moliri quam tenere consuetudinem cuius defensionem non intellegebant, inruerunt in oculos animae uerisimiles rationes et intercluserunt iter peruestigandae ueritatis.

VIII. 13. Nec arbitror beatum Cyprianum propter aliud contra consuetudinem quid sentiret liberius exprompsisse prioremque dixisse, nisi ut alium, si forte existeret cui esset melius reuelatum, gratissime acciperet et ostenderet imitandam non solum docendi diligentiam sed etiam discendi modestiam, si autem nullus existeret qui tale aliquid adferret, unde illae omnes uerisimiles rationes quibus mouebatur refellerentur, in

8 cf. Cypr. ep. 71, 4

4 multa] *add.* quae *Nm2v* nec *N* 5 posteriorum *KVv*, *cf. p. 190, 18* concilia posteriora · prioribus aput posteros praeponuntur. *VII 25, 49 init.* non pertinent ad posteros facinora priorum 7 agrippinnum *Nm1* praedecessorem *Mm2Nv* 8 quasi] quisi *Jm1* 9 diligitis *L* post *s. l. L* 12 quaestionem *Jm1* 14 apud haereticos uel apud schismaticos *v* 17 maluerunt *L* 18 intuerunt *Nm1* induxerunt *Nm2* 19 intercleserunt *Jm1* 21 contra *s. l. m2 N* expromsisse *KLM*μς priorem-que] *add.* qui *Mm1*μς 22 talium *N* si] nisi β *pr.* 23 accipere *Vm1*μς imitanda μς 25 exsisteret *V*

eadem sententia permaneret, bene sibi conscius et non occultatae quae putabatur ueritatis et retentae quae amabatur unitatis. nam et illud sic intellexit quod ait apostolus: prophetae autem duo aut tres loquantur et ceteri examinent. si alii reuelatum sedenti fuerit, ille prior taceat. qua in parte, inquit, docuit et ostendit multa singulis in melius reuelari et debere unumquemque non pro eo quod semel inbiberat et tenebat pertinaciter congredi, sed si quid melius et utilius extiterit libenter amplecti. his utique uerbis non solum eos ammonuit sibi consentire qui melius aliquid non uidebant, sed etiam eos hortatus est, si qui possent adferre aliquid quo prior consuetudo seruanda potius firmaretur, ut, si tale esset quod refelli non posset, etiam ipse ostenderet quam ueraciter dixerit: debere unumquemque non pro eo quod semel inbiberat et tenebat pertinaciter congredi, sed si quid melius et utilius extiterit libenter amplecti. sed quia tunc non extiterant nisi qui ei consuetudinem opponerent, defensiones autem ipsius consuetudinis non tales adferrent quibus illa talis anima moueretur, noluit uir grauissimus rationes suas etsi non ueras, quod eum latebat, sed tamen non uictas ueraci quidem sed tamen nondum assertae consuetudini cedere. quam tamen consuetudinem nisi prior ante Agrippinus et nonnulli per Africam coepiscopi eius etiam per concilii sententias deserere temptauissent, non auderet iste saltem ratiocinari aduersus eam, sed in tam obscura quaestione turbatus et ubique intuens uniuersalem robustamque consue-

3 Cypr. ep. 71, 3. I Cor. 14, 29—30

1 sententiam *Km1* sententia* *N* conscius sibi *L* occultae *J* 3 sic] si *L* profetae *N* 4 tres *s. l. m2 N* exaniment *L* 5 fuerit sedenti *v* prior ille *L* 6 inquid *V* 8 inbeberat *Lm1* 11 admonuit *Nm2* 12 eos *om. v* qui] quid *L* quo] quod β *pr.* 14 repelli *N* possit *Lm1* 15 debere *om. codd. praeter V* 19 offerrent β 20 gratissimus *Mμς* 24 agrippinam (*sic*) *J* 25 disserere *Nm2* temtauissent *Km1ς* temptauisset *Lm1* 26 saltim *Jm2LM* obscuram *Vm1μm1ς*

tudinem coartaret se potius et prece et intentione mentis ad deum, ut quod postea plenario concilio uisum est id uerum esse perspiceret et doceret. sed cum fatigatum praecedentis concilii quod per Agrippinum factum est excepisset auctoritas, maluit prodecessorum suorum tamquam inuentum defendere quam in quaerendo amplius laborare. nam in fine epistulae ad Quintum ita ostendit, in quo tamquam lectulo auctoritatis quasi fessus adquieuerit.

VIIII. 14. Quod quidem, inquit, et Agrippinus bonae memoriae uir cum ceteris coepiscopis suis qui illo in tempore in prouincia Africa et Numidia ecclesiam domini gubernabant statuit et librata consilii communis examinatione firmauit. quorum sententiam religiosam et legitimam, salutarem fidei, ecclesiae catholicae congruentem nos etiam secuti sumus. hac adtestatione satis ostendit multo magis se fuisse commemoraturum, si quod de hac re transmarinum uel uniuersale concilium factum esset. nondum autem factum erat, quia consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum, et haec sola opponebatur inducere uolentibus nouitatem, quia non poterant adprehendere ueritatem. postea tamen dum inter multos ex utraque parte tractatur et quaeritur, non solum inuenta est sed etiam ad plenarii concilii auctoritatem roburque perducta, post Cypriani quidem passionem sed antequam nos nati essemus. hanc autem fuisse consuetudinem ecclesiae, quae postea multis discussis ambagibus perspecta ueritate plenario concilio confirmata est, satis osten-

9 Cypr. ep. 71, 4

4 autoritas *N* 5 praedecessorum *Jm2Mm2Nv* defendere inuentum *M* 6 in quaerendo] inquirendo *LNm2Vm1v* 7 autoritatis *Nm1* 10 qui] quo β*pr.* 11 *pr.* in *om. Nm1v Cypr.* et *om. L* 12 dei gubernabat *L* 13 concilii *Mv* 14 relegiosam *Nm1Vm1*μ 15 fidei] *add.* et β*v Cypr.* 16 attestante *L* 17 se *om. N* commemoratum β*pr.* 18 uniuersalem *Nm1*β*pr.* 21 poterat β*pr.* dum *om. Vm1*ς 26 ambagibus discussis *J* ambagimus *Nm1* perfecta μ*m1*

ditur et ipsius beati Cypriani uerbis in eadem ad Iubaianum epistula quae in concilio lecta commemoratur. ait enim: sed dicit aliquis: quid ergo fiet de his qui in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissi sunt? ubi certe quid fieri soleret, etsi non fieri uellet, satis ostendit et eo ipso, quod concilium Agrippini commemorat, aperte indicat aliam fuisse consuetudinem ecclesiae. neque enim opus erat hoc concilio uelle statuere, si iam consuetudine tenebatur. et in ipso concilio nonnullae sententiae omnino declarant eos contra ecclesiae consuetudinem decreuisse quod decernendum esse arbitrati sunt. quapropter illud unum isti considerent quod omnibus patet, si auctoritas Cypriani sequenda est, magis eam sequendam esse in unitate seruanda quam in ecclesiae consuetudine commutanda, si autem concilium eius adtenditur, huic esse uniuersae ecclesiae posterius concilium praeponendum, cuius se membrum esse gaudebat et, ut se in totius corporis compage retinenda ceteri imitarentur, saepius ammonebat. nam et concilia posteriora prioribus aput posteros praeponuntur et uniuersum partibus semper optimo iure praeponitur.

X. 15. Quid autem agunt isti, cum docetur sanctus Cyprianus, etiamsi non admisit in haeresi uel in schismate baptizatos, tamen communicasse admittentibus, quod apertissime declarauit dicens: *neminem iudicantes aut a iure communicationis aliquem si diuersum senserit amouentes?* si talium communione maculatus est, cur in iterando baptismo eius auctoritatem sectantur? si autem talium communione macu-

2 Cypr. ep. 73, 23 24 Cypr. sentent. episc. praef.

1 iubanianum *Jm1* 2 memoratur *v* 3 decit *Nm1* iis *v* praeterito *Nm2* 6 *post* eo ipso *L repetit uerba* quid fieri soleret—et eo ipso 7 fuisse aliam *Vv* 8 consilio *Jm1* 11 dicernedum *Nm1* 14 seruenda *Nm1* 16 gaudebant *Lm1* 17 et ut se] ut esse *Nm1* conpage *L* 18 admonebat *LNm2* 20 iure optimo *v* 22 *alt.* in *om. NVv* 24 communionis *Lm2Nm2v* 25 alique *Jm1* 26 in tractando *Km1Mm1NVμςv, cf. p. 186, 24. 197, 2* 27 maculatos *Lm1*

latus non est, cur in unitate retinenda exemplum eius non imitantur? num quid hic restat nisi ut dicant: 'sic uolumus'? quid aliud sermoni ueritatis iustitiaeque respondent omnes flagitiosi et facinerosi homines, luxuriosi ebriosi adulteri et modis omnibus inpudici, fures raptores homicidae latrones malefici idololatrae? quid aliud respondent, cum eos ueritas arguit, nisi: 'hoc uolo, hoc me delectat'? et si christiano tincti sunt nomine, dicunt etiam: tu quis es qui iudices alienum seruum? uerumtamen eo sunt isti modestiores, quia, cum legibus diuinis et humanis aliquid poenarum pro suis perditis moribus factisque patiuntur, non se martyres dicunt. isti autem simul habere uolunt et sacrilegorum uitam et innocentium famam et in sceleratis factis nullam poenam et in poenis iustis martyrum gloriam, quasi non tanto sit erga illos maior misericordia et patientia dei, quanto magis eos partibus corripiens dat locum paenitentiae et in hac uita flagella ingeminare non cessat, ut considerantes quae patiantur et quare patiantur aliquando resipiscant et, qui iam pro unitate Donati Maximianistarum baptismum receperunt, pro pace Christi orbis terrarum baptismum potius amplectantur, reddantur radici, reconcilientur unitati, uideant nihil sibi remansisse quod dicant, sed tamen remansisse quod faciant, ut pro factis eorum praeteritis sacrificium dilectionis offeratur placabili deo, cuius unitatem nefario scelere dirruperunt, cuius sacramentis tam diuturnas iniurias inrogarunt. misericors est enim et miserator dominus, longanimis et multum misericors et uerax. amplectantur in praesenti uita misericordem et longanimem et timeant in futura ueracem. non uult enim mortem impii quantum ut reuertatur et uiuat, quia sententiam flectit aduersus iniurias inrogatas. haec est nostra exhortatio.

4 cf. I Cor. 6, 9—10 8 Rom. 14, 4 15 cf. Sap. 12, 10 25 cf. Ex. 34, 6. Ps. 102, 8 28 cf. Ezech. 18, 23. 33, 11

1 unitate* *N* 2 hinc *Nmlβpr.* 3 omnes *om. L* 4 facinorosi *LMNv* 6 idolatres *Jm1* idolatrae *Jm2LMNμçG* 8 quis] qui β 9 istis *Mm2* 13 fama *Km1* 15 eos] es *L* 16 poenitentiae *Jm1* patientiae β 20 reconciliantur *L* 24 disruperunt *Jm2* 27 futuro *L* 28 uul *çm1* 30 exortatio *LNVμç*

XI. 16. Propter hoc eos habemus inimicos, quia uera dicimus, quia tacere metuimus, quia cessare ab instantia quanta possumus formidamus, quia obtemperamus apostolo dicenti: praedica uerbum, insta opportune inportune, argue hortare increpa. sed, sicut euangelium loquitur, diligunt gloriam hominum magis quam dei et reprehendi ad tempus timent, damnari in sempiternum non timent. uident etiam ipsi quid mali faciant, uident non esse quid omnino respondeant, sed nebulas imperitis offundunt, cum ipsi uiui sorbeantur, id est scientes et agnoscentes intereant. uiderunt horrere homines et grauiter detestari, quod etiam se ipsi in multa schismata diuiserunt et maxime in Africae capite et notissima ciuitate Karthagine. conati sunt resarcire dedecus pannorum suorum; putantes quod possent Maximianistas auferre magno conatu per Optatum Gildonianum fortiter institerunt, multa illis mala et persecutiones saeuissimas intulerunt, receperunt inde aliquos, putantes quod possent omnes eodem terrore conuerti, his autem quos receperunt noluerunt facere iniuriam, ut ab eis in schismate baptizatos denuo baptizarent uel potius ab his ipsis rebaptizari eos facerent intus a quibus baptizati erant foris, adque hoc modo suae nefariae consuetudini praescripserunt. sentiunt quam scelerate iam faciant recepto baptismo Maximianistarum uiolare baptismum orbis terrarum, sed timent rebaptizatos suos, ne forte non eis parcant, si ipsi pepercerint ceteris, ne de illis exigant animas suas, si animas aliorum trucidare cessauerint.

XII. 17. Quid de receptis Maximianistis respondeant non inueniunt. si dixerint: 'innocentes recepimus,' respondetur eis: 'ergo innocentes damnaueratis.' si dixerint: 'nesciebamus,'

3 II Tim. 4, 2 5 Ioh. 12, 43 9 cf. Num. 16, 31—33

2 quanto *M* 4 oportune *JLMNμG* hortare] obsecra *J* 5 diligant β*pr.* 6 et] *add.* dum *v* 8 *alt.* quid] quod *Mμ* 10 horrore *L* 13 kartagine *LN* carthagine *JK*β 20 baptizati] rebaptizati *Lm1* 21 consuetudine *L* 22 sentiunt** *L* faciunt *Lm1* 23 uiolare—terrarum *mg. Nm2* 28 recipimus β*pr.* ergo eis *L* 29 damnaretis *Km1* damnaueritis *Lm1*

'ergo temere iudicastis — sic etiam de traditoribus sententiam temerariam protulistis — falsumque dixistis: plenarii concilii ore ueridico damnatos esse cognoscite'; neque enim ore ueridico innocentes damnari potuerunt. si dixerint: 'non eos damnauimus', recitatur concilium, recitantur nomina et episcoporum et ciuitatum. si dixerint: 'non est ipsum concilium nostrum', recitantur gesta proconsularia, ubi non semel idem concilium allegauerunt, ut eosdem Maximianistas de basilicis excluderent et iudiciorum strepitu adque auxiliorum impetu proturbarent. si dixerint Felicianum Mustitanum et Praetextatum Assuritanum. quos postea receperunt, cum Maximiano non fuisse, recitantur gesta quibus eos de basilicis excludendos ex concilio suo, quod aduersus Maximianistas fecerunt, de iudiciis publicis postularunt. si dixerint: 'pro pace suscepti sunt,' respondetur: 'cur ergo ueram et plenam non agnoscitis pacem? quis uos inpulit, quis coegit pro pace Donati schismaticum recipere damnatum et contra pacem Christi orbem damnare inauditum?' urget eos utique ueritas, uident se non habere quid respondeant et putant se non habere quid faciant. quid loquantur non inueniunt, tacere non permittuntur: malunt peruersis uocibus ueritati reluctari quam confessis erroribus paci restitui.

XIII. 18. Quis autem non intellegat quid in corde suo possint dicere? 'quid ergo facimus', inquiunt, 'de his quos iam rebaptizauimus?' respondetur: 'redite cum eis ad ecclesiam, medicamento pacis offerte curandos quos uulnerastis, uitae caritatis offerte suscitandos quos occidistis. multum ualet ad

2 cf. Cresc. III 19, 22 12 cf. Cresc. III 56, 62. IIII 39, 46. 40, 47

1 si *Nm1* 2 temeriam *L* plenari *Vm1*μς uniuersalis *sententia Bagaitana* concili *Nm1* 3 ueredico *Nm2, item lin. 4* damnatos—ueridico *om. L* 4 more β *pr.* 6 ciuitatium *N*β nostrum concilium ipsum (*tr.* ipsum concilium) *L* 8 alligauerunt *LV*μς 12 balicis excluendos *Lm1* 18 urguet β utique (tique *in ras.*) *L* undique *v* 20 illoquantur *Nm1* 22 pace *LM* 26 curandas *Nm1* uulneratis *Nm1*ς*m1* 27 karitatis (ka *in ras. m2*) *N*

propitiandum deum fraterna concordia. si duobus ex uobis, ait dominus, conuenerit in terra, quidquid petieritis fiet uobis. si duobus hominibus, quanto magis duobus populis! simul nos domino prosternamus, participamini nobiscum unitatem. participemur uobiscum dolorem et caritas cooperiat multitudinem peccatorum. ab ipso beato Cypriano consilium quaerite, adtendite quantum de unitatis bono praesumpserit. unde se non dirrupit a diuersa sentientibus, et cum arbitraretur eos qui extra ecclesiae communionem baptizarentur baptismum non habere, credidit tamen eos in ecclesiam simpliciter admissos propter ipsius unitatis uinculum posse ad ueniam pertinere. sic enim soluit quaestionem quam sibi ipse proposuit, ad Iubaianum ita scribens: sed dicit aliquis: quid ergo fiet de his qui in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissi sunt? potens est dominus misericordia sua indulgentiam dare et eos qui ad ecclesiam simpliciter admissi in ecclesia dormierunt ab ecclesiae suae muneribus non separare.'

XIIII. 19. Quid sit autem perniciosius, utrum omnino non baptizari an rebaptizari, iudicare difficile est. uideo quidem quid amplius homines detestentur adque horreant, uerumtamen recurrens ad illam stateram dominicam, ubi non ex humano sensu sed ex auctoritate diuina rerum momenta penduntur, inuenio de utraque re domini sententiam. nam et Petro dixit: qui lotus est non habet necessitatem iterum lauandi et Nicodemo: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum. quid

1 Matth. 18, 19 5 cf. I Petr. 4, 8 13 Cypr. ep. 73, 23 26 Ioh. 13, 10 27 Ioh. 3, 5

1 concordia fraterna *Lm1* 2 terram μς 4 prostenamus *L* 5 participemus *N* 7 praesumserit *JK*ς 8 disrupit *LMNv* dirupit μ*m2* a diuersa] aduersa *Nm1*ς 10 eos tamen *v* ecclesia *N* 12 peruenire β 21 an] aut *Nm1* iudicari *Nv* 22 detestantur *Nm1* uerum (tamen *om.*) *N* 23 domicam *L* 26 locutus *Nm1* 27 nichodemo *LMNm2*μ*m2* 28 intrauit *Nm1*

habeat secretior diiudicatio dei, hominibus quales nos sumus difficile est fortasse cognoscere. quantum tamen ad ipsa uerba adtinet, cuilibet homini manifestum est quantum distet inter 'non habet necessitatem lauandi' et 'non intrabit in regnum caelorum'. ipsa denique ecclesia sic traditum tenet, ut hominem sine baptismo ad altare prorsus non possit admittere; rebaptizatum autem cum post paenitentiam liceat admitti, quid aliud ostenditur nisi eum baptismo non carere? si ergo Cyprianus, quos esse sine baptismo arbitrabatur, tamen propter unitatis uinculum ad ueniam pertinere praesumebat, potens est dominus per ipsum uinculum unitatis et pacis etiam rebaptizatis placari et eis, a quibus rebaptizati sunt, ex ipsa pacis conpensatione mitescere et omnia quae in errore commiserant delicta donare, offerentibus sacrificium caritatis quae cooperit multitudinem peccatorum, ut non adtendat quam multi eorum discessu uulnerati sint, sed quam plures eorum reditu liberati. in quo enim uinculo pacis credidit Cyprianus posse per misericordiam dei ab ecclesiae muneribus non separari eos, quos in ecclesiam sine baptismo existimabat admissos, in eodem uinculo pacis credimus per eandem misericordiam dei mereri ueniam posse rebaptizatos.

XV. 20. Ecclesia quippe catholica temporibus beati Cypriani et ante ipsum praeterito tempore aut rebaptizatos aut baptismum non habentes unitatis gremio continebat: aut illi aut illi salutem non nisi unitatis ipsius merito consecuti sunt. si enim non habebant baptismum qui ab haereticis ueniebant, sicut asserit Cyprianus, non recte admittebantur; et tamen eisdem ipse indulgentiam de domini misericordia propter unitatem

4 Ioh. 13, 10. 3, 5 14 cf. I Petr. 4, 8

7 cum *om. Kml* 10 unitatem *Vml*μ*ml*ς uinculum *in ras. m2 N* 11 dominus] *add.* inquid *Jm2* unitatis uinculum *v* 12 ex] ea *Kv* 15 peccatorem *Lml* adtendit *Lml* attendit *MN*μ multi (i *in ras.*) *L* 16 sunt *JLmlM* 20 credimus pacis *Lml* 21 posse ueniam *M* 22 et temporibus *v* 24 aut illi *semel M*μ 27 ammittebantur *Jml KLNml*β eis idem *L*

ecclesiae non desperauit. ita ergo, si habebant baptismum, non recte rebaptizabantur. quid itaque illos nisi eadem unitatis caritas adiuuabat, ut, quod in sacramento tractando latebat humanam infirmitatem, diuina misericordia non reputaret amantibus pacem? cur ergo, cum uestros rebaptizatos timetis, et illis et uobis salutis aditus inuidetis? fuit aliquando de baptismo dubitatio: qui diuersa senserunt in unitate manserunt. ea dubitatio procedente tempore perspecta ueritate sublata est: quaestio, quae nondum finita Cyprianum non deterruit ut recederet, uos finita ut redeatis inuitat. uenite ad catholicam concordantem, quam Cyprianus non deseruit fluctuantem. aut si uobis exemplum Cypriani iam displicet, qui communicauit eis, qui cum baptismate haereticorum recipiebantur, aperte dicens: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes,* quo itis, miseri, quid agitis? et uos ipsos fugite, quia inde processistis ubi ille permansit. si uero ei propter abundantiam caritatis et amorem fraternitatis et uinculum pacis nec sua peccata nec aliena obesse potuerunt, huc redite, ubi et nobis et uobis multo minus oberunt quae uestri finxerunt.

LIBER TERTIUS.

I. 1. Arbitror iam manifestum esse omnibus posse auctoritatem beati Cypriani ad retinendum uinculum pacis nulloque modo uiolandam unitatis ecclesiae saluberrimam caritatem

14 Cypr. sentent. episc. praef.

2 rebaptizabantur *Nm2* rebaptizantur *KNm1v* baptizabantur *JLβG* 3 adiuuat β*pr.* 4 diuinam *Lm1* 7 diuersas *Nm1* manserunt in unitate *Lm1* 8 praecedente β 14 a *om. Vm1ς* 15 istis *Mμς* 17 si] sit *Mm1μm1ς* habundantia *Vm1* habundantiam μς 19 obr*erunt (u *eras.*) *L* 20 finxerunt *JK add.* AMEN CONTULI *K* EXPLICIT LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER TERTIUS (DEO GRATIAS *add. K*) *JKLM* EXPLICIT LIB̄ SECUNDUS S̄C̄I AGUSTINI DE BAPTISMO. INCIPIT EIUSDĒ TERTIUS *N* AMEN. EXPLICIT DE BAPTISMO (BABT. ς) LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER TERTIUS (inc. lib. tert. *om. V*) *V*μς 23 nullo (*om.* que) *M*μς

magis pro nobis quam pro Donatistis esse proponendam. si enim Cypriani exemplo uti uoluerint ad rebaptizandos catholicos, quia ille censuit in catholica baptizandos haereticos, nos potius exemplo eius utimur, quo apertissime statuit a catholica communione id est a christianis toto terrarum orbe diffusis etiam malis et sacrilegis admissis nullo modo per separationem communionis esse recedendum, quandoquidem nec eos qui, ut eidem uidebatur, non baptizatos sacrilegos in communionem catholicam recipiebant, a iure communionis uoluit amouere dicens: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.*

II. 2. Uideo tamen quid adhuc a me possit inquiri, uidelicet ut respondeam uerisimilibus illis rationibus, quibus uel ante Agrippinus uel ipse Cyprianus uel illi, qui eis in Africa consenserunt, uel si forte aliqui ex transmarinis terris longeque discretis nullo quidem siue plenario siue saltem regionali concilio, sed epistulari conloquio commoti sunt, ut hoc esse faciendum putarent, quod et consuetudo ecclesiae pristina non habebat et postea catholicus orbis terrarum robustissima firmitate consensionis exclusit, ut, quod per disputationes eiusmodi in aliquorum mentes inrepere coeperat, de salute ueniens unitatis potentior ueritas et uniuersalis medicina sanaret. hunc itaque sermonem uideant quam securus adgrediar. si adsequi et ostendere non potuero, quomodo refellantur ea, quae de concilio Cypriani uel epistulis eius adfirmant, Christi baptismum per haereticos dari non posse, in ea ecclesia manebo securus,

10 Cypr. sentent. episc. praef.

1 donatis *L* 3 quia—haereticos *om. J* 4 eius exemplo *v* statuit a] statuta *Mm2* 5 orbe terrarum *KNv, cf.* toto terrarum orbe diffusam *p. 19, 13 et saepe alibi* 8 idem *Mm1ς m1* catholicam communionem *v* 9 recibiebant *L* amoueri *Nm2* 13 uirisimilibus *Nm1* 14 eis] ei *Mμ* 15 consenserint *Km2* si *abundat* 16 nulli *L* saltim *Jm2Mς m2* 17 epistolarum *Lm1* colloquio *LNm2* 19 habebant *Lm1* 22 hanc *Nm1* 23 uideant (nt *in ras.*) *K* 24 eostendere *Nm1* refallantur *L* 25 epistolas *L* 26 super *Km1* ea *JLVm2, om. cet. v, cf. p. 198, 21* ut dicere coeperam, in eius ecclesiae communione securi sumus

in cuius communione cum eis qui sibi non consenserant mansit ipse Cyprianus.

3. Quodsi dicunt propterea tunc illam catholicam ecclesiam fuisse, quia erant ibi pauci uel, si hoc putant, etiam multi, qui baptismum datum aput haereticos inprobabant et baptizabant eos qui inde ueniebant, quid ergo? ante Agrippinum, a quo ista coepit quasi noua ratio aduersus consuetudinem dimicans, numquid non erat ecclesia? quid denique? post Agrippinum, quando, nisi ad pristinam consuetudinem reditum esset, alterum moliri concilium non esset necesse Cypriano, numquid non erat ecclesia, quia talis per omnia consuetudo tenebatur, ut baptismus Christi non nisi Christi baptismus haberetur, etiamsi aput haereticos uel schismaticos datus fuisse probaretur? quodsi erat etiam tunc ecclesia et hereditas Christi non interrupta perierat, sed per omnes gentes augmenta capiens permanebat, tutissima ratio est in eadem consuetudine permanere, quae tunc bonos et malos una conplexione portabat. si autem non erat tunc ecclesia, quia sacrilegi haeretici sine baptismo recipiebantur et hoc uniuersali consuetudine tenebatur, unde Donatus apparuit, de qua terra germinauit, de quo mari emersit, de quo caelo cecidit? nos itaque, ut dicere coeperam, in eius ecclesiae communione securi sumus, per cuius uniuersitatem nunc id agitur, quod et ante Agrippinum et inter Agrippinum et Cyprianum per eius uniuersitatem similiter agebatur, et cuius uniuersitatem neque Agrippinus deseruit neque Cyprianus neque illi qui eis consenserant, quamuis aliter quam ceteri saperent, sed cum eis ipsis a quibus diuersa senserunt in eadem unitatis communione manserunt. ipsi autem considerent ubi sint, qui neque unde propagati sint possunt dicere,

4 potant *Nm1* 5 qui] *add.* per *J* et—ueniebant *om. Nm1* 10 moliri] meliori β*pr.* 12 *pr.* baptismum β*pr.* 14 ecclesia et] ecclesiae *Km1* 15 cupiens *Nm1* 16 per | quae (manere *om.*) *N* 18 tunc non erat *v* erant *L* 20 mare *L* 22 eius *om.* β*pr.* 23 id nunc *v* agryppinum (et inter Agrippinum *om.*) *J* 27 ceteris aparent *J* 29 *alt.* sint] sunt *JNVv*

si iam tunc ecclesiam recepti sine baptismo haeretici et schismatici communionis contagione perdiderant, neque ipsi Cypriano consentiunt. ille enim cum receptoribus haereticorum et schismaticorum ac per hoc cum etiam ipsis receptis manere se in communione professus est, isti autem propter nomen traditorum, quos in Africa infamauerunt et in transmarino iudicio non conuicerunt, se ab orbis terrarum communione separarunt, cum etiam si uera crimina obicerent multo sunt maiora scelera haeresum et schismatum. unde sine baptismo sicut sensit ipse uenientes et in catholicam communionem non per baptismum recepti non potuerunt maculare Cyprianum. neque in eo ipso, in quo se dicunt imitari Cyprianum, inueniunt quid respondeant de recepto baptismo Maximianistarum cum eis, quos ex eo numero, quos concilio suo plenario damnatos etiam terrenarum potestatum iudicio persecuti ⟨sunt⟩, in suam communionem in eodem ipso episcopatu in quo damnauerant reuocauerunt. quapropter si temporibus Cypriani perdidit ecclesiam malorum communio, non habent isti suae communionis originem. si autem non perdidit, non habent suae praecisionis aliquam defensionem, insuper nec exemplum Cypriani sectantes, quia unitatis uinculum dirruperunt, nec ipsum concilium, quia Maximianistarum baptismum receperunt.

III. 4. Nunc ergo nos manentes in exemplo Cypriani consideremus etiam concilium Cypriani. quid ait Cyprianus? *Audistis,* inquit, *collegae dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit consulens mediocritatem nostram de*

24 Cypr. sentent. episc. praef.

2 nec *Nm1* 4 ac] hac β*pr.* etiam cum *Mv* ipsos *Lm1* se *om. N* 6 affrica *L* 7 non *s. l. N* conuincerunt *Nm1* 8 multa *Km1Nm1* sunt] sint *JVv* 9 ipse sensit *v* 12 seducunt *Nm1* 13 percepto *Nm1* eo] eorum *Vv* 14 quod *Nm1* terrarum *Nm1* 15 postestatum *L* sunt *om. codd.* sunt persecuti *v* 16 damnauerunt β 17 ecclesia μς 19 suae *om.* β*pr.* 20 sectantur *v* 21 disruperunt *Jm2LNv* 23 in *om. N* 24 quod *M*μς 25 inquid *LNm1V* colligae *Nm1* episcopus *Nm1*

inlicito et profano haereticorum baptismo quidque ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel adque iterum et saepe censuimus haereticos ad ecclesiam uenientes ecclesiae baptismo baptizari et sanctificari oportere. item lectae sunt uobis et aliae Iubaiani litterae quibus pro sua sincera et religiosa deuotione ad epistulam nostram rescribens non tantum consensit, sed et instructum se esse gratias egit. his uerbis beati Cypriani accepimus eum a Iubaiano esse consultum et quod responderit consulenti et quod ille instructum se esse gratias egit. numquid iam pertinaces existimari debemus, si considerare uoluerimus eandem ipsam epistulam qua hoc Iubaiano persuasum est? donec enim persuadeatur et nobis, si hoc persuaderi ueris rationibus potest, securos nos de iure catholicae communionis facit ipse Cyprianus.

5. Sequitur enim et dicit: *superest ut de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus, neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.* non solum ergo mihi saluo iure communionis adhuc uerum quaerere sed etiam diuersum sentire concedit. *neque enim quisquam nostrum,* inquit, *episcopum se episcoporum constituit aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit.* quid mansuetius, quid humilius? nulla nos certe deterret auctoritas a quaerendo quid uerum sit. *quando habeat,* inquit, *omnis episcopus pro licentia libertatis et potestatis suae arbitrium proprium tamque iudicari ab alio non possit quam nec ipse potest alterum iudicare,* opinor utique in his quaestionibus quae nondum eliquatissima perspectione discussae sunt. nouerat

15. 19. 23 Cypr. sentent. episc. praef.

1 ei *om. M* rescripserim ei *v* 5 iuuaiani *K* iubiani *Nm1* 6 adeuotione *Vμςm1* 7 et] etiam *Cypr.* esse *om. Nm1* esse confessus *Cypr.* 8 a] ad *Nm1* iuuaiano *JK* (*passim per* u) 10 agit *Nm1* egerit *v* existimare *Mm1* 14 commotionis *J* 15 hac *om. Nm1* ipse *Lm1* quid singuli *v* 16 aut *om.* β*pr.* 17 aliquem—communionis *om. Nm1* 20 inquid *Nm1* se *om. J spatio relicto* 23 inquid *Nm1* omnes *L* 25 ab alio *om. Nm1* qua *L* 26 potest] possit *Cypr.* 27 perfectione *Nm1v*

enim, quantam sacramenti profunditatem tunc omnis ecclesia uaria disputatione uersabat, liberumque faciebat quaerendi arbitrium, ut examinata ueritas panderetur. neque enim mentiebatur et simpliciores collegas suos in uerbo capere cogitabat, ut, cum se diuersum sentire prodidissent, tunc contra quam promiserat excommunicandos esse censeret. absit ab anima tam sancta ista scelerata perfidia. qui hoc de tali uiro quasi cum eius laude sentiunt, nihil aliud quam se ipsos tales esse profitentur. ego Cyprianum, catholicum episcopum, catholicum martyrem et quanto magis magnus erat tanto se in omnibus humilantem, ut coram deo inueniret gratiam, nullo prorsus modo crediderim in sancto praesertim concilio collegarum aliud ore protulisse quam corde gestabat, praesertim cum addat et dicat: *sed expectemus uniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi qui unus et solus habet potestatem et praeponendi nos in ecclesiae suae gubernatione et de actu nostro iudicandi.* sub tanti ergo commemoratione iudicii uerum expectans audire a collegis prior eis mentiendi praeberet exemplum? auerterit deus hanc dementiam a quolibet christiano, quanto magis a Cypriano! habemus ergo quaerendi liberum arbitrium ipsius Cypriani nobis mitissimo et ueracissimo sermone concessum.

IIII. 6. Iam quidem incipiunt eius collegae proprias proferre sententias, sed ad Iubaianum datas litteras audierunt; recitatae sunt enim, sicut in exordio commemoratum est. et nobis ergo recitentur, ut nos quoque inde, quid sentiri oporteat, quantum dominus adiuuat indagemus. dicit forsitan quispiam: 'quid ergo? tu modo discis quid ad Iubaianum scripserit Cyprianus?' iam

10 cf. Eccli. 3, 20 14 Cypr. sentent. episc. praef.

2 -que *del. N* quaerendi faciebat *N* 4 suos *om. Vv* cogitabat] cupiebat *N* 5 prodidisset *M* 6 excommucandos *L* censerat *L* anime *Nm1* 11 humiliantem *Jm2LNm2βv* 12 concilio praesertim β 14 exspectemus *LN*μ 16 gubernationem *M*μς 17 exspectans *L*μ 19 deus *om. Nm1* 26 quod *J* sentire *Kv* 28 tua modo *Jm1* tu amodo *Jm2* discis *Km1Vm2G* dicis *cet. v* tam *J*

legi, fateor, et profecto issem in eandem sententiam, nisi me ad diligentiorem considerationem reuocaret tanta auctoritas aliorum, quos uel pares gratia doctrinae uel etiam fortasse doctiores per tot gentes Latinas Graecas barbaras et ipsam Hebraeam ecclesia toto orbe diffusa parere potuit, quae ipsum quoque pepererat, qui mihi nullo modo uideri potuerunt frustra noluisse istam tenere sententiam, non quia fieri non potuit ut in obscurissima quaestione uerius pluribus unus pauciue sentirent. sed quia non facile pro uno uel paucis aduersus innumerabiles eiusdem religionis et unitatis uiros et magno ingenio et uberi doctrina praeditos nisi pertractatis pro uiribus adque perspectis rebus ferenda sententia est. itaque sollicitius inquirenti quanta mihi etiam ipsius Cypriani litterae suggesserint pro hac sententia quam nunc ecclesia catholica tenet, ut Christi baptismus non ex merito eorum per quos datur, sed ex ipsius de quo dictum est: hic est qui baptizat agnoscendus et adprobandus sit, in progressu sermonis nostri res ipsa indicabit. arbitremur itaque iam illam epistulam quae ad Iubaianum ab eodem data est recitatam nobis, sicut in concilio recitata est. legat eam primo qui lecturus est haec quae dicturus sum, ne quid forte necessarium me subtraxisse arbitretur. nimis enim longum est nec ad explicationem susceptae rei pertinet, ut omnia uerba huius epistulae nunc commemorentur a nobis.

V. 7. Si quis autem quaerit, quid interim teneam dum ista pertracto, respondeo primum mihi Cypriani litteras suggessisse quod teneam, donec perspiciam quale sit quod coepit

16 Ioh. 1, 33

1 hissem *Vm1ς* in] ad *M* eadem *Nm1* sententia μς 3 partes *L* 4 dictiores *Nm1* 5 ebream *Nς* digfusa *Nm1* 7 tenere *om.* β 11 uberiori *JKm3L, cf. p. 19, 6* et acri ingenio praeditum et uberi eloquio 12 sollicitus β *pr.* 13 suggerint *Nm1* suggesserunt *μm1ςm1* 14 sen|tia *M* catholica *om. Nm1* 17 progressus *Nm1* nostri *om. Nm1* 18 iudicabit *NVm2ςm1* 20 *alt.* est *om. Km1* haec est *Lm1* 21 substraxisse *Km1* 23 huis *Jm1* 26 pertractato *Mμς* mihi *om. N* littera *L*

postea disputari. ait quippe ipse Cyprianus: sed dicit aliquis: quid ergo fiet de his qui in praeteritum de haeresi uenientes ad ecclesiam sine baptismo admissi sunt? utrum isti reuera sine baptismo fuerint an ideo sint admissi, quia illi qui admittebant eos habere baptismum intellegebant, mox considerabimus. uerumtamen quae soleret esse ecclesiae consuetudo, satis idem Cyprianus ostendit, qui ait in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissos.

8. Dicit etiam in ipso concilio Castus Siccensis: *Qui contempta ueritate praesumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est et malignus quibus ueritas reuelatur aut circa deum ingratus est cuius inspiratione ecclesia eius instruitur.* utrum ueritas reuelata sit, mox quaeremus; tamen aliam fuisse ecclesiae consuetudinem etiam iste confessus est.

VI. 9. Dicit et Libosus Uagensis: *In euangelio dominus ego sum, inquit, ueritas. non dixit: ego sum consuetudo. itaque ueritate manifestata cedat consuetudo ueritati.* plane quis dubitet ueritati manifestatae debere consuetudinem cedere? sed de manifestata ueritate uidebimus; nunc tamen et iste aliam fuisse consuetudinem manifestat.

VII. 10. Item Zosimus a Tarassa dixit: *Reuelatione facta ueritatis cedat error ueritati, quia et Petrus qui prius circumcidebat cessit Paulo ueritatem praedicanti.* noluit quidem iste dicere consuetudinem, sed errorem; uerumtamen cum dicit: *quia et Petrus qui prius circumcidebat cessit Paulo ueritatem*

1 Cypr. ep. 73, 23 10 Cypr. sentent. episc. 28 16 ibid. 30 17 Ioh. 14, 6 22. 26 Cypr. sentent. episc. 56

1 ipse *om. N* dicet *Vm2* 2 de his fiet *N* iis *v* 3 ad ecclesiam uenientes *Cypr., cf. lin. 8* 4 ammissi—baptismo *mg. K* reuera sine baptismo isti *v* 5 quia] qui *Nm1* qui *om. V* 6 considerauimus *Nm1Vm1*μς 7 esse *om. L* 10 in ipso *om. Nm1* contemta *JL* 13 est *om. Cypr.* 17 inquid *Nm1*ς 18 manifestata ueritate *N* 19 cedere] *desinit G* 20 manifestatam ueritatem *Jm1* mox uidebimus *v* 21 consuetudinem fuisse *v* 22 tarasse *Vm1*ς Tharassa *v Cypr.* 23 error] ergo *Nm1* prius *s. l.* μ prius *N*

praedicanti, satis indicat quod aliud etiam de baptismo fieri solebat. simul et ammonet nos non fuisse inpossibile, ut de baptismo Cyprianus aliquid aliter saperet quam ueritas postulabat, quae ab ecclesia et ante illum et post illum retenta est, si potuit aliquid etiam Petrus aliter sapere quod ueritas non habebat, quam Paulo apostolo doctore didicimus.

VIII. 11. Item Felix a Buslacceni dixit: *In haereticis sine ecclesiae baptismo admittendis nemo consuetudinem rationi et ueritati praeponat, quia consuetudinem ratio et ueritas semper excludit.* si ratio, si ueritas, optime. sed hoc mox uidebimus; interim aliam fuisse consuetudinem etiam uerbis huius apparet.

VIIII. 12. Item Honoratus a Tucca dixit: *Cum Christus ueritas sit, magis ueritatem quam consuetudinem sequi debemus.* his omnibus sententiis declaratur non extra ecclesiae communionem nos esse constitutos, donec ueritas quam dicunt huic consuetudini esse praeponendam liquide luxerit. si autem ueritas id aperuerit esse retinendum quod illa consuetudo praescripserat, manifestum erit nec illam frustra fuisse institutam adque roboratam et uigilantius etiam post istas disputationes tanti sacramenti saluberrimam obseruationem in ecclesia catholica non potuisse mutari, sed conciliorum etiam maiore robore confirmatam religiosissime custodiri.

X. 13. Scribit ergo ad Iubaianum Cyprianus de haereticorum baptismo, qui uidentur ei foris positi et extra ecclesiam con-

6 cf. Gal. 2, 11—14 7 Cypr. sentent. episc. 63 12 ibid. 77

1 solebat fieri *M* 2 admonet *LMNm2* 4 quae] et *add. μm1* 5 si] sicut *M* sic *Vm1μς* quod ueritas non] quam ueritas *v* 6 dicimus *L* 7 felix *s. l. L* Buslaceni *v* Buslacenis *Cypr.* 8 nemo] nono *L* 9 preponat qui consuetudinem rationi et ueritati preponat qui consuetudinem ratio et ueritas excludit semper (*tr.* semper excludit). Saratio (*sic*) *L* 10 obtime *Vς* 11 apparet huius *N* 12 Thucca *Cypr.* 16 liquidae *Jm1KNμ* liquida *Vm1* liquido *v* eluxerit *Vm2v* 17 aperuit *v* perscripserat β*pr.* 21 putari *J* sed ad *Nm1* maiori *v* 22 relegiosissime μ 23 scripsit β 24 baptismo *usque ad p. 207, 22* ut eum pro aucto- *desunt in V, uno folio deperdito* ei] eis *Km1*

stituti uindicare sibi rem nec iuris sui nec potestatis: quod nos, inquit, nec ratum possumus nec legitimum putare, quando hoc aput eos esse constet inlicitum. nec nos abnuimus, cum qui aput haereticos uel in aliquo schismate extra communionem ecclesiae baptizatur, non ei prodesse in quantum haereticorum et schismaticorum peruersitati consentit, nec illos qui baptizant, quamuis ipsum et uerum dent baptismi sacramentum, recte tamen facere extra ecclesiam colligere et contra ecclesiam sentire. sed aliud est non habere aliquid, aliud non iure habere uel inlicite usurpare. non itaque ideo non sunt sacramenta Christi et ecclesiae, quia eis inlicite utuntur non haeretici solum sed etiam omnes iniqui et impii. sed tamen illi corrigendi aut puniendi, illa uero agnoscenda et ueneranda sunt.

14. Dicit sane de hac re non unum, sed duo uel amplius facta esse concilia, sed tamen Africana. nam et in quodam septuaginta et unum episcopos fuisse commemorat, quorum omnium auctoritati uniuersae ecclesiae cum longe pluribus episcopis toto orbe diffusae auctoritatem non dubitamus cum ipsius Cypriani pace praeponere, cuius uniuersae ecclesiae ineuulsibile membrum se esse gaudebat.

15. Non est autem aqua profana et adultera super quam dei nomen inuocatur, etiamsi a profanis et adulteris inuocetur, quia nec ipsa creatura nec ipsum nomen adulterum est. baptismus uero Christi uerbis euangelicis consecratus et per adulteros et in adulteris sanctus est, quamuis illi sint inpudici et inmundi, quia ipsa eius sanctitas pollui non potest et sacramento suo diuina uirtus adsistit siue ad salutem bene utentium siue ad perniciem male utentium. an uero solis uel

1 Cypr. ep. 73, 1 15 cf. Cypr. ep. 73, 1 22 cf. Cypr. ep. 73, 1

cf. V 1 uindicari *Nml* 2 inquid *Nml* conputare *Cypr* 3 eos *om. Mmlμς* 4 cum *scripsi* eum *codd. v* aliqua *Mmlμς* 7 consensit *Nml* illis *Mml* 12 et impii *om. Kml* 16 esse] fuisse *Nml* affricana *L* 17 episcopatu *Nml* 18 in uniuersae *L* uniuersa *Nml* 21 se *om. J* 23 nomen dei *KMμν* inuocatur] inuocetur *Lml* 24 nomen ipsum *Lml* 29 pernetiem *L*

etiam lucernae lux, cum per caenosa diffunditur, nihil inde sordium contrahit, et baptismus Christi potest cuiusquam sceleribus inquinari? si enim ad ipsas res uisibiles quibus sacramenta tractantur animum conferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? si autem ad id quod per illas agitur, quis non uideat non posse corrumpi, quamuis homines per quos agitur pro suis moribus uel praemia percipiant uel poenas luant?

XI. 16. Recte autem non mouit Cyprianum, quod scripsit Iubaianus Nouatianenses rebaptizare eos qui ad se ex catholica uenirent. neque enim quidquid haeretici peruerse fuerint imitati propterea faciendum a catholicis non est, quia illi similiter faciunt; sed aliud est cur haeretici rebaptizare non debeant, aliud cur catholica. haeretici enim nec si in catholica faciendum esset facere deberent, quia hoc in catholicis non esse dicunt, quod ipsi cum ibi essent acceperunt et cum discederent abstulerunt. catholica uero propterea non debet iterare baptismum qui aput haereticos datus est, ne iudicare uideatur ipsorum esse quod Christi est aut eos non habere, quod intus cum acciperent amittere utique foras exeundo non possent. hoc enim etiam ipse Cyprianus cum ceteris statuit, ut, si ab haeresibus redirent ad ecclesiam quicumque in ea fuerant baptizati, non iam per baptismum sed per paenitentiam reciperentur. unde constat eos non posse amittere recedentes quod non recipiunt remeantes. non autem, sicut haeresis ipsorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium dissensionis ipsorum est, sic etiam baptismus qui Christi est dici debet ipsorum. itaque cum illa ipsorum mala quando redeunt corri-

9 cf. Cypr. ep. 73, 2 20 cf. Cypr. sentent. episc. 8 extr.

def. V 1 cenosa *Mμς* 5 illos *Lm1* 6 non *om. Mm1μ* 9 nouatianensis *N* 13 *pr.* catholica] catholicam *Mm1μ* catholici *Jm2Mm2* haeretici] *add.* re *L* 14 deberet *Jm1* in catholicis hoc *v* 19 acceperint *Nv* ammittere *L* possunt *Jm1Mv* 20 ipse etiam *v* 21 fuerant in ea *v* fuerint *L* 22 receperentur *Lm1* 23 ude *Lm1* non posse *om. L* 24 remanentes *Mμς* 25 terror *Nm1* sagrilegium *N* 26 ipsorum est. sicut error ipsorum est sic etiam *L* qui *om. L* 27 mala ipsorum *v*

guntur, in eo quod ipsorum non est ille agnoscendus est cuius est.

XII. 17. Ideo autem non se nouam aut repentinam rem statuisse beatus Cyprianus ostendit, quia sub Agrippino fieri iam coeperat. anni sunt, inquit, multi et longa aetas ex quo sub Agrippino bonae memoriae uiro conuenientes episcopi plurimi hoc statuerunt. proinde ab ipso Agrippino res noua facta est. quomodo autem dicat: adque exinde in hodiernum tot milia haereticorum in prouinciis nostris ad ecclesiam conuersi non aspernati sunt neque cunctati, immo et rationabiliter et libenter amplexi sunt, ut lauacri uitalis et salutaris baptismi gratiam consequerentur, non uideo, nisi forte hoc dicat 'exinde in hodiernum', quia nulla de illis, ex quo in ecclesia per Agrippini concilium baptizati sunt, quaestio alicuius excommunicationis exorta est. ceterum si permanebat ab Agrippino usque ad Cyprianum consuetudo baptizandi ab haereticis uenientes, ut quid facta sunt a Cypriano de hac re concilia? ut quid eidem Iubaiano dicit non se rem nouam facere aut repentinam, sed ab Agrippino institutam? cur enim Iubaianus de nouitate turbaretur, ut eum per auctoritatem Agrippini sanari oporteret, si ab Agrippino usque ad Cyprianum hoc tenebat ecclesia? cur denique tot eius collegae in concilio dixerunt rationem et ueritatem consuetudini praeponendam ac non potius dixerunt eos, qui aliud facere uellent, et contra ueritatem et contra consuetudinem facere?

XIII. 18. De remissione autem peccatorum, utrum per baptis-

5 Cypr. ep. 73, 3 9 ibid.

V 1 est agnoscendus *v* *alt.* est *om. M*μς 5 sint *Cypr.* inquid *Km1Nm1*ς 7 conuenientes in unum *Cypr.* statuerint *Cypr.* 8 ab ipso *om. Km1* 11 sint *Cypr.* 12 sunt *Jm2Mv* sint *cet. Cypr.* 13 non sequerentur *J* 17 ab *om. Mm1*μς 19 eidem* *K* 20 ab Agrippino] agrippinus *L* 21 constitutam *v* enim] denique *L* 22 pro auctoritate β -ritate agrippini] *pergit V* 28 remissionem μς

mum aput haereticos fiat, quid mihi uideretur iam in alio uolumine scripsi; sed etiam hic breuiter commemoro. si fit illic remissio debitorum per baptismi sanctitatem, rursus debita redeunt per haeresis aut schismatis obstinationem, et ideo necessarium habent huiusmodi homines uenire ad catholicam pacem, ut haeretici et schismatici esse iam desinant et eorum quae in illos redierant peccatorum purgationem in unitatis uinculo caritate operante mereantur. si autem, quamuis aput haereticos uel schismaticos idem sit baptismus Christi, non tamen ibi operatur remissionem peccatorum propter eandem discordiae foeditatem et dissensionis iniquitatem, tunc incipit ualere idem baptismus ad dimittenda peccata, cum ad ecclesiae pacem uenerint, ut uere dimissa non retineantur neque ut ille baptismus quasi alienus aut alius inprobetur, ut alter tradatur, sed ut idem ipse, qui propter discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus operetur salutem. idem quippe odor erat de quo dicit apostolus: Christi bonus odor sumus in omni loco, et tamen: et in his qui salui fiunt, inquit, et in his qui pereunt aliis quidem odor uitae in uitam, aliis autem odor mortis in mortem. quod etsi de alia re dixit, ad hoc ego posui, ut intellegatur aliquod bonum non solum uitam posse operari bene utentibus, sed etiam mortem male utentibus.

XIIII. 19. Nec interest, cum de sacramenti integritate et sanctitate tractatur, quid credat et quali fide imbutus sit ille qui accipit sacramentum. interest quidem plurimum ad salutis uiam, sed ad sacramenti quaestionem nihil interest. fieri enim potest ut homo integrum habeat sacramentum et peruersam fidem, sicut fieri potest ut integra teneat uerba symboli et

1 lib. I c. 11 sqq. 17 II Cor. 2, 15—16

1 iam *om. V* in alio iam *Kv* 2 **si *N* 3 peccatorum *Kml* 4 schismaticis *Jml* 6 iam esse *L* 12 ecclesia *Vmlμς* 13 ut] non ut iam *v* 14 *alt.* ut] aut *Vμς* 18 sumus deo *μml* *alt.* et *om. Lβpr.* iis *v* qui salui—in his *om. J* 19 inquid *Nml* iis *v* 21 de *om. Nml* 23 mala *Nml* 25 quale *Vmlμς* 29 ut *om. Nml*

tamen non recte credat siue de ipsa trinitate siue de resurrectione uel aliquid aliud. neque enim parua res est in ipsa intus catholica tenere integram fidem, ita ut omnino non de aliqua creatura, sed de ipso deo nihil aliter credat quam ueritas habet. numquidnam ergo, si in ipsa catholica baptizatus postea legendo audiendo et pacifice disserendo ipso domino reuelante cognouerit aliter se antea credidisse quam debuit, denuo baptizandus est? quis autem carnalis et animalis homo non per phantasmata sui cordis euagetur et constituat sibi deum, qualis ei pro suo carnali sensu placuerit, adque ita credat tantum longe aliter quam deus est, quantum a ueritate uanitas differt? uerissimam quippe sententiam dixit apostolus plenus lumine ueritatis: animalis, inquit, homo non percipit quae sunt spiritus dei. et tamen de his hoc dicebat, quos iam fuisse baptizatos ipse manifestat. eis enim dicit: numquid Paulus crucifixus est pro uobis aut in nomine Pauli baptizati estis? habebant ergo isti baptismi sacramentum, et tamen carnaliter sapiendo quid poterant de deo credere nisi secundum sensum carnis suae, ubi animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei? talibus dicit: non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. quasi paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis. sed nec adhuc quidem potestis; adhuc enim estis carnales. tales etiam circumferuntur omni uento doctrinae de quibus dicit: ut ultra non simus paruuli, iactati et circumlati omni uento doctrinae. numquid ergo isti, si profecerint usque ad spiritalem hominis interioris aetatem et intellegentiae sinceritate cognouerint, quam longe

13. 19 I Cor. 2, 14 16 I Cor. 1, 13 21 I Cor. 3, 1—3 26 Eph. 4, 14

5 ego *Nm1* 6 audiendo *om. L* 7 se ante *Mμm2ς* ante se *μm1* 8 autem] *add.* nisi *Nm2* 9 non *om. N* fantasmata *LMμ* fantasma *N* cordis sui *v* 10 sensu carnali *Vv* 13 inquid *Nm1* 22 paruolis *Nm1* 24 nec] ne *Vm2* 26 quibus] qualibus *v* paruoli *Nm1* 28 si *s. l. J*

aliter per fallaciam suorum phantasmatum de deo crediderint quam ueritas postulabat, iterum baptizandi sunt? sic etiam fieri potest, ut in alicuius haeretici librum catechumenus catholicus incidat et a ueritate nesciens discernere errorem credat aliquid contra catholicam fidem, cui tamen errori uerba symboli non repugnant; sub eisdem quippe uerbis innumerabiles haereticorum errores exorti sunt. putans ergo iste catholici alicuius magni adque docti esse illum librum, si talia credens in catholica baptizetur et posteriore diligentia cognoscat, quemadmodum credere debeat, adque arrepta fide catholica illud ex animo respuat, numquid, si hoc confessus fuerit, denuo baptizandus est? aut si, antequam discat et confiteatur, hoc sentire inueniatur et quid abicere debeat quidue credere doceatur manifestumque fiat in ea falsitate fidei baptizatum fuisse, numquid denuo baptizandus est? quid ita? quia illa sanctitas sacramenti uerbis euangelicis consecrata super eum integra permanebat, sicut eam traditam acceperat, quamuis ipse in carnalis mentis uanitate constitutus aliud cum baptizaretur crederet quam credere debuisset. quapropter manifestum est fieri posse, ut fide non integra integrum in quoquam maneat baptismi sacramentum. et ideo illa, quae de diuersorum haereticorum uarietate dicuntur, ad istam quaestionem non pertinent. illud enim in quoque corrigendum est, quod ille per quem corrigitur prauum esse perspexerit, illud sanandum est quod aegrotat, illud dandum est quod non habetur et maxime caritas pacis, sine qua cetera prodesse non possunt. sed tamen cum adsunt non quasi desint tradenda sunt, sed ut fructuose et non perniciose habeantur, per ipsum uinculum pacis et eminentiam caritatis agendum est.

1 fantasmatum *Mμ* 3 cathecumenus *JNm1* cathicuminus *L* cathecuminus *Nm2*β catholicus catechumenus *v* 5 certamen *Nm1* 9 post errorem *J* posteriori *M* 15 quid] non *Jm2* 17 manebat *v* traditum *Nm1* 20 in quoquam] inquam *N* 22 non *om.* β *pr.* 23 unoquoque *Nm2Vm2v* 25 egrotat—quod *s. l. K* 27 quasi] quia *J*

XV. 20. Quamobrem si euangelicis uerbis in nomine patris et filii et spiritus sancti Marcion baptismum consecrabat, integrum erat sacramentum, quamuis eius fides sub eisdem uerbis aliud opinantis, quam catholica ueritas docet, non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. nam sub isdem uerbis, id est in nomine patris et filii et spiritus sancti, non solum Marcion aut Ualentinus aut Arrius aut Eunomius, sed ipsi carnales paruuli ecclesiae, quibus dicebat apostolus: non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, si possent diligenter singuli interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis quot homines numerarentur. animalis enim homo non percipit quae sunt spiritus dei. numquid tamen ideo non integrum sacramentum accipiunt aut numquid ideo, si profecerint et opinionum carnalium uanitatem emendauerint, denuo quod acceperant repetendum est? accipit quisque secundum fidem suam, sed quantum capit gubernante illa misericordia dei, de qua praesumens idem apostolus dicit: si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelabit. laquei tamen haereticorum et schismaticorum propterea carnalibus nimium perniciosi sunt, quia ipse prouectus eorum intercluditur confirmata sententia uanitatis aduersus catholicam ueritatem et confirmata animositate dissensionis aduersus catholicam pacem. sacramenta tamen, si eadem sunt, ubique sunt integra, etiamsi praue intelleguntur et discordiose tractantur, sicut scriptura ipsius euangelii, si eadem ipsa est, ubique integra est, etiamsi innumerabili falsarum opinionum uarietate adseratur. nam quod ait Hieremias:

1. 6 Matth. 28, 19 9 I Cor. 3, 1 12 I Cor. 2, 14 16 cf. Matth. 9, 29 18 Phil. 3, 15

2 fili *Km1, item lin. 6* 3 eisdem] eiusdem *Mm1ς* 4 esse *J* 5 si sub *KL fort. recte, cf. index 'stili errata'* hisdem *JKLMμς* eisdem *Nv* 7 arius *Mv* 8 eunonius *Jm1* paruoli *Nm1* 10 singuli diligenter *v* 11 oppinionum *L* opinationum *N* quod *JKLm1Mm1Nm1μς* 12 numerentur *J* 14 proficerint *Mm1* 15 emendauerunt *Nm1* quid *Nm1* 16 fidem *om.* β*pr.* 17 ille *Nm1* illum *Nm2* 19 reuelauit *M* 24 integra sunt *v*

ut quid qui contristant me praeualent? plaga mea solida est: unde sanabor? dum fit, facta est mihi sicut aqua mendax non habens fidem, si figurate adque allegorica locutione prophetiae nusquam poneretur aqua nisi quae baptismum significaret, laboraremus quaerere, quid sibi uelint haec uerba Hieremiae. nunc autem, cum apertissime in Apocalypsi exponantur aquae pro populis positae, cur non intellegam aquam mendacem et sine fide populum mendacem ac perfidum nescio.

XVI. 21. Spiritus autem sanctus quod in sola catholica per manus inpositionem dari dicitur, nimirum hoc intellegi maiores nostri uoluerunt quod apostolus ait: quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. ipsa est enim caritas, quam non habent qui ab ecclesiae catholicae communione praecisi sunt, ac per hoc, etiamsi linguis hominum et angelorum loquantur, si sciant omnia sacramenta et omnem scientiam et si habeant omnem prophetiam et omnem fidem ita ut montes transferant et distribuant omnia sua pauperibus et tradant corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest. non autem habet dei caritatem, qui ecclesiae non diligit unitatem, ac per hoc recte intellegitur dici non accipi nisi in catholica spiritus sanctus. neque enim temporalibus et sensibilibus miraculis adtestantibus per manus inpositionem modo datur spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei et ecclesiae primordia dilatanda. quis enim nunc hoc expectat,

1 Hier. 15, 18 7 cf. Apoc. 17, 15 12 Rom. 5, 5 16 cf. I Cor. 13, 1—3

1 quid qui] quid *J* quicquid *Mm1Vm1* quidquid μς quicquid qui *Mm2* me] me qui *Jm2* 2 fiat *Km1* 3 fugurate *Nm1* 4 alligorica *J* loquutione *JK*μς profetiaę *N* 5 laboramus *J* laboremus *L* 7 apocalippsi *Nm1* apocalipsi *Nm2V* 8 et—mendacem *s. l. K* 9 ac *om. J* 11 dicitur dari *Lm1* 16 linquis *Nm1* hominum loquar et *Nm1* loquantur et angelorum *Lm1* 20 prode est μ*m2*ς*m1* 21 habent *Nv* diligunt *NVv* 25 commodationem β*pr.* 26 exspectat μ

ut hi, quibus manus ad accipiendum sanctum spiritum inponitur, repente incipiant linguis loqui? sed inuisibiliter et latenter intellegitur propter uinculum pacis eorum cordibus diuina caritas inspirari, ut possint dicere: quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. multae autem sunt operationes spiritus sancti, quas idem apostolus cum quodam loco quantum sufficere arbitratus est commemorasset, ita conclusit: omnia autem haec operatur unus adque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult. cum ergo aliud sit sacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit, aliud operatio spiritus, quae in malis etiam hominibus fieri solet, sicut Saul habuit prophetiam, aliud operatio eiusdem spiritus, quam nisi boni habere non possunt, sicut est finis praecepti caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, quodlibet haeretici et schismatici accipiant, caritas quae cooperit multitudinem peccatorum proprium donum est catholicae unitatis et pacis nec eius in omnibus, quia nec omnes sunt eius, sicut suo loco uidebimus. praeter ipsam tamen esse illa caritas non potest, sine qua cetera, etiamsi agnosci et adprobari possunt, prodesse tamen et liberare non possunt. manus autem inpositio non sicut baptismus repeti non potest. quid est enim aliud nisi oratio super hominem?

XVII. 22. Nam quod in typo unitatis Petro dominus dedit potestatem, ut id solueretur in terris quod ille soluisset, manifestum est quod illa unitas etiam una columba perfecta sit dicta. numquid ergo ad eandem columbam pertinent omnes

4 Rom. 5, 5 7 cf. I Cor. 12, 8—10 8 I Cor. 12, 11 11 cf. Act. 8, 13 13 cf. I Reg. 10, 6. 10 14 cf. I Tim. 1, 5 16 cf. I Petr. 4, 8 25 cf. Matth. 16, 19. Cypr. ep. 73, 7 26 cf. Cant. 6, 8

1 hii *K*ς ii *v* spiritum sanctum *JN*β*v* 2 linquis *Nm1* 3 propter] pro *Mm1*μς per *Mm2* 6 operationes sunt *N* 10 propria] pro *Vm1*ς*m1*, *del.* ς, *om. M*μ 11 sit aliud *v* 12 operatio] prophetiae *J; in K* operatio *del. et in mg. manu glossatoris adscript.* prophetiae hominibus etiam *v* 13 et sicut *J* 15 boni *Nm1* 19 eius sunt omnes *v* 21 prode esse μς*m2* prode est ς*m1* 22 baptismum β

auari, de quibus in eadem catholica grauiter idem Cyprianus ingemuit? nam, ut opinor, raptores non columbae, sed accipitres dici possunt. quomodo ergo baptizabant, qui fundos insidiosis fraudibus rapiebant et usuris multiplicantibus faenus augebant, si sola illa columba, id est illa unitas quae nisi in bonis intellegi non potest, simplex et casta et perfecta baptizat? an forte per orationes sanctorum spiritalium, qui sunt in ecclesia, tamquam per columbae creberrimum gemitum magnum geritur sacramentum et occulta dispensatio misericordiae dei, ut eorum etiam peccata soluantur, qui non per columbam, sed per accipitrem baptizantur, si ad illud sacramentum cum pace catholicae unitatis accedunt? quod si ita est, cur non ergo per eorum orationes, cum quisque ab haeresi aut schismate ad pacem catholicam uenit, eius peccata soluuntur? sacramenti autem integritas ubique cognoscitur, sed ad peccatorum illam inreuocabilem remissionem extra unitatem ecclesiae non ualebit nec in haeresi aut schismate constitutum sanctorum orationes, id est illius unicae columbae gemitus, poterunt adiuuare, sicut nec intus positum possunt, si aduersum se ipse per uitam pessimam teneat debita peccatorum, non solum si per accipitrem, sed etiam si per ipsius columbae pium ministerium baptizetur.

XVIII. 23. Sicut misit me, inquit, pater, et ego mitto uos. hoc cum dixisset, inspirauit et ait illis: accipite spiritum sanctum. si cuius remiseritis peccata remittentur illi, si cuius tenueritis tenebuntur illi. ergo si personam gerebant ecclesiae et sic eis hoc dictum est, tamquam ipsi ecclesiae diceretur, pax ecclesiae

3 cf. Cypr. de lapsis c. 6 23 Ioh. 20, 21—23. Cypr. ep. 73, 7

1 eandem *Mm1Vμ* catholicam *V* 3 baptizant *N* 4 foenus *N* fenus *Mμϛν* 6 potes *μ* 11 illud *ex* illum *Km1* 18 potuerunt *Lm1* 20 debiti *Jm1* 21 si *om.* β *pr.* 23 inquid *Nm1Vϛ* pater inquit *L* 26 remittuntur *Lβ* illi *om.* β tenebunt *V* 27 illi *s. l. J, om. v Cypr.* ge.rebant *N* et *in mg. K* 28 dictum (t *s. l.*, t *et* u *in ras.*) *K*

dimittit peccata et ab ecclesiae pace alienatio tenet peccata non secundum arbitrium hominum, sed secundum arbitrium dei et orationes sanctorum spiritalium, qui omnia iudicant, ipsi autem a nemine diiudicantur. petra enim tenet, petra dimittit; columba tenet, columba dimittit; unitas tenet, unitas dimittit. pax autem huius unitatis in solis bonis est uel iam spiritalibus uel ad spiritalia concordi oboedientia proficientibus; in malis autem non est, siue foris tumultuentur siue intus cum gemitu tolerentur et baptizent et baptizentur. sicut autem isti, qui intus cum gemitu tolerantur, quamuis ad eandem columbae unitatem et ad illam gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi non pertineant, tamen, si corrigantur et se pessimos ad baptismum accessisse fateantur, non rebaptizantur, sed incipiunt ad columbam pertinere, per cuius eis gemitus peccata soluuntur, a cuius pace alienatis tenebantur, sic et qui apertius foris sunt, si eadem sacramenta sumpserunt, cum correcti ad ecclesiae ueniunt unitatem, non iterato baptismo, sed eadem caritatis lege et unitatis uinculo liberantur. nam si non nisi in ecclesia praepositis et euangelica lege ac dominica ordinatione fundatis licet baptizare, numquid tales erant, qui fundos insidiosis fraudibus rapiebant et usuris multiplicantibus faenus augebant? arbitror enim, quia illi dominica ordinatione fundati sint, quibus cum formam daret apostolus ait: non auarum, non turpilucrum. tales tamen ipsius Cypriani temporibus baptizabant, quos coepiscopos suos fuisse cum magno gemitu confitetur et cum magna tolerantiae mercede perpetitur. remissam tamen peccatorum non dabant,

3 cf. I Cor. 2, 15 11 cf. Eph. 5, 27 19 cf. Cypr. ep. 73, 7 21 cf. Cypr. de lapsis c. 6 24 Tit. 1, 7

3 orationem *J* 4 iudicantur *Lβv* 6 **iam *N* 9 baptizant *N* baptizantur *Nm1* baptizetur *Mm1μς* 11 ad *om. Mμς* 12 aliquid *om. L* huiusmodi *Nv* 13 se pessimos] sae(se-)pissimos *βpr.* 15 eis *om. NVv* alienati *Nm2* 17 sumserunt *JKς* correpti *Mμς* 18 eadem] eodem *Jm2* eam *L* 19 ecclesiae *N* 20 oratione *βpr.* 21 *usuris *N* 22 foenus *Nm2* 23 sunt *Kβv* 25 episcopos *V*

quae per orationes sanctorum, id est per columbae gemitus datur, quicumque baptizet, si ad eius pacem illi pertinent quibus datur. non enim raptoribus et faeneratoribus diceret dominus: si cui dimiseritis peccata dimittentur illi, si cui tenueritis tenebuntur. foris quidem nec ligari aliquid potest nec solui, ubi non sit qui aut ligare possit aut soluere, sed soluitur qui cum columba fecerit pacem et ligatur qui cum columba non habet pacem, siue aperte foris sit siue intus esse uideatur.

24. Dathan uero et Abiron, qui sibi sacrificandi licentiam usurpare conati sunt contra unitatem populi dei, et filii Aaron, qui alienum ignem altari inposuerunt, nouimus quod inpune non fecerint. nec nos talia scelera dicimus inpunita remanere nisi se tales correxerint, si patientia dei ad paenitentiam adducens tempus corrigendi largitur.

XVIIII. 25. Illi sane, qui propterea dicunt non esse iterandum baptismum, quia manus tantummodo inposita est eis quos Philippus diaconus baptizauerat, nihil ad rem pertinens dicunt, et absit ut, cum uerum quaerimus, talibus argumentis utamur. quapropter magis haereticis non cedimus, si, quod habent de Christi ecclesia, non esse dicamus ipsorum nec propter scelera desertorum imperatoris nostri signa nolimus agnoscere; magis, quia dominus deus noster deus zelans est, quidquid eius aput aliquem agnoscimus, nullo modo ei concedamus, ut suum proprium esse arbitretur. ipse certe deus zelans fornicanti a se feminae in figura praeuaricatricis plebis

4 Ioh. 20, 23 5 cf. Cypr. ep. 73, 7 extr. 10 cf. Num. 16. cf. Cypr. ep. 73, 8 11 cf. Leu. 10, 1—2 16 cap. 19] cf. Cypr. ep. 73, 9—10 18 cf. Act. 8, 5—17 23 cf. Deut. 4, 24 26 cf. Os. 8, 9

1 orationem *L* sanctorum] suam *L* 3 fęnatoribus *L* 4 dimittuntur *JLβ* 9 uideantur *Lm1* 10 et] Chore et *Kv, cf. ep. 87, 4:* Dathan et Abiron hiatu terrae deuoratos abyron *JKLVμς* licentiam sacrificandi *v* 11 fili *Jm1Kς* 13 alia *Mμς* 14 se *om. V* sapientia *J* 16 illa β *pr.* illi qui sane qui *Km1* 18 phylippus μ baptizaret *Nm1* 19 et *om. Nm1* 20 non cedimus] concedimus *L* 24 ei *s. l.* μ 26 zelans *om. J* fornicantiam se *L*

exprobrat et dicit, quod ea quae ipsius essent dabat amatoribus suis et ab eis rursus accipiebat quae non illorum, sed ipsius erant. inter adulteram feminam et adulteros amatores dona sua tamen deus tamquam zelans iratus agnoscit. et nos haereticorum esse baptismum dicimus uerbis euangelicis consecratum, commoti factis eorum etiam quae dei sunt eis tribuere uolumus, quasi ea contaminare potuerunt aut propterea sua facere quae dei sunt, quia ipsi dei esse noluerunt?

26. Quae est illa mulier adultera, quam Osee propheta designat, quae dixit: ibo post amatores meos, qui mihi dant panes meos et aquam meam, uestes meas et linteamina mea et uniuersa quae mihi condecent? licet quidem hoc et de praeuaricatrice Iudaeorum gente intellegere. sed tamen quos alios imitantur pseudochristiani — hoc enim sunt omnes haeretici et schismatici — nisi pseudoisrahelitas? erant enim et ueri Israhelitae, sicut ipse dominus Nathanaheli perhibet testimonium dicens: ecce uere Israhelita, in quo dolus non est. qui sunt autem ueri christiani nisi de quibus idem dominus dicit: qui diligit me, mandata mea custodit? quid est autem custodire mandata eius nisi in dilectione persistere? unde etiam dicit: mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis, et iterum: in hoc scient omnes quia discipuli mei estis, si uos inuicem dilexeritis. quis autem dubitet non eis solis dictum, qui tunc per eius carnem uerba praesentis audiebant, sed et eis, qui nunc per euangelium sedentis in caelo uerba cognoscunt? ille enim uenit non legem soluere, sed implere. plenitudo autem legis caritas, qua multum uiguit Cyprianus, ut de baptismo aliud sentiens non

10 Os. 2, 5 17 Ioh. 1, 48 19 Ioh. 14, 21 21 Ioh. 13, 34 23 ibid. 35 27 cf. Matth. 5, 17 28 cf. Rom. 13, 10

1 exprobat *Nml* 7 potuerint *Mm2v* 9 oseę *L* 10 ibi *Lml* 13 quidam *N* gente iudaeorum *M* 16 uere *Kml* 17 nathanaeli *N* natanaheli *Vς* 18 uere *Jml*Lμς 19 idem *om. N* 23 mei discipuli *v* 24 dubitet et *JKml* 29 aliud de baptismo *v*

tamen desereret unitatem et esset in uite dominica radicatum sarmentum fructuosum, quod etiam ferro passionis purgaret caelestis agricola, ut maiorem fructum daret. huius autem fraternae caritatis inimici, siue aperte foris sint siue intus esse uideantur, pseudochristiani sunt et antichristi. inuentis enim occasionibus foras exeunt, sicut scriptum est: occasiones quaerit qui uult discedere ab amicis. sed etiam si occasiones desint, cum intus uidentur, ab illa inuisibili caritatis conpage separati sunt. unde Iohannes dicit: ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. non ait, quod exeundo alieni facti sunt, sed quod alieni erant, propter hoc eos exisse declarauit. dicit et apostolus de quibusdam, qui circa ueritatem aberrauerant et fidem quorundam subuertebant, quorum sermo ut cancer serpiebat, quos cum euitandos esse diceret, in una tamen domo magna eos fuisse significat, sed tamquam uasa in contumeliam, credo quod nondum foras exierant. aut si iam exierant, quomodo eos dicit in eadem magna domo cum uasis honorabilibus, nisi forte propter ipsa sacramenta, quae separatis etiam haereticorum conuenticulis non mutata sunt, ad unam magnam domum dicit omnes, sed diuersis meritis pertinere, alios in honorem, alios in contumeliam? sic enim loquitur ad Timotheum scribens: profanas autem uerborum nouitates euita; multum enim proficient ad impietatem, et sermo eorum sicut cancer serpit. ex quibus est Hymenaeus et Filetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, et fidem quorun-

3 cf. Ioh. 15, 1—5 7 Prou. 18, 1 10 I Ioh. 2, 19 23 II Tim. 2, 16—21

1 esse *Nm1* 2 sacramentum β*pr.* 4 sunt *M*μ 5 pseudochristiane *Nm1* anticristi *V*ς 6 occa•sionibus *N* 10 ex nobis erant *v* 12 sint *Jm2L* 13 exisse declarauit exisse *Nm1* declarauit exisse *Nm2* apostolus Paulus *v* 15 serpebat *Jm2KVm2*μ*m2v*, *cf. Roensch, It.*² *p. 286* 16 dicebat *Nm1* 17 in in *J* 21 sunt *om. Jm1* 23 ad] at *Nm1* 26 serpiit *L* hymeneus *codd.*

dam subuertunt. firmum autem fundamentum dei stat, habens signaculum hoc: nouit dominus qui sunt eius, et recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini. in magna autem domo non tantum aurea uasa sunt uel argentea, sed et lignea et fictilia. et alia quidem sunt in honorem, alia uero in contumeliam. si quis ergo emundauerit semet ipsum ab istiusmodi, erit uas in honorem sanctificatum, utile domino, ad omne opus bonum paratum. quid est autem mundare semet ipsum a talibus nisi quod paulo ante dixit: recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini? et ne quisquam putaret tamquam in una domo magna perire se posse cum talibus, uigilantissime praedixit: nouit dominus qui sunt eius, eos uidelicet qui recedendo ab iniquitate se mundant a uasis factis in contumeliam, ne cum ipsis pereânt quos in domo magna tolerare coguntur.

27. Mali ergo et facinerosi carnales animales diabolici a seductoribus suis sibi dari arbitrantur, quae non nisi munera dei sunt, siue sacramenta siue spiritales aliquas operationes circa praesentem salutem. non autem habent isti caritatem in deum, sed circa eos occupati sunt quorum superbia seducuntur, et conparantur fornicanti mulieri, quam propheta commemorat dicentem: ibo post amatores meos, qui mihi dant panes meos et aquam meam, uestes meas et linteamina mea et oleum meum et uniuersa quae mihi condecent. sic enim fiunt haereses et schismata, cum dicit plebs carnalis quae in caritate dei fundata non est: ibo post amatores meos, cum quibus utique siue per fidei corrup-

24 Os. 2, 5

3 recedet *Nm2* 4 tantum] solum *v* 6 in honorem sunt *L* 10 autem] et *Vm2*, *om. MVm1*μ mandare *Nm1* 11 recedet *Nm2* 15 a *om. M*μς 16 fictis *L* 18 facinorosi *MNVv* 19 dari *s. l. K* 23 commemorabat μ*m1* 24 dicens *Nm1* 25 meas] meos *Nm1* 28 ples carnales *Nm1*

tionem siue per elationem superbiae turpiter fornicatur. sed propter eos, qui passi difficultates et angustias et interclusiones in uanis ratiocinationibus eorum, a quibus seducuntur, conpunguntur timoribus et redeunt ad uiam pacis et quaerendum sinceriter deum, ideo sequitur et dicit: propterea ecce ego saepio sudibus uiam illius et aedificabo in uia ipsius spinas et tramitem suum non inueniet. et persequetur amatores suos nec eos adprehendet, et requiret eos nec inueniet illos et dicet: ibo et reuertar ad uirum meum pristinum, quia bene tunc mihi fuit quam nunc. deinde, ne putentur illa quae seductores habent integra et de ueritatis doctrina uenientia, per quae seducunt ad falsitates dogmatum et dissensionum suarum, ne illa ergo quae habent integra ipsorum putentur, addidit continuo: et haec non cognouit, quod ego ei dederim frumentum et uinum, et oleum et pecuniam multiplicaui illi. ipsa uero fecit aurea et argentea Bahal. dixerat enim superius: ibo post amatores meos, qui mihi dant panes meos et cetera, non utique intellegens haec dei esse, non hominum, quaecumque etiam seductores integra et legitima tenent. nec ea sibi etiam ipsi arrogarent et quasi propria uindicarent, nisi a plebibus seductis uicissim seducerentur, cum eis creditur et tales honores deferuntur, ut per eos habeant potestatem talia dicendi et sibi talia uindicandi, ut error eorum ueritas appelletur et scelus eorum iustitia putetur propter sacramenta et scripturas quas tenent ad speciem, non ad salutem. ideoque et per Ezechielem

5 Os. 2, 6—7 15 Os. 2, 8

2 inter conclusiones *N* 3 inanis ratiocinationis *v* 4 et *alt.*] ac *v* 6 sepio *çv* 8 eos] illos *v* 9 et requiret eos *s. l. K* inueni*et *N* illos] eos *Mv* 11 mihi tunc *L* fuit] *add.* magis *Jm2* ne] *add.* ipsorum *v* 13 ducunt *N* falsitatis docmatum *L* 15 ego] ergo *L* 17 uasa aurea *v* 18 babal *çm1* Baal *v* 19 dant mihi *N* 21 ne* *N* 22 plebis *Lm1* 24 ut] et β*pr.* 25 alia β*pr.* 27 iezechihelem *J* iezecihelem *K* iezechielem *L* ezechihelem *M* hiezechielem *N* ezechielum *V*

eidem fornicariae dicitur: et protulisti de uasis gloriae tuae de auro meo et de argento meo, ex quibus dedi tibi, et fecisti tibi imagines masculinas et fornicata es in eis. et accepisti uestem meam uersicoloriam et cooperuisti idola tua, et oleum meum et incensum meum posuisti ante faciem idolorum tuorum, et panes meos quos dedi tibi. et similagine et melle et oleo cibaui te, et posuisti haec ante faciem idolorum tuorum in odorem bene olentem; et perfecisti haec. ad imagines enim phantasmatum suorum, cum quibus uolutari delectatur, carnalis anima conuertit omnia sacramenta et uerba sanctorum librorum. nec tamen, quia illae imagines falsae sunt et doctrinae sunt daemoniorum in hypocrisi mendaciloquorum, propterea et illa sacramenta et diuina eloquia sic exhonoranda sunt, ut eorum illa esse deputentur, cum dominus dicat 'de auro meo et de argento meo et ueste mea uersicoloria et oleo meo et incenso et panibus meis' et cetera. an, quia illi errantes eorum esse ista putant a quibus seducuntur, propterea non debemus agnoscere cuius sint, cum ipse dicat: et haec non cognouit, quod ego ei dederim frumentum et uinum, et oleum et pecuniam multiplicaui illi? non enim dixit eam non habuisse ista quia fornicaria erat, sed et habuisse dicitur et non sua nec amatorum suorum, sed dei cuius unius ista sunt. quamuis ergo habuerit fornicationem suam, illa tamen, quibus eandem fornicationem ornabat uel seducta uel seducens, non erant eius, sed dei. si haec de Iudaea gente figurabantur, ubi scribae

1 Ezech. 16, 17—19 13 cf. I Tim. 4, 1—2 20 Os. 2, 8

1 protulistis *Nm1* 4 uersicolariam *L* 6 inposuisti β 9 in] et in μς 10 fantesmatum *Nm1* fantasmatum *MNm2*μ 11 carnalis anima delectatur *Kv* 12 librorum sanctorum *Kv* 13 daemoniorum sunt *v* 14 ypocrisi *KLNV*ς hypochrisi *M* mendacilocorum *MV* 15 exhornanda *Lm1* 16 duputentur *J* 17 et de ueste *N* uersicolaria *L* 18 ista] is β*pr.* uis *Mm2* 20 non *om. V*μς 21 ei ego *L pr.* et *om. Vv* 26 suam ornabat *L*

et Pharisaei reiciebant mandatum dei, ut traditiones suas constituerent. ut cum plebe deum relinquente sic quodammodo fornicarentur, nec tamen talis illius temporis in populo fornicatio quam dominus arguendo prodebat effecit, ut eorum essent sacramenta quae non erant eorum sed dei, qui loquens ad fornicariam dicit illa omnia sua esse, unde ipse dominus etiam quos mundauit a lepra ad eadem sacramenta misit, ut offerrent pro se sacrificium sacerdotibus, quia nondum eis successerat sacrificium, quod ipse in ecclesia post uoluit celebrari pro illis omnibus, quia in illis omnibus ipse praenuntiabatur: quanto magis nos sacramenta noui testamenti aput quoslibet haereticos uel schismaticos inuenientes non debemus ipsis tribuere nec quasi non agnita reprobare, sed quamuis aput fornicariam mulierem dona uiri legitimi agnoscere et uerbo ueritatis illam fornicationem emendare, quae propria est inpudicae mulieris, non illa dona culpare, quae propria sunt domini miserantis!

28. Harum et talium rerum consideratione patres nostri non solum ante Cyprianum uel Agrippinum, sed etiam postea saluberrimam consuetudinem tenuerunt, ut, quidquid diuinum adque legitimum in aliqua haeresi uel schismate integrum repperirent, adprobarent potius quam negarent, quidquid autem alienum et erroris illius uel dissensionis proprium, ueraciter arguerent et sanarent. sed ea, quae ex illa epistula quae ad Iubaianum scripta est consideranda remanent, propter huius uoluminis modum ab alio quantum opinor exordio suscipienda adque tractanda sunt.

1 farisaei *N* 2 ut cum (*del.*) deum plebe *N* relinquentem *Nm1* quodadmodo *Km1* 3 tempore *Nm1* 6 sua *s. l. K* 7 mandauit *Nm1* 8 successerant *Nm1* 9 in ipse in *Jm1* post in ecclesia *v* 10 in *om.* βν pronuntiabatur *L* pronuntiebatur *Nm1* 19 tenuerint *Mm1*μς 20 hesesi *Jm1* 21 reperirent *N* quam] quem *N* 22 et erroris] et roris *Nm1* (*corr.* erroris) 23 epistola illa *v* 24 remanerent *Nm1* remanserunt *Nm2v* 26 sunt] *add.* EXPLICIT (EXPLICAT *J*) LIBER TERTIUS (CONTULI *add. K* $\overline{\text{SCI}}$ AVGUSTINI *add. N*) INCIPIT LIBER QUARTUS *codd.*

LIBER QUARTUS.

I. 1. Ecclesia paradiso conparata indicat nobis posse quidem baptismum eius homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem uel percipere uel tenere. nam et flumina de fonte paradisi, sicut scriptura testatur, etiam foras largiter manauerunt. nominatim quippe commemorantur et per quas terras fluant et quia extra paradisum constitutae sunt omnibus notum est. nec tamen in Mesopotamia uel in Aegypto, quo illa flumina peruenerunt, est felicitas uitae quae in paradiso commemoratur. ita fit, ut, cum paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit nisi intra paradisum. sic ergo baptismus ecclesiae potest esse extra ecclesiam, munus autem beatae uitae non nisi intra ecclesiam repperitur, quae super petram etiam fundata est, quae ligandi et soluendi claues accepit. haec est una quae tenet et possidet omnem sponsi sui et domini potestatem, per quam coniugalem potestatem etiam de ancillis filios parere potest, qui si non superbiant, in sortem hereditatis uocantur, si autem superbiant, extra remanebunt.

II. 2. Magis ergo, quia pro ecclesiae honore adque unitate pugnamus, non tribuamus haereticis quidquid aput eos eius agnoscimus, sed eos arguentes doceamus quod ex unitate habent non ualere ad salutem, nisi ad eandem uenerint unitatem. aqua enim ecclesiae fidelis et salutaris et sancta est bene utentibus, ea uero bene uti extra ecclesiam nemo potest. male utentibus autem et foris et intus ad supplicium geritur, non ad praemium suffragatur. et ideo baptismus corrumpi et adulterari non potest, etsi a corruptis et adulteris habeatur,

2 cf. Cypr. ep. 73, 10 5 cf. Gen. 2, 10—14 14 cf. Matth. 16, 18—19 24 cf. Cypr. ep. 73, 11

3 eius baptismum *v* 7 constitutae (*scil.* terrae)] constituta *KMm2 Nm2v* constite *Vm1, cf. VII 4, 7 init.* 11 beatitudo—paradisum *om. L* 13 manus *Nm1* reperitur *Nm2ζv* 14 supra *N* 16 sui sponsi *v* 17 non] con *L* 18 uocabuntur *v* 24 aqua] atque *Nm1* 26 autem utentibus *v* 28 potest e/////////////uptis (*locus detritus*) *K*

sicut et ipsa ecclesia incorrupta et casta et pudica est, et ideo non ad eam pertinent auari raptores faeneratores, quos non tantum foris sed etiam intus esse multis litterarum suarum locis Cyprianus ipse testatur, et tamen non mutato corde baptizantur et baptizant.

3. Nam et hoc in quadam epistula sua dicit ad clericos de deprecando deo, transfigurans in se sicut sanctus Danihel peccata populi sui. nam inter multa mala quae commemorat etiam hoc ait: saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes, sicut de quibusdam dicit apostolus: confitentur enim deum se nosse, factis autem negant. hos ergo beatus Cyprianus in ipsa intus ecclesia uersari arguit, qui corde in melius non mutato baptizantur, quando utique saeculo uerbis, non factis renuntiant, cum dicat apostolus Petrus: sic et uos simili forma baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio in deum, quam utique non habebant de quibus dicitur: saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes. et tamen id agit increpans et arguens eos, ut aliquando ambulent in uia Christi et eius amici malint esse quam saeculi.

III. 4. Cui si obtemperassent et recte iam uiuere non ut pseudochristiani, sed ut ueri christiani coepissent, numquid eos iuberet denuo baptizari? non utique, sed hoc eis praestaret uera conuersio, ut sacramentum, quod non mutatis ualebat ad perniciem, mutatis ualere inciperet ad salutem, quia nec isti ecclesiae deuoti sunt, qui uidentur esse intus et contra Chri-

9. 18 Cypr. ep. 11, 1 10 Tit. 1, 16 15 I Petr. 3, 21 26 cf. Cypr. ep. 73, 11

2 pertinent ad eam *M* 7 deprecando *JLN Cypr. codd.* precando *cet. v* 11 nosse se deum *v* negat V_{ς} 12 hoc *N* ecclesiae *Nm1* 15 sic] quod *v* saluos facit baptisma *v* 17 in deum *JK (s. l. m2), L, om. cet. v* 18 et *om. M* 22 si] se β*pr.* 23 uere $M_{\mu\varsigma}$ 25 conuersionem *Nm1* conuersatio β*pr.* 26 quia] qua *J* qu.a (i *eras.*) *K* 27 deuotę *Nm1*

stum uiuunt, id est contra mandata Christi faciunt, nec omnino ad illam ecclesiam pertinere iudicandi sunt, quam sic ipse mundat lauacro aquae in uerbo, ut exhibeat sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huius-
5 modi. quodsi in ista ecclesia non sunt, ad cuius membra non pertinent, non sunt in ecclesia de qua dicitur: una est columba mea, una est matri suae; ipsa est enim sine macula et ruga. aut asserat, qui potest, huius columbae membra esse qui saeculo uerbis, non factis renuntiant. interim, ad
10 quod uidemus. unde dictum arbitror: qui sapit diem, domino sapit; deus enim iudicat omnem diem. secundum eius autem praescientiam, qui nouit quos praedestinauerit ante mundi constitutionem conformes imaginis filii sui, multi etiam, qui aperte foris sunt et haeretici appellantur, multis et bonis
15 catholicis meliores sunt; quid enim sint hodie uidemus, quid cras futuri sint ignoramus. et deo quidem, aput quem sunt praesentia quae uentura sunt, etiam quod futuri sunt iam sunt, nos autem secundum id quod in praesenti est quisque hominum quaerimus, utrum in illius ecclesiae membris, quae
20 unica columba dicta est et sponsa Christi sine macula et ruga, hodie deputandi sint de quibus dicit Cyprianus in epistula quam commemoraui, quod uiam domini non tenerent nec data sibi ad salutem caelestia mandata seruarent, quod non facerent domini uoluntatem patrimonio et lucro studentes,
25 superbiam sectantes, aemulationi et dissensioni uacantes, simplicitatis et fidei neglegentes, saeculo uerbis solis et non factis

3 cf. Eph. 5, 26—27 6 Cant. 6, 8 10 Rom. 14, 6 11 cf. Rom. 14, 5 12 cf. Rom. 8, 29. Eph. 1, 4 22 cf. Cypr. ep. 11, 1

1 Christi mandata *v* nec—sunt *mg. L* 3 ut *om. L* exbibeat *Lm1* 4 huius modo *Nm1* 7 matris *MNm1Vm1*μ 9 ad quod] aliquod *V* aliquid *v* 11 indicat *Nm1* eius *om. Km1*β autem eius *v* 12 praesentiam β dei qui *Mm2* praedistinauerat *Lm1* praedistinauerit *Lm2MNm1* 13 imagini *Km1* i*maginis *N* 19 illius *scripsi* illis *codd. v* 20 unica *JLN* una *cet. v, cf. p. 214, 18. 226, 25. 240, 21* 21 sunt *J* 23 reseruarent β 24 fęcerent *Nm1* et *om.* β *pr.* 25 aemulationi (ae *in ras.*, u *ex* i) *K* dissensio *Jm1*

renuntiantes, unusquisque sibi placentes et omnibus displicentes. quodsi eos in suis membris nec illa columba cognoscit et talibus, si in eadem peruersitate permanserint, dicturus est dominus: non noui uos; recedite a me qui operamini iniquitatem, uidentur in ecclesia esse, sed non sunt, immo et contra ecclesiam faciunt. quomodo ergo baptizare baptismo ecclesiae possunt, quod nec ipsis prodest nec accipientibus, nisi intrinsecus uera conuersione mutentur, ut ipsum sacramentum, quod eis accipientibus non proderat, quando saeculo uerbis, non factis renuntiabant, prodesse incipiat, cum et factis coeperint renuntiare, ita et illi quorum est aperta separatio, quia in membris illius columbae nec hi nec illi sunt hodie, sed aliqui eorum fortasse futuri sunt.

IIII. 5. Non itaque baptisma haereticorum acceptamus, quando post eos non baptizamus, sed quod Christi esse cognoscimus etiam in malis hominibus siue aperte foris siue intus occulte separatis, illis in ea re in qua deuiabant correctis debita uenerationе suscipimus. sicut autem urgeri uideor cum mihi dicitur: 'ergo haereticus dimittit peccata?', sic et ego urgeo cum dico: 'ergo qui caelestia mandata non seruat, auarus raptor faenerator inuidus, uerbis saeculo, non factis renuntians dimittit peccata?' si per uim sacramenti dei, sicut ille, ita et ille; si per meritum suum, nec ille nec ille. illud enim sacramentum et in malis hominibus Christi esse cognoscitur, in corpore autem unicae columbae, incorruptae sanctae pudicae, non habentis maculam et rugam, nec ille nec ille inuenitur. et quomodo accipienti non prodest baptismus ei qui saeculo uerbis, non factis renuntiat, sic non prodest ei qui in haeresi uel in schis-

4 Matth. 7, 23 5 cf. Cypr. ep. 73, 11 25 cf. Eph. 5, 27

4 discedite β 5 esse in ecclesia *v* 6 baptismo ecclesiae baptizare *v* 7 prode est μς 8 uerba *J* conuersatione *LNm1*β*pr.* mutantur *Nm1* 10 prode esse μς 11 et] est *Nm1* 14 haereticorum baptisma *v* 17 deuiebant *Nm1* correptis β*pr.* 18 suscepimus *Nm1* 19 urgueo *J* 20 foenerator *Nm2* fenerator β*v* 21 non factis saeculo *v* 25 habentes *Nm1* 26 *pr.* et] aut *Nm2Vv* 28 renuntiant *Lςm1* *alt.* in *om. Nv*

mate baptizatur, utrique autem correcto prodesse incipit quod ante non proderat, sed tamen inerat.

6. Baptizatus ergo in haeresi non fit templum dei. numquid tamen ideo pro non baptizato habendus est? nam nec intus auarus baptizatus fit templum dei, si ab auaritia non recesserit. qui enim fiunt templum dei, possident utique regnum dei. apostolus autem dicit inter multa: neque auari neque rapaces regnum dei possidebunt. auaritiam quippe idolorum seruituti alio loco idem apostolus conparat: et auaritia, inquit, quae est idolorum seruitus. quem sensum idem Cyprianus sic exaggerauit in epistula ad Antonianum, ut eorum peccato, qui tempore persecutionis per libellos se turificaturos professi erant, auarit⟨iam⟩ conparare non dubitaret. sic ergo in haeresi baptizatus in nomine sanctae trinitatis non fit tamen templum dei, si ab haeresi non recesserit, quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum dei, si ab auaritia non recedat, quae est idolorum seruitus. nam et hoc idem apostolus dicit: quae conpositio templo dei cum idolis? non ergo de nobis quaeratur, cuius dei templum fiat quem dicimus templum dei non fieri. nec tamen ideo non baptizatur nec eius error inmundus efficit ut non sit sanctum sacramentum, quod accepit uerbis euangelicis consecratum, sicut nec illius auaritia quae est idolorum seruitus et magna inmunditia potest efficere, ut non sit sanctum baptisma quod accipit, etiam si ab alio similiter auaro per eadem uerba euangelica baptizetur.

3 cf. Cypr. ep. 73, 12 7 I Cor. 6, 10 9 Col. 3, 5 11 cf. Cypr. ep. 55, 27 18 II Cor. 6, 16

1 baptizatus *L* 4 pro *s. l. K* baptizato non *Nβv* auarus intus *v* 5 ab *om.* β 9 auaritiam *L* 10 inquid *Vς* 12 peccata *Mm2* purificaturos *Lm2*β 13 auaritiam *scripsi* auaris *codd.* auaros *v, cf. p. 58, 20. 110, 18. Cresc. IIII 26, 33 med.* computare β *pr.* dubitarent *Lm1* sic] si *Mμς* 14 trinitates *Nm1* tamen non fit *v* 18 templi *J* 20 *alt.* non *del. M* 21 infundus *L* 25 auaro similiter *v*

V. 7. Proinde, inquit, frustra quidam qui ratione uincuntur consuetudinem nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit ueritate aut non id sit in spiritalibus sequendum quod in melius fuerit a sancto spiritu reuelatum. hoc plane uerum est, quia ratio et ueritas consuetudini praeponenda est. sed cum consuetudini ueritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri. deinde sequitur et dicit: ignosci enim potest, inquit, simpliciter erranti, sicut de se ipso dicit apostolus Paulus: 'qui primo fui blasphemus et persecutor et iniuriosus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci'. post inspirationem uero et reuelationem factam, qui in eo quod errauerat perseuerat prudens et sciens, sine uenia ignorantiae peccat. praesumptione enim adque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. hoc uerissimum est longe grauius esse peccatum eius qui sciens quam eius qui nesciens peccauerit. et ideo uir sanctus Cyprianus, non solum doctus sed etiam docibilis, quod in laude episcopi quem designat apostolus sic ipse intellexit, ut diceret etiam hoc in episcopo esse diligendum, ut non solum scienter doceat, sed etiam patienter discat, non dubito quod, si istam quaestionem in ecclesia diu multumque uersatam cum uiris sanctissimis doctissimisque tractaret, per quos postea factum est, ut antiqua illa consuetudo etiam plenario concilio firmaretur, sine dubitatione demonstraret non solum quam doctus esset in his quae

1. 8 Cypr. ep. 73, 13 10 I Tim. 1, 13 19 cf. II Tim. 2, 24. Cypr. ep. 74, 10

1 inquid *V*ς rationem β*pr.* 2 opponunt *Cypr.* 3 ueritati (*alt.* i *in ras.*) *J* 4 in *del. N* 5 spiritu sancto *v* 6 praeponenda—consuetudini *om. J* 7 retinere *Nm1* 8 ignosce *Vm1*μς inquit (inquid ς) potest β inquit *om. Kv* 9 se *om. L* beatus apostolus *Cypr.* 10 primo] prius *v* primo, inquit *Cypr.* blasfemus *N* 17 quam eius qui nesciens *s. l. K* 19 docilis β 20 intellexit ipse *Vv* 21 deligendum *Km2* ut *om.* β*pr.* 23 uersantem *M*μ*m1* uersatem *V*μ*m2*ς 24 quas *Nm1* 25 consilio *Nm1* 26 demonstrarent *L*

firmissima ueritate perceperat, uerum etiam quam docibilis in his quae minus aduerterat. et tamen, cum manifestissimum sit multo grauius peccare scientem quam nescientem, uellem mihi aliquis diceret, si quis in haeresem incurrat nesciens quantum malum sit, et alius ab auaritia non recedat sciens quantum malum sit, quis eorum sit peior. possum etiam ita proponere: si alius nesciens in haeresem inruat et sciens alius ab idololatria non recedat — quia et apostolus dicit: auaritia quae est idolorum seruitus et ipse Cyprianus eandem sententiam non aliter intellexit, sicut dixi, ad Antonianum scribens ubi ait: nec sibi in hoc noui haeretici blandiantur quod se dicant idololatris non communicare, quando sint aput illos et adulteri et fraudatores qui teneantur idololatriae crimine. 'hoc enim scitote intellegentes, quia omnis fornicator aut inmundus aut fraudator quod est idololatra non habet hereditatem in regno Christi et dei.' et iterum: 'mortificate itaque membra uestra quae super terram sunt, fornicationem, inmunditiam et concupiscentiam malam et auaritiam quae est idolorum seruitus' —, quaero ergo quis peccet grauius, qui nesciens in haeresem incurrerit an qui sciens ab auaritia id est ab idololatria non recesserit. secundum quidem illam regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantiae praeponuntur, auarus cum scientia uincit in scelere. sed ne forte

8 Col. 3, 5 10 Cypr. ep. 55, 27 14 Eph. 5, 5 17 Col. 3, 5

1 docilis *MV*μ 4 haeresim *MNv* 5 et alius—malum sit *om.* ς 7 haeresim *MNv* idolatria *JLNm2*μς 8 seruituus *Nm1* 10 dixi] dixit *M*μς antonium *Lm1* ubi *om. J* noui in hoc *v* 11 haeretici *om.* β idolatris *Jm2LNm2* idolatriis *M*μς 12 et apud *v* 13 idolatriae *L*μς 14 crimine] *add.* secundum apostolum dicentem *Cypr.* 16 idolatria (*alt.* i *in ras. L*) *L*β*pr.* idolatra *Nm2Vm2* idololatria *Cypr.* 18 super terram] in terra *Cypr.* sunt super terram β*v* exponentes fornicationem *Cypr.* 19 auaritiam] cupiditatem *Cypr.* 20 est] sunt *Cypr.* peccat *N* 21 haeresim *MNm2v* incurrit *Lm1* 22 idolatria *Jm2LNm2*μς illam quidem *Jm2* 23 quae *L* ignorantium *MVv* proponuntur β*pr.* 24 uincet *Km1*

hoc faciat in haeresi sceleris ipsius magnitudo quod facit in auaritia scientis admissio, haereticus nesciens auaro scienti coaequetur, quamquam non hoc uideatur ostendere testimonium quod ipse ex apostolo posuit. quid enim in haereticis nisi blasphemias detestamur? uolens autem demonstrare ad facilitatem ueniae ignorantium pertinere peccata, posuit ex apostolo ubi ait: qui prius fui blasphemus et persecutor et iniuriosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. sed si possunt, ut dixi, ambo peccata aequaliter appendantur, ignorantis blasphemia et scientis idololatria, et eadem sententia iudicentur ille qui Christum quaerendo in uerisimilem sermonem falsitatis incurrit et ille qui sciens Christo resistit loquenti per apostolum: quoniam omnis fornicator aut inmundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi et dei. cur in illo baptismus et euangelica uerba inprobantur, in isto autem adprobantur, cum ab illius columbae membris uterque inueniatur alienus? an quia ille foris apertus litigator est ne intromittatur, iste uero intus callidus adsentator ne foras proiciatur?

VI. 8. Quod autem ait: nec quisquam dicat: 'quod accepimus ab apostolis hoc sequimur', quando apostoli non nisi unam ecclesiam tradiderunt et baptisma unum, quod non nisi in eadem ecclesia sit constitutum, non me tantum mouet, ut baptismum Christi etiam aput haereticos inuentum audeam reprobare — sicut etiam ipsum euangelium cum aput eos inuenio necesse est ut

7 I Tim. 1, 13 13 Eph. 5, 5 21 Cypr. ep. 73, 13

1 faciat—quod *om. L* 2 ammissio *JKNm1*β*pr.* amissio *L* 5 blasfemias *N* 6 ignorantiam pertinere peccati *Nm2v* testimonium posuit *MNm2v* 9 ut dixi *s. l. K* amborum *NVv* 10 blesphemia *J* blasfemi*a *N* idolalatria *J* idolatria *LNm2V*μς 12 inueniri similem β*pr.* sermonem *om. L* 17 illis *JVv* 19 ligator *Lm1* 22 apostolicis β 23 u*nam *N* tradiderint *Cypr.* 24 non *om. M*μς 25 mouet] uocet *L* 27 etiam] enim *J*

adprobem, quamuis eorum detester errorem —, quantum ammonet fuisse quosdam etiam sancti Cypriani temporibus, qui consuetudinem illam, contra quam fiebant Africana concilia, de qua et ipse paulo ante dixit: frustra quidam qui ratione uincuntur consuetudinem nobis opponunt, dicerent ab apostolis traditam. nec inuenio cur istam consuetudinem, quae post Cyprianum etiam plenario totius orbis concilio confirmata est, tam robustam et antea idem Cyprianus inuenerit, ut, cum eius mutandae auctoritatem quam sequeretur uir tanta scientia praeditus quaereret, non nisi in sola Africa factum paucis ante se annis Agrippini concilium repperiret. quod cum sibi aduersus totius orbis morem non sufficere cerneret, has rationes arripuit, quas modo nos antiquitate ipsius consuetudinis et plenarii postea concilii auctoritate firmati diligentius considerantes uerisimiles potius quam ueras esse inuenimus, quae illi uerae uisae sunt in obscurissima quaestione laboranti et de peccatorum remissione fluctuanti, utrum possit in baptismo Christi non fieri et utrum possit aput haereticos fieri. ubi ei si minus aliquid reuelatum est, ut magnitudo caritatis eius qua unitatem non deseruit probaretur, non ideo quisquam tantis eius firmamentis meritisque uirtutum et tantae copiae gratiarum debet se audere praeponere, quia uniuersalis concilii ammonitus firmitate uidet aliquid quod ille non uidit, quia plenarium de hac re concilium nondum habebat ecclesia; sicut nec Petri apostoli meritis se quisquam tam insanus est ut praeponat, quia Pauli apostoli edoctus litteris et ipsius

4 Cypr. ep. 73, 13

1 admonet *Nm2v* 3 contra *om.* β *pr.* affricana *L* 4 quidem *LVm1* 5 ut dicerent *N* 8 ante *Mμς* 9 quam] quem *L* sequerentur *J* 10 Africa sola *v* 11 an | se *L* agripini *L* reperiret *LNm2v* 13 quos *L* 17 remissione peccatorum *v* in baptismo Christi possit *Vv* 19 ei si] eis *JK* si minus ei *v* 20 quia *Jm1ς* 22 audire β *pr.* proponere *Nm1ς* uniuersali *N* 23 admonitus *MNm2Vm2μ*, *om.* *Vm1ς* uidit] uidet β *pr.* 24 quia plenarium *mg. L* de] quia de *L* habeat *L* 25 nec *om.* β *pr.* se *om.* β *pr.*, *post* ut *exhibet v* 26 praeponit *Nm1* edoctis *Km1Nm1*

iam ecclesiae consuetudine roboratus non cogit gentes iudaizare, quod Petrus aliquando coegerat.

9. Non ergo inuenimus ab apostolis aliquem, cum aput haereticos baptizatus esset, in eodem baptismo admissum esse et communicasse. sed neque hoc inuenimus, ab haereticis aliquem uenientem, qui aput illos fuerit baptizatus, ab apostolis denuo baptizatum. sed illa consuetudo, quam etiam tunc homines sursum uersus respicientes non uidebant a posterioribus institutam, recte ab apostolis tradita creditur, et talia multa sunt, quae longum est repetere. quapropter si non nihil dicebant, quibus id quod ei uisum est uolens persuadere Cyprianus ait: nec quisquam dicat: 'quod accepimus ab apostolis hoc sequimur', quanto robustius nunc dicimus: 'quod ecclesiae consuetudo semper tenuit et quod haec disputatio dissuadere non potuit et quod plenarium concilium confirmauit, hoc sequimur'! huc accedit, quia bene perspectis ex utroque latere disputationis rationibus et scripturarum testimoniis potest etiam dici: 'quod ueritas declarauit, hoc sequimur'.

VII. 10. Nam reuera illud, quod quidam Cypriani disputationibus opponebant, quod ait apostolus: uerumtamen omni modo siue per occasionem siue per ueritatem Christus adnuntietur, recte Cyprianus refellit ostendens ad causam haereticorum non pertinere, quoniam de his dicebat apostolus, qui cum maliuola inuidia sua quaerentes interius uersabantur. Christum quidem adnuntiabant, sicut se habet ueritas qua Christo credimus, sed non eo animo quo a bonis euangelistis illius columbae filiis adnuntiabatur. neque enim de haereticis, inquit, aut de eorum baptismo

2 cf. Gal. 2, 14 12 Cypr. ep. 73, 13 21 Phil. 1, 18 28 Cypr. ep. 73, 14

2 petrus apostolus *L* 4 esset et in *Nm1* esse et] esset *Km1* 9 creditor *Nm1* talia *JKVm2v* alia *cet.* 12 nec] ne *KVv* 13 sequitur *L* 14 et *cm.* β *pr. v* 16 huc] hoc *Nm1* quia] quod *Vv* 17 utraque *Nm1* et *s. l. L* testimoniis scripturarum *L* 18 potes β *pr.* 20 quidem *LV* 21 apostolus ait *v* 22 occa*sionem *N* 25 maleuola *Vv* 29 inquid *Nm1*ς

loquebatur in epistula sua Paulus, ut aliquid quod ad hanc rem pertineat posuisse ostendatur. loquebatur de fratribus siue inordinate et contra ecclesiasticam disciplinam ambulantibus siue euangelicam ueritatem de dei timore seruantibus. et quosdam ex eis posuit uerbum dei constanter adque intrepide locutos, quosdam uero in inuidia et dissensione uersatos, quosdam seruasse circa se beniuolam caritatem, alios uero habuisse maliuolam dissensionem, se tamen patienter omnia sustinere, dummodo siue in ueritate siue per occasionem nomen Christi quod Paulus praedicabat ad plurimorum notitiam perueniret et noua adhuc ac rudis sermonis seminatio loquentium praedicatione crebresceret. porro aliud est eos qui intus in ecclesia sunt in nomine Christi loqui, aliud eos qui foris sunt et contra ecclesiam faciunt in nomine Christi baptizare. haec uerba Cypriani ammonere nos uidentur, ut distinguamus inter eos qui foris mali sunt et eos qui intus mali sunt. et illos de quibus dicit apostolus, quod euangelium non caste, sed per inuidiam adnuntiarent, intus fuisse dicit et uerum dicit. hoc tamen puto me non temere dicere: si foris nemo potest aliquid habere quod Christi est, nec intus quisquam potest aliquid habere quod diaboli est. si enim hortus ille clausus potuit habere spinas diaboli, cur non et extra hortum potuit manare fons Christi? si autem

21 cf. Phil. 1, 17. 15 25 cf. Cant. 4, 12

1 loquebantur *L* 2 potuisse β *pr.* uerum (*s. l.*) loquebantur (n *del.*) *N* 3 ecclesiae *M* 6 domini *Cypr.* 7 in *om. Km1* 9 aliquos *Cypr.* maleuolam *Vv* 10 se] sed *JKm2LNVm1* sed tamen omnia se patienter *v* 15 crebesceret *LVm1* creberesceret *Vm2*ς 16 *pr.* in *om. Vm1* *alt.* in *om. JLNm1*β de nomine *Cypr.* aliud est eos *Cypr.* 18 baptizare *Mv Cypr.* baptizari *cet. et Cypr. codd. CLN* admonere *LMNm2v* 19 ut *s. l. N* qui—eos *om. J* mali foris *v* 20 sint *V*ς *alt.* et] ut β 21 set *Jm2* et *cet. v, cf. p. 25, 7* 22 *utrumque* dicit] dicat *Mm2* 23 habere aliquid *M*μς 26 et *s. l. L* manere *Lm1Nm1V*μς

non potuit, unde in his qui intus erant etiam ipsius apostoli Pauli temporibus tantum malum inuidiae et maliuolae dissensionis? haec enim uerba Cypriani sunt. an forte inuidia et maliuola dissensio paruum malum est? quomodo ergo isti erant in unitate qui non erant in pace? uox enim non mea nec cuiusquam hominis, sed ipsius domini, nec per homines, sed per angelos sonuit Christo nato: gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. quod utique nato in terris Christo non sonaret ore angelico, nisi deus hoc uellet intellegi, eos esse in unitate corporis Christi qui sunt in pace Christi, eos autem esse in pace Christi qui sunt bonae uoluntatis. porro sicut in beniuolentia bona uoluntas, sic in maliuolentia mala uoluntas est.

VIII. 11. Iam uero ipsa inuidia, quae non potest esse nisi maliuola, quantum malum est! non quaeramus alios testes. sufficit nobis ipse Cyprianus, per quem tam multa de zelo et liuore dominus ueracissima intonuit et salubria praecepit. legamus ergo epistulam Cypriani de zelo et liuore et uideamus quantum malum sit inuidere melioribus, cuius mali originem ab ipso diabolo extitisse memoriter docet. zelare, inquit, quod bonum uideas et inuidere melioribus leue aput quosdam et modicum crimen uidetur, fratres dilectissimi. deinde paulo post, cum eius mali caput adque originem quaereret: hinc diabolus, inquit, inter initia statim mundi et periit primus et perdidit. et paulo post: quale malum est, inquit, fratres dilectissimi, quo angelus cecidit, quo circumueniri et subuerti

7 Luc. 2, 14 20 Cypr. de zelo et liuore c. 1 24. 26 ibid. c. 4

1 in *om. L* pauli apostoli *L* 2 discensionis *Lm1* 3 inuidiae *Mμm1ς* inuida (*om.* et) *Vm1* 4 discensio *Lm1* 5 quia β *pr.* 6 nec cuiusquam] aut alicuius β*v* 7 nato Christo *v* 9 sonarent *L* 10 nisi** μ corpus *L* 12 beneuolentia β *pr. v* 15 alios *om. L* 16 quam *Nm1* 17 libore *Vμ* 18 libore *Vμς* 20 memorabiliter *v* inquid *Vm1ς* 22 ff̄ đđ *Mμς* 23 delectissimi *Nm1* post paulo *J* 24 inquid ς 25 perit *Cypr.* 26 post *om. L* inquid *Vς* ff̄ *Mς* đđ *Mμς* 27 in quo *Km1*

alta illa et praeclara sublimitas potuit, quo deceptus est ipse qui decepit. exinde inuidia grassatur in terris, dum liuore periturus magistro perditionis obsequitur, dum diabolum qui zelat imitatur, sicut scriptum est: 'inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. imitantur ergo illum qui sunt ex parte eius'. haec uerba Cypriani in epistula populis nota quam uera quam fortia recognoscimus. uere decuit Cyprianum de zelo et liuore et arguere grauiter et monere, a quo tam mortifero malo cor eius penitus alienum tanta caritatis abundantia conprobauit. qua uigilantissime custodita cum collegis suis non maliuole de baptismo diuersa sentientibus nec ipse maliuola contentione, sed humana temptatione aliter sapiens, quod illi deus in caritate perseueranti cum uellet postea reuelaret, in communionis unitate permansit aperte dicens: *neminem iudicantes nec a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit.* et in fine huius epistulae: haec tibi breuibus, inquit, pro nostra mediocritate rescripsimus, frater carissime, nemini praescribentes aut praeiudicantes quominus unusquisque episcoporum quod putat faciat, habens arbitrii sui liberam potestatem. nos, quantum in nobis est, propter haereticos cum collegis et coepiscopis nostris non contendimus,

5 Sap. 2, 24—25 14 cf. Phil. 3, 15 16 Cypr. sentent. episc. praef. 20 Cypr. ep. 73, 26

1 quod $L\varsigma$ 3 magistrum *Nm2* 4 subsequitur *N* 5 autem *om. KVv* 6 introiuit *Cypr.* 8 fortia sint *v* 9 docuit *Nm1ςm2* 10 mouere *J* alienatum *MV*μ 11 comprobauit *K* conprobabit *Nm1* quia *Mm1*μ custodit *N* 13 maliuolea *Nm1* 16 neque *KVv* aut *Cypr.* 17 ammouentes *L* 19 ab *Nm1* suas *N* 20 breuiter *Kv* inquid *Km1* 22 nemine μ*m1* praedicantes *L* 23 unus- *om. Nm1* 24 liberam] libertatem *L*

cum quibus diuinam concordiam et dominicam pacem tenemus', maxime cum et apostolus dicat: 'si quis autem putauerit contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei.' seruatur a nobis patienter et leniter caritas animi, collegii honor, uinculum fidei, concordia sacerdotii. propter hoc etiam libellum nunc de bono patientiae quantum ualuit nostra mediocritas permittente domino et inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmisimus.

VIIII. 12. Hac ille caritatis patientia tolerauit non solum in obscura quaestione bonos collegas non maliuole aliud sentientes, sicut et ipse toleratus est, donec processu temporis saluberrima consuetudo, quando deus uoluit, etiam declarata ueritate plenario concilio firmaretur, sed etiam malos manifestos sibique notissimos, qui non obscuritate quaestionis aliter sapiebant, sed perditae uitae moribus contra quam praedicabant faciebant, sicut de illis apostolus dicit: qui praedicas non furandum furaris. de talibus enim et iste sui temporis episcopis collegis suis et secum in communione manentibus in epistula sua dicit: esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largiter uelle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus faenus augere. hic enim nulla est quaestionis obscuritas. aperte scriptura clamat: neque auari neque rapaces regnum dei possidebunt et: qui pecuniam suam non dedit in usuram et: omnis fornicator et inmun-

3 I Cor. 11, 16 19 Rom. 2, 21 22 Cypr. de lapsis c. 6 26 I Cor. 6, 10 27 Ps. 14, 5 28 Eph. 5, 5

5 lentiter *Mm1*μ*m1*ς 6 honor *om. J* 7 nunc] hunc *Mm2* 8 bona *Jm1* 9 et inspirante domino *v* 10 ad te] ante *J* promisimus *Km1* 13 in] non *L* aliut ς 14 praecessu *V*μ 15 quando (n *s. l.*) *K* 17 obsecuritate *Mm1*μς 19 faciebant *om.* β *pr.* dicit de illis apostolus *v* 21 su'is collegis *v* 25 foenus *Nm2* fenus *Mv* 28 non *om. KL, del. Nm2* in] ad β aut immundus aut ς

dus et auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi et dei. tales ergo auaros ille, ut non solum sua cupide thensaurizarent, sed et aliena fraudulenter eriperent, tales idololatras, sicut et ipse intellegit adque conuincit, non utique argueret, nisi nosset; neque enim aduersus coepiscopos suos falsum testimonium diceret. et tamen eos propter Christum, qui pro infirmis mortuus est, ne ante tempus eradicatis zizaniis simul eradicaretur et triticum, paternae et maternae caritatis uisceribus tolerauit, imitatus utique apostolum Paulum, qui maliuolos et inuidos sibi eadem circa ecclesiam caritate sustinuit.

13. Sed tamen quia inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum et imitantur illum qui sunt ex parte ipsius, non per illud quod a deo creati sunt, sed per illud quod a se ipsis peruersi sunt, sicut commemorat ipse Cyprianus, quia et diabolus antequam esset diabolus angelus fuit et bonus fuit, unde sunt in unitate Christi qui sunt ex parte diaboli? procul dubio, sicut ipse dominus ait, inimicus homo hoc fecit, qui superseminauit zizania. sicut ergo et intus quod diaboli est arguendum est, sic et foris quod Christi est agnoscendum est. an extra unitatem ecclesiae non habet sua Christus et in unitate ecclesiae habet sua diabolus? hoc fortasse de hominibus dici potest, ut sic extra ecclesiae communionem non habeat deus aliquem suorum, sicut inter angelos sanctos non habet diabolus aliquem suorum, ecclesiae uero huic quae adhuc carnis mortalitatem portat, quamdiu peregrinatur a domino, licuerit diabolo miscere

7 cf. I Cor. 9, 22 8 cf. Matth. 13, 29 10 cf. Phil. 1, 15—18 12 cf. Sap. 2, 24—25 18 Matth. 13, 28. 25 19 uerba *sicut ergo*—p. 238, 20 *inprobandum* = Eug. cap. 210 27 cf. II Cor. 5, 6

3 non ut β cupiditate *Mm1* thesaurizarent *LMNV* 4 idolatras *Lμς* 8 eradicetur *JLMm1Nm1μς* 9 tritticum *JK* 10 Paulum apostolum *Kv* maleuolos *Kv* 12 inuidia] inmundi *L* 13 ipsius] illius *βv* 16 antequam esset diabolus *om. J* 22 in *om. Nm1* 24 communionem ecclesiae *v* non habeat—sanctos *om. Lm1* 25 habuit *Lm1*

zizania, hoc est malos homines, et permissus sit propter ipsius ecclesiae peregrinationem, ut requies illius patriae qua sancti angeli perfruuntur desideraretur ardentius; de sacramentis autem hoc dici non potest. sicut enim ea possunt habere adque tractare non ad salutem. sed ad perniciem suam in qua igni destinata sunt interiora zizania, sic et exteriora zizania, quae ab interioribus recedentibus acceperunt, quia recedentia non amiserunt. quod sine dubio manifestatur cum redeuntibus non restituitur, quando forte aliqui ex eis ipsis qui recesserant reuertuntur. nec quisquam dixerit: quid enim frumenti habent zizania? si enim hoc ita est, et intus et foris ad hoc dumtaxat par condicio est. neque enim in zizaniis exterioribus non inueniuntur grana frumenti et in interioribus inueniuntur. de sacramento autem cum quaeritur, non utrum habeant aliquid frumenti zizania quaeritur, sed utrum habeant aliquid caeli. et exterioribus enim et interioribus zizaniis cum ipso tritico est pluuia communis, quae caelestis et dulcis est ipsa, etiamsi ex ea zizania steriliter crescunt. sic et euangelicum Christi sacramentum diuinum et suaue est neque propter eorum sterilitatem quos etiam foris conpluit inprobandum.

X. 14. Dixerit aliquis interiora zizania facilius in frumentum conuerti. concedo ita esse, sed quid hoc pertinet ad baptismum iterandum? numquid, si forte aliquis ab haereticis conuersus conuersionis suae tempore ac facilitate praeuenerit eum, qui tardius intus a malitia corrigitur et mutatur, ei non est iterandum baptisma, et illi qui praeuentus est ab eo qui ex haereticis uenit, quia tardius correctus est, iterandum est? nihil ergo ad rem pertinet de qua nunc quaestio est, quis serius se tardiusue conuertat a propria peruersitate ad recti-

3 desideretur *Mm2* 6 interiore *Mm1*μς 7 ammiserunt *Lm1* 8 recedentibus *J* 9 aliquis *KLMm1N*μς *Eug.* qui *om. Lm1* reuertentur *Jm1* reuertitur μ*m2* 10 ne *M*μς habet *JLMm1NVm2*μς *Eug.*, *om. Vm1* 11 conditio *N*βυ 13 grana] gratia *L* 14 cum] non *Lm1* 16 trittico *JK* 17 etiam sicut *J* 19 sterelitatem *V*μς 20 compluit *KLN* 25 a *om. Nm1* 28 de qua *in ras. L* quis] qui *JLMm2N*ς quae *Mm1V*μ 29 se *om. L* dardiusue *J*

tudinem fidei uel spei uel caritatis. etsi enim interiores mali facilius possunt boni fieri, aliquando tamen et de numero exteriorum quidam quosdam interiores conuersione praeueniunt et illis in sterilitate manentibus unitati reconciliati fructum adferunt cum tolerantia siue tricenum siue sexagenum siue centenum. aut si zizania ea sola dicenda sunt quae usque in finem in maligno errore perdurant, et foris multa frumenta sunt et intus multa zizania.

15. At enim peiores sunt exteriores quam interiores mali. magna quidem quaestio est, utrum peior fuerit Nicolaus iam exterior quam Simon adhuc interior, quia ille haereticus, iste magus. quodsi ipsa diuisio, quia uiolatae caritatis certissimum indicium est, grauius habetur malum, concedo ita esse. sed multi amissa caritate propterea non exeunt foras, quia saecularibus emolumentis tenentur et sua quaerentes, non quae Iesu Christi, non a Christi unitate, sed a suis commodis nolunt recedere. unde dictum est in laude caritatis: non quaerit quae sua sunt.

16. Nunc ergo quaeritur quomodo poterunt homines ex parte diaboli pertinere ad ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi, de qua etiam dictum est: una est columba mea. quodsi non possunt, manifestum est eam inter alienos gemere et intrinsecus insidiantes et extrinsecus oblatrantes. tales tamen etiam intus et accipiunt baptismum et habent et tradunt sanctum per se ipsum nec ulla ex parte illorum malignitate uiolatur, in qua in finem

5 cf. Matth. 13, 23. Luc. 8, 15 10 cf. Apoc. 2, 6 11 cf. Act. 8, 9—24 15 cf. Phil. 2, 21 17 I Cor. 13, 5 20 cf. Eph. 5, 27 22 Cant. 6, 8

2 ficilius *Jm1* 3 quidem *L* conuersatione *LVm1* 4 sterelitate *V*μς unitate *Nm1* 5 trigenum *Nm2* 6 si *om.* β zizaniae (zizania *M*) sola β 7 in] im *Nm1* 10 iam] aut *J* exterior iam *v* 11 Simon] si non *L* 12 certissimum *s. l. K* 13 iudicium μς 15 emulumentis *L* 16 uolunt *L* 19 poterunt *Km1* poterant *cet. v* 23 insidiantes et extrinsecus *s. l. K* 26 *alt.* in *s. l. K* fine *Vm1*μς

usque perdurant. quocirca idem nos beatus Cyprianus docet per se ipsum esse considerandum baptismum uerbis euangelicis, sicut accepit ecclesia, consecratum, non adiuncta neque permixta ulla peruersitate adque malitia siue accipientium siue tradentium, quandoquidem ipse utrumque nos ammonet, et intus fuisse quosdam non seruantes beniuolam caritatem, sed in inuidia et maliuola dissensione uersatos, de quibus Paulus apostolus locutus est, et ex parte diaboli esse inuidos, sicut in epistula quam de zelo et liuore scripsit apertissima uoce testatur. quamobrem cum manifestum sit fieri posse, ut in eis qui sunt ex parte diaboli sanctum tamen sit sacramentum Christi non ad salutem, sed ad iudicium eorum, non solum si post acceptum baptismum peruertantur, sed etiam si tales accipiant, sicut idem Cyprianus ostendit, saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes, nec ideo, si correcti postea fuerint, illud quod peruersi acceperant iterandum est, quantum arbitror, iam claret et liquet in ista quaestione de baptismo non esse cogitandum quis det sed quid det, aut quis accipiat sed quid accipiat, aut quis habeat sed quid habeat. si enim homines ex parte diaboli et ideo nequaquam ad columbam unicam pertinentes possunt tamen et accipere et habere et dare baptismi sanctitatem nullo modo sua peruersitate uiolatam, sicut ex ipsius Cypriani litteris ammonemur, ut quid tribuimus haereticis aliena? ut quid dicimus eorum esse quod Christi est, ac non potius in eis et imperatoris nostri signa cognoscimus et desertorum facta emendamus? quapropter aliud est quidem, sicut dicit sanctus Cyprianus, eos qui intus in ecclesia sunt in nomine Christi loqui,

14 Cypr. ep. 11, 1 27 Cypr. ep. 73, 14

1 nos idem *v* 2 considerandum esse *v* 5 utrumque nos ipse *v* admonet *MNm2* 6 beneuolam *Km1v* 7 in *om.* β *pr.* inuidiam *L* 8 sicut] et *add. Km1* 9 libore *V*μς 14 accipiunt *v* 16 fierint *Nm1* persi *Jm1* acciperant *Nm1* 19 *pr.* quid] qui *Km1* 21 *pr.* et *om.* β*v* 23 admonemur *KMNm2* admouemur *L* 25 signato *Km1* 28 *alt.* in] de *Cypr.*

aliud eos qui foris sunt et contra ecclesiam faciunt in nomine Christi baptizare. sed et multi qui intus sunt contra ecclesiam faciunt male uiuendo et in suam uitam infirmas animas traducendo, et nonnulli qui foris sunt in Christi nomine loquuntur nec operari quae Christi sunt sed foris esse prohibentur, quando eos ut sanentur uel corripimus uel arguimus uel hortamur. nam et ille foris erat qui cum discipulis non sequebatur et in nomine Christi expellebat daemonia, quod dominus ne prohiberetur ammonuit, quamuis utique in quo saucius erat curandus esset illis uerbis domini ubi ait: qui non est mecum aduersus me est, et qui mecum non colligit spargit. et foris ergo fiunt aliqua in nomine Christi non contra ecclesiam et intus ex parte diaboli contra ecclesiam.

XI. 17. Quid quod etiam mirum est, quod accidere posse inuenit qui diligenter aduertit, quosdam salua caritate docere aliquid inutile, sicut Petrus gentes iudaizare cogebat, sicut ipse Cyprianus haereticos denuo baptizari — unde talibus bonis membris in caritate radicatis et in aliquo non recte ingredientibus dicit apostolus: si quid aliter sapitis, id quoque deus uobis reuelabit —, et quosdam rursus sine caritate docere aliquid salubre, de qualibus dominus ait: cathedram Moysi sedent. quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite. dicunt enim et non faciunt. unde et apostolus de illis inuidis et maliuolis, christianam tamen salutem adnuntiantibus: siue occasione, inquit, siue ueritate Christus adnuntietur. quapropter et intus et foris peruersitas hominum corrigenda est, diuina

8 cf. Luc. 9, 49—50 10 Matth. 12, 30 16 cf. Gal. 2, 14 19 Phil. 3, 15 22 Matth. 23, 2—3 25 Phil. 1, 18

2 baptizare *Mv Cypr.* baptizari *cet., cf. p. 233, 18* molti *Jm1* 4 in *om. JLNm1*β 5 locuntur *V* 6 corripiamus β *pr.* 7 sequebatur Christum *NVv* 9 ammonunt *Nm1* admonuit *MNm2* 10 illius *L* 11 aduersum β*v* 14 etiam *om. L* 16 cogebat iudaizare *Km1v* 20 uobis deus *v* reuelauit β 21 qualibus] libus *Jm1* ait] dicit *v* 22 cathedra β 23 nolite facere *v* 24 maleuolis *Kv* 25 occassione *Nm1* 26 inquid ς

uero sacramenta et eloquia non hominibus tribuenda. non itaque patrocinatur haereticis, qui non eis tribuit quod etsi aput eos, non tamen ipsorum esse cognoscit. non nos concedimus haeretico baptismum, sed illius baptismum, de quo dictum est: hic est qui baptizat, ubicumque inuenerimus agnoscimus. perfidus autem et blasphemus si in perfidia et blasphemia permanserit, nec extra ecclesiam nec intra ecclesiam remissionem accipit peccatorum, aut si propter uim sacramenti ad punctum temporis accipit, et foris et intus eadem uis operatur, sicut uis nominis Christi expulsionem daemoniorum etiam foris operabatur.

XII. 18. At enim inuenimus apostolos in omnibus epistulis suis execrari et detestari haereticorum sacrilegam prauitatem, ita ut dicant sermonem eorum sicut cancer serpere. quid enim? et illos, qui dicebant: manducemus et bibamus, cras enim morimur, nonne corruptores morum bonorum per mala conloquia Paulus esse manifestat, continuo subiungens: corrumpunt mores bonos conloquia mala? et tamen eos intus fuisse significauit cum ait: quomodo dicunt quidam in uobis quia resurrectio mortuorum non est? auaros autem ubi non detestatur? aut uero potuit quicquam dici uehementius, quam ut idolorum seruitus auaritia diceretur, sicut idem apostolus posuit nec Cyprianus aliter intellexit et litteris suis ubi opus erat inseruit? qui tamen confitetur temporibus suis in ecclesia fuisse non qualescumque auaros, sed raptores et faeneratores, nec quoslibet homines, sed episcopos. quamquam et istos, de quibus ait apostolus: sermo eorum sicut cancer serpit, uellem intellegere foris fuisse; sed me Cypri-

5 Ioh. 1, 33 12 cf. Cypr. ep. 73, 15 15 I Cor. 15, 32 17 I Cor. 15, 33 19 I Cor. 15, 12 22 cf. Eph. 5, 5 27 II Tim. 2, 17

2 haereticus *Jm1* etsi] si et *Nv* 4 haereticis *L* 8 accepit *L*, *om.* ς 11 foris etiam *v* 13 exsecrari *Vv* 16 moriemur *Nm2βv* mores *Nm1* 19 quidam in uobis *s. l. K* 21 quidquam dici potuit *v* 24 suis temporibus *v* 26 feneratores *βv* 28 sed] se *V* me ipse (*del.*) cyprianus ipse *V* Cyprianus ipse me *v*

anus ipse non sinit. cum enim ad Antonianum scribens ostenderet ante tempus ultimae separationis iustorum et iniquorum nullo modo esse propter commixtionem malorum ab unitate ecclesiae recedendum, ubi declarat quam sit sanctus et illa quam meruit martyrii claritate dignissimus, ait: quantus arrogantiae tumor est, quanta humilitatis et lenitatis obliuio et arrogantiae suae quanta iactatio, ut quis audeat aut facere posse se credat, quod nec apostolis concessit dominus, ut zizania a frumento putet se posse discernere aut, quasi ipsi palam ferre et aream purgare concessum sit, paleas conetur a tritico separare, cumque apostolus dicat: 'in domo autem magna non solum uasa aurea sunt et argentea, sed et lignea et fictilia', ⟨aurea et argentea uasa uideatur eligere, lignea uero et fictilia⟩ contemnere et abicere et damnare, quando non nisi in die domini uasa lignea diuini ardoris incendio concrementur et fictilia ab eo cui data est ferrea uirga frangantur. sic igitur arguens Cyprianus eos, qui tamquam malorum consortium deuitantes se ab unitate dirruperant, ostendit magnam domum quam dixit apostolus, ubi essent non solum aurea uasa et argentea, sed et lignea et fictilia, non se intellexisse nisi ecclesiam, ubi essent boni et mali, donec in fine sicut area uentilata purgetur. quod si ita est, in ipsa ecclesia, id est in ipsa domo magna erant uasa in contumeliam, quorum sermo ut cancer serpebat. nam cum de illis apostolus loqueretur, hoc docuit: et sermo,

5 Cypr. ep. 55, 25 13 II Tim. 2, 20 19 cf. Ps. 2, 9 27 II Tim. 2, 17—20

1 scribens *om. J, cf. p. 252, 25* 3 ecclesiae unitate *v* 6 arrogantia et umor (humor μ) β *pr.* lenitas *Vm1*μς 7 et *om. Cypr.* 8 quis] *add.* aut *Cypr.* se posse *v* 9 a *s. l. K* 11 ferre] facere β 12 trittico *J* 13 sunt uasa aurea β*v* 14 aurea—fictilia *om. codd.* 16 *utrumque* et *om. Cypr.* 17 in *om. Cypr.* 19 frangatur *Nm1* 20 diuitantes *Mm1Nm1* 21 disruperant *LNς v* diruperant *Mm2* 22 uasa aurea *v*

inquit, eorum sicut cancer serpit. ex quibus est Hymenaeus et Filetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, et fidem quorundam subuertunt. firmum autem fundamentum dei stat, habens signaculum hoc: nouit dominus qui sunt eius, et recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. in magna autem domo non solum uasa aurea sunt et argentea, sed et lignea et fictilia. si ergo et isti, quorum sermo ut cancer serpebat, tamquam uasa in contumeliam in domo magna erant, quam domum magnam ecclesiae ipsius unitatem Cyprianus intellegit, numquid istorum cancer baptismum Christi uiolabat? ita ergo nec foris sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest uel in se uel in quoquam maculare sacramentum quod Christi est. non itaque dat remissam peccatorum sermo qui ut cancer serpit ad aures audientium, sed cum baptisma uerbis euangelicis datur, qualibet ea peruersitate intellegat ille per quem datur uel ille cui datur, ipsum per se sanctum est propter illum cuius est. et si quisque per hominem peruersum id accipiens non accipiat tamen ministri peruersitatem, sed solam mysterii sanctitatem, in bona fide et spe et caritate unitati conpaginatus ecclesiae remissionem accipit peccatorum non per uerba sicut cancer serpentia, sed per euangelica sacramenta de caelesti fonte manantia. si autem ipse qui accipit peruersus est, nec peruerso ad salutem prodest quod datur, et sanctum tamen in eo permanet quod accipitur nec ei si correctus fuerit iteratur.

XIII. 19. Nulla itaque participatio est iustitiae et iniquitati, non solum quae foris, sed etiam quae intus est. nouit

15 cf. Cypr. ep. 73, 15 28 II Tim. 6, 14 29 II Tim. 2, 19

1 inquid ς 2 hymeneus *JKLN* himeneus β 4 autem *om.* β 7 inuocat *Mm1* 10 contumelia β 12 intellexit *J* 15 remissam *Mm2Nv* remissa *cet.* 19 quisque] quis ς*m1v* 21 ministerii *JLMm2N* ministri β*pr.* 22 unitate *V*ς 23 accipiat *Nm1* sicut *om. Vm1*ς 24 per *om. N* 25 accepit *L* 28 iustitia β*pr.* iniquitate *Nm1*

enim dominus qui sunt eius, et recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. nulla etiam communio est luci et tenebris, non solum quae foris, sed etiam quae intus sunt. qui enim odit fratrem suum, ait Iohannes, in tenebris est usque adhuc. et utique illi oderant Paulum, qui in inuidia et maliuolentia et dissensione Christum adnuntiantes arbitrabantur se tribulationem excitare uinculis eius, quos tamen intus fuisse idem Cyprianus intellegit. cum ergo non possint tenebrae inluminare aut iniquitas iustificare, sicut idem dicit, quaero quemadmodum poterunt isti in ipsa intus ecclesia baptizare, quaero quemadmodum uasa illa, quae non in honore sed in contumelia domus magna continet, intra ipsam domum magnam possint sanctificandis hominibus ministrare quod sanctum est, nisi quia illa sanctitas sacramenti nec ab inmundis pollui potest, siue cum per eos datur siue cum ab eis qui corde et uita in melius non commutantur accipitur. de quibus intus positis ipse dicit: saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes.

20. Sunt ergo et intus hostes dei et quorum pectora obsederit spiritus antichristi, et tamen gerunt spiritalia et diuina, quae nec ipsis possunt quamdiu tales sunt ad salutem prodesse nec ipsi ea possunt sua inmunditia maculare. quod itaque dicit: nihil eis ad gratiam ecclesiasticam et ad salutarem licere qui spargentes adque inpugnantes ecclesiam Christi a Christo ipso aduersarii, ab apostolis eius antichristi nominentur, sic accipien-

3 II Cor. 6, 14 4 I Ioh. 2, 9 6 cf. Phil. 1, 15. 17 8 cf. Cypr. ep. 73, 15 17 Cypr. ep. 11, 1 23 Cypr. ep. 73, 15

2 nominat] nomenat *Jm1* inuocat β*v* 6 in *JK*μς, *om. cet. v* inuidia et] inuidiae β maliuolentia et] maleuola *v* 8 eidem *Nm1* 10 poterunt *Lm1* poterant *cet. v, cf. p. 239, 19* 11 quemammodum *MNm1* 12 honorem *et* contumeliam *v* 14 qui β*pr.* 15 inmundus *Nm1* per eos] eis *Vm1* per eis (*sic*) *Vm2*μς 17 accipitur *post* ab eis *lin. 16 exhibet M* 18 solis *s. l. K* 19 sunt] sicut *N* pectora] peccata *J* 23 ad *alt. om. MVv Cypr.* 24 licerem *Nm1* 25 ab *om.* β*pr.* 26 nominetur *Nm1* nominantur *Vm1*

dum est, quia et foris et intus inueniuntur tales, separationem tamen eorum qui intus sunt ab illius columbae perfectione adque unitate non solum deus nouit in quibusdam, sed etiam homines in quibusdam. quorum in manifesto pessimam uitam confirmatamque nequitiam intuentes et eam praeceptorum diuinorum regulis conparantes intellegunt, quam multis zizaniis et paleis siue foris siue intus positis, sed tamen in fine apertissime separandis dicturus est dominus: recedite a me qui operamini iniquitatem et: ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius.

XIIII. 21. De conuersione autem nullius desperandum est siue foris siue intus constituti, quamdiu patientia dei ad paenitentiam eum adducit et uisitat in uirga facinora eorum et in flagellis peccata eorum. hoc modo enim misericordiam suam non dispergit ab eis, si et ipsi aliquando misereantur animae suae placentes deo. sicut enim bonus qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, sic et malus siue foris siue intus qui perseuerauerit usque in finem saluus non erit. neque nos dicimus: 'ubicumque et quomodocumque baptizati gratiam baptismi consequuntur,' si gratia baptismi in ipsa salute intellegitur quae per sacramenti celebrationem confertur, sed hanc salutem multi nec intus consequuntur, quamuis sacramentum quod per se sanctum est eos habere manifestum sit. recte itaque nos dominus ammonet in euangelio, ne consentiamus male suadentibus et sub Christi nomine ambulantibus, sed hi et intus et foris inueniuntur, quia nec foras exeunt nisi prius

8 Matth. 7, 23 9 Matth. 25, 41 12 cf. Rom. 2, 4 13 cf. Ps. 88, 33—34 15 cf. Eccli. 30, 24 16 cf. Matth. 24, 13 19 cf. Cypr. ep. 73, 16 24 cf. Marc. 13, 21

2 perfectionem atque unitatem *L* 10 paratus *v* 11 disperandum *Mμς* 12 constitutis *Nm1β pr.* 13 eum *om. Vμς* 14 enim modo *v* 15 dispargit *Mm1μς* 17 hic *s. l. K* 18 non *om. Jm1* 19 dicimus] *add.* quod *KVv* 20 consecuntur *NV* gratiam *LNm1ςm1* 21 celebrationem sacramenti *v* 22 consecuntur *V* 24 dominus nos *v* admonet *MNm2* nec *L* 25 et] sed *v* hii *Km1Nm1Vm1μς* 26 foras] foris *Mμς*

intus mali fuerint, et utique de uasis in domo magna positis dicebat apostolus: si quis autem emundauerit semet ipsum ab istiusmodi, erit uas in honore sanctificatum, utile domino, ad omne opus bonum semper paratum. quomodo autem se ab eiusmodi quisque mundare debeat, paulo superius ostendit dicens: recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini, ne audiat in fine cum palea, siue quae ante de area uolauit siue quae in ultimo separanda est: recedite a me qui operamini iniquitatem. unde apparet quidem, sicut dicit Cyprianus, non ea statim suscipienda et adsumenda quae iactantur in Christi nomine, sed quae geruntur in Christi ueritate. sed non utique in Christi ueritate geritur fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus faenus augere, saeculo uerbis solis renuntiare. quae omnia etiam intus geri satis idoneus testis ipse declarat.

XV. 22. Iam uero quod multis uerbis prosequitur non posse in Christo baptizari eos qui patrem Christi blasphemant, cum eos errore blasphemare manifestum sit — non enim qui accedit ad baptismum Christi aperte blasphemat patrem Christi, sed aliud quam ueritas docet de patre Christi sentiendo blasphemare conuincitur —, iam satis ostendimus ad baptismum qui uerbis euangelicis consecratur non pertinere cuiusquam uel dantis uel accipientis errorem, siue de patre siue de filio siue de spiritu sancto aliter sentiat quam doctrina caelestis insinuat. multi enim carnales et animales etiam intus baptizantur, cum aperte dicat apostolus: animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus dei, et percepto iam

2 II Tim. 2, 21 6 II Tim. 2, 19 9 Matth. 7, 23 10 Cypr. ep. 73, 16 14 cf. Cypr. de lapsis c. 6 15 cf. Cypr. ep. 11, 1 17 cf. Cypr. ep. 73, 17 sqq. 22 uerba *iam satis ostendimus*—p. 250, 11 *ammonere* = Eug. c. 211 27 I Cor. 2, 14

2 mundauerit βv semed *Km1* 5 quisque ab eiusmodi *v* 8 finem *N* 9 qui] omnes qui *NVv* 14 repere *Nm1* 15 foenus *Nm2* fenus βv solis uerbis *Lv* 25 coelestis doctrina *v* 26 et animales *s. l. Nm2* 28 ea quae *Eug.*

baptismo dicit eos adhuc animales esse. secundum sensum autem carnalem non potest nisi carnaliter de deo sapere anima corporeis sensibus dedita. unde multi post baptismum proficientes et maxime qui infantes uel pueri baptizati sunt, quanto magis eorum intellectus serenatur et inluminatur, dum interior homo renouatur de die in diem, priores suas opiniones, quas de deo habebant cum suis phantasmatis ludificarentur, inridentes et detestantes adque confitentes abiciunt, nec tamen ideo non accepisse baptismum existimantur aut tale baptismum accepisse dicuntur qualis fuit error ipsorum. sed in eis et sacramenti integritas honoratur et mentis uanitas emendatur, etiamsi confirmata et fortasse multis contentionibus defensa calluerat. quapropter etiam haereticus qui perspicue foris est baptismum illic euangelicum accepit, non talem utique baptismum accepit quali errore caecatur. et propterea si resipiscens uiderit relinquendum esse quod male tenuerat, non simul ei relinquendum est bonum quod acceperat, nec quia error illius inprobandus est, propterea in illo Christi baptismus exsufflandus est. iam enim ex his, quos intus contingit de deo falsa opinantes baptizari, satis elucet discernendam esse sacramenti ueritatem a male credentis errore, quamuis utrumque in homine uno ualeat inueniri, et ideo cum etiam foris in errore aliquo constitutus uero tamen sacramento fuerit baptizatus, cum ecclesiae redditur unitati, sicut falsae fidei uera succedit, non sic potest etiam uero baptismo uerus baptismus succedere, quia idem ipse sibi succedere non potest, quia nec decedere

1 cf. I Cor. 3, 2 5 cf. II Cor. 4, 16

1 adhuc *s. l. K* adhoc *Jm1* autem sensum *Km1 Eug. cod. V* 2 de deo carnaliter *v* 5 intellectus eorum *v* 6 nouatur *Nm1* oppiniones *L* 7 cum] in *Nm1* fantasmatis *JKLm1Mm1Nm1*μς fantasmatibus *Lm2Mm2Nm2* phantasmatibus *Vv* inrident β *Eug.* 8 confidentes *Lm1* confutantes *Lm2* 9 talem *KMVm2v* 13 caluerat *Lμm1* est] *add.* si *Vm2v* 15 respiciens β *Eug.* 16 non simul—acceperat *om. L* 18 baptismus Christi in illo *v* exsuflandus *JKNm1* exufflandus *Nm2* 19 iis *v* contigit β *Eug.* 21 malis *Mm1* 23 fuerit] foris *Vm1*μς 24 uera] ueritas *N*

potest. ad hoc ergo haeretici ad catholicam ueniunt, ut quod eorum malum est corrigatur, non quod dei bonum est repetatur.

XVI. 23. Dicit aliquis: 'nihilne ergo interest, si duo in errore pari adque malitia constituti sint nec uita et corde mutato alius eorum foris alius intus baptizetur?' fateor interesse. ille enim peior est qui etiam foris baptizatur, non eo quod baptizatur sed eo quod foris est — est enim etiam ipsius diuisionis nec nullum nec paruum malum —, si tamen ille qui intus baptizatur non propter aliquod terrenum aut temporale commodum intus esse uoluit, sed quod unitatem ecclesiae toto orbe diffusae schismatum concisionibus praetulit; alioquin etiam ipse inter illos qui foris sunt deputandus est. constituamus ergo duos aliquos isto modo: unum eorum uerbi gratia id sentire de Christo quod Fotinus opinatus est et in eius haeresi baptizari extra ecclesiae catholicae communionem, alium uero hoc idem sentire sed in catholica baptizari, existimantem ipsam esse catholicam fidem. istum nondum haereticum dico, nisi manifestata sibi doctrina catholicae fidei resistere maluerit et illud quod tenebat elegerit. quod antequam fiat, manifestum est illum qui foris est esse peiorem. itaque in hoc sola falsa opinio, in illo autem etiam ipsa diuisio corrigenda est, sed in neutro ipsorum sacramenti ueritas repetenda. quodsi quisquam idem sentiat quod illi et esse haeresem nouerit ab unitate catholica separatam ubi hoc docetur et discitur, sed alicuius saecularis emolumenti causa in catholica unitate baptizari uoluerit uel in ea baptizatus propter hoc inde exire noluerit, non solum separatus habendus est, uerum etiam tanto sceleratius, quanto magis errori haeresis et diuisioni unitatis falla-

1 adhuc *Km1* 2 dei *om. L* bonum dei *Kv* 5 sunt *J* et] nec *NVv* 7 non eo quod baptizatur *om. L* 8 enim *om. Eug. codd. VA* etiam *om. L* 9 nullam *Nm1* 10 temporalem *Mm1*μς 12 concisioni *ex* concisionis *J* 16 communionem] unitatem *Eug. cod. V* 19 manifesta *JL*β catholicae *om. M* 21 foris baptizatus est *v* est *om. M*μ*m1*ς 22 ne in utro μ*m1* 24 haeresim *Jm2MNm2* nouerit haeresim *v* 27 exire inde *v* 28 separandus β *pr.*

ciam simulationis adiungit. quamobrem cuiusque hominis prauitas quanto periculosior est et tortuosior, tanto instantius et operosius corrigenda est. nec ideo tamen si quid habet integrum praesertim non suum sed dei, propter eius prauitatem uel nullum putandum est uel eodem modo uituperandum uel eius prauitati tribuendum ac non illius largitati, qui etiam fornicanti a se animae et eunti post amatores suos dedit panem suum et uinum suum et oleum suum et alia uel alimenta uel ornamenta, quae nec a se ipsa nec ab eius amatoribus ei sunt, sed ab illo qui eam miserans ubique uoluit ad quem redeat ammonere.

XVII. 24. Numquid potest, inquit, uis baptismi esse maior aut potior quam confessio, quam passio, ut quis coram hominibus Christum confiteatur et sanguine suo baptizetur? et tamen, inquit, neque hoc baptisma haeretico prodest, si quamuis Christum confessus extra ecclesiam fuerit occisus. hoc uerissimum est. extra ecclesiam quippe occisus caritatem non habuisse conuincitur, de qua apostolus dicit: et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. quodsi propter hoc quia caritas deest passio nihil prodest, nec illis prodest, quos intus in inuidia et maliuolentia sine caritate uiuere Paulus dicit, Cyprianus exponit, et tamen uerum baptisma possunt et accipere et tradere. salus extra ecclesiam non est. quis negat? et ideo quaecumque ipsius ecclesiae habentur, extra ecclesiam non ualent ad salutem. sed aliud est non habere, aliud non utiliter habere. qui non habet, ut habeat baptizandus

6 cf. Os. 2, 5—7 12 Cypr. ep. 73, 21 19 I Cor. 13, 3 25 Cypr. ep. 73, 21

2 et tortuosior est *v* 4 prauitatem eius *v* 11 admonere *MNm2* 12 maior esse *v* 14 fateatur *N* et] ut *Cypr.* 15 inquid *Vς* neque] nec *Cypr.* 16 si] sic *Km1N*, *om. Vv Cypr.* 17 hoc—occisus *om.* β *pr.* 22 nihil] *add.* mihi *L* illius *L* in inuidia intus *v* 23 in *om.* β 24 uerbum *Vm1μm1ς* baptismum *L* 25 Saulus *Lm1* salus, inquit *v* 28 est baptizandus ut habeat *v*

est, qui autem non utiliter habet, ut utiliter habeat corrigendus. nec adultera est aqua in baptismo haereticorum, quia nec ipsa creatura quam deus condidit mala est nec uerba euangelica in quibuslibet errantibus reprehendenda sunt, sed error illorum in quo adultera est anima, etsi a legitimo uiro sacramenti habeat ornamentum. potest igitur nobis et haereticis baptisma esse commune, cum quibus potest et euangelium esse commune, quamuis a fide nostra error distet illorum, siue aliud de patre uel de filio uel de spiritu sancto sentiant quam ueritas habet siue ab unitate praecisi non colligant cum Christo sed spargant, quia potest nobis, si frumenta dominica sumus, etiam intus cum auaris, cum raptoribus, cum ebriosis et ceteris eiusmodi pestibus, de quibus dicitur: regnum dei non possidebunt, et baptismatis sacramentum esse commune et tamen uitia quibus a regno dei separantur non esse communia.

XVIII. 25. Neque enim de solis haeresibus dicit apostolus: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. sed non pigeat paululum aduertere quae simul enumeret. manifesta, inquit, sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comisationes et his similia. quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. constituamus ergo aliquem castum, continentem, non auarum, non idolis seruientem, hospitalem, indigentibus ministrantem, non cuiusquam inimicum,

10 cf. Matth. 12, 30 13 I Cor. 6, 10 17 Gal. 5, 21 19 Gal. 5, 19—21 25 uerba *constituamus ergo*—p. 253, 14 *Sodomis quam uobis in die iudicii* = Eug. c. 212

2 adulteria *L* 7 potest] puto *N* communem *Lm1* 8 de] in β 10 proecisi *Jm1* 11 si] qui *L* 18 paulolum *L* paulum β *pr.* 19 inquid ς 20 immunditiae *KVm2* luxoriae *M*ς 23 comesationes *JNm2*μ commessationes *LM* comissationes *Nm1* commesationes ς comessationes *Vv* 26 hospitalitatem β

non contentiosum, patientem, quietum, nullum aemulantem, nulli inuidentem, sobrium, frugalem haereticum: nulli utique dubium est propter hoc solum quod haereticus est regnum dei non possessurum. constituamus alium fornicatorem, inmundum, luxuriosum, auarum uel etiam apertius idolis deditum, ueneficum, discordiosum, contentiosum, aemulum, animosum, seditiosum, inuidum, ebriosum, comisatorem catholicum: numquid propter hoc solum quod catholicus est regnum dei possidebit, agens talia de quibus sic concludit apostolus: quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt? si hoc dicimus, nos ipsos seducimus; nam sermo dei non nos seducit, qui nec tacet nec parcit nec ulla adulatione nos decipit. ideo quippe et alibi dicit: hoc enim scitote cognoscentes, quoniam omnis fornicator aut inmundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi et dei. nemo uos seducat inanibus uerbis. non est ergo quod de sermone dei conqueramur. dicit omnino et aperte ac libere dicit eos qui male uiuunt ad regnum dei non pertinere.

XVIIII. 26. His igitur omnibus uitiis circumsaeptum catholicum non adulemus nec ei, quia christianus catholicus est, inpunitatem quam scriptura diuina non promittit promittere audeamus. nec si aliquid unum habeat ex his quae dicta sunt, debemus ei societatem supernae illius patriae polliceri. ad Corinthios enim singula enumerat, in quibus singulis subauditur quod regnum dei non possidebunt. nolite, inquit, errare. neque fornicatores neque idolis seruientes

9 Gal. 5, 21 12 cf. I Ioh. 1, 8 14 Eph. 5, 5—6 27 I Cor. 6, 9—10

2 sed haereticum *v* 5 luxoriosum *Mm1ς* 7 commessatorem *L* commisatorem *M* comesatorem *Nm2* comissatorem ς comessatorem *Vv* sed catholicum *v* 9 conclusit ς 11 possedebunt *Nm1* (*saepius*) 14 et *om. M* enim] autem β*v* *Eug.* quoniam] quod (d *s. l.*) *N* 18 de *om. L* 21 circumseptum *codd. praeter NVm2* circumsepto catholico *v* 22 adulemur *Jm2Vv* 23 impunitatem *KNm2*β 24 iis *v* 26 corinteos *Nm1* 27 inquid ς

neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. non ait: 'qui haec omnia uitia simul habuerint regnum dei non possidebunt', sed: 'neque illi neque illi', ut in singulis hoc subaudias quod nulli eorum regnum dei possidebunt. sicut ergo haeretici regnum dei non possidebunt, sic auari regnum dei non possidebunt. nec dubitandum est quidem poenas ipsas, quibus cruciabuntur qui regnum dei non possidebunt, pro diuersitate criminum esse diuersas et alias aliis acriores, ut in ipso igne aeterno pro disparibus ponderibus peccatorum sint disparia tormenta poenarum. neque enim frustra ipse dominus ait: tolerabilius erit Sodomis quam uobis in die iudicii. sed tamen ad non possidendum regnum dei tantundem ualet ex uitiis illis quod elegeris mitius, quantum uel plura uel unum quod perspexeris grauius. et quia illi possessuri sunt regnum dei quos ad dextram constituet ille iudex, nec eis qui ad dextram constitui non merebuntur aliquid aliud quam ad sinistram esse remanebit. nulla uox reliqua est quam sicut haedi audiant ex ore pastoris nisi: ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius, licet ex illo igne, sicut dixi, diuersa possint distribui pro criminum diuersitate supplicia.

XX. 27. Utrum autem catholicum pessimis moribus alicui haeretico, in cuius uita praeter id quod haereticus est non inueniunt homines quod reprehendant, praeponere debeamus, non audeo praecipitare sententiam. si autem quis dicat: 'quia haereticus est, non potest hoc solum esse, quin et alia conse-

13 Matth. 11, 24 20 Matth. 25, 41

6 in *s. l. L, om.* β *Eug.* subaudiatis *N* 9 ipsas poenas *v* cruciabantur *Jm1* qui] quibus *L* 11 disparilibus *N* 12 peccatorim *Jm1* frustra enim *Lm1* 13 ait] dicit *Mv* 17 sint μ*m1* dexteram *Nβv, item lin. 18* 19 sinistra *L* reliqua uox *v* 20 hedi *KLMN*μς 21 diabulo *J* 22 dixit β*pr.* possunt *N* 26 proponere *Vm1*μ*m1* 27 quis autem *L* 28 qui ne talia β*pr.*

quantur; carnalis est enim et animalis ac per hoc et aemulus sit necesse est et animosus et inuidus et inimicus ipsi ueritati ab eaque dissentiens', intellegat et de illis malis quod unum mitius elegerit solum in quoquam esse non posse, ea scilicet causa, quoniam carnalis et animalis est. uelut ebriositas, quam non solum sine horrore nominare sed etiam cum hilaritate praedicare iam populi consuerunt, numquid in quo fuerit sola esse poterit? quis enim ebriosus non et contentiosus et animosus et inuidus et a praeceptorum sanitate dissentiens et arguentibus se grauiter inimicus? iam uero ut et fornicator et adulter non sit, difficile est. potest tamen non esse haereticus, sicut haereticus potest non esse ebriosus nec adulter aut fornicator nec luxuriosus aut amator pecuniae aut ueneficus et simul haec omnia potest non esse. neque enim unum aliquod uitium omnia cetera consequuntur. propositis itaque duobus, uno catholico cum his omnibus uitiis, alio haeretico sine his quae possunt non esse in haeretico, quamuis contra fidem non uterque disputet et tamen contra fidem uterque uiuat et spe uana uterque fallatur et a caritate spiritali uterque dissentiat et ob hoc uterque ab illius unicae columbae corpore alienus sit, cur in uno eorum sacramentum Christi cognoscimus, in alio nolumus, quasi aut huius aut huius sit, cum in utroque idem sit et non nisi dei sit et quamuis in pessimis bonum sit? et si hominum qui hoc habent alius est alio deterior, non ideo illud quod habent deterius est in illo quam in isto, quia nec in duobus catholicis malis, si unus sit alio deterior, deteriorem baptismum gerit, nec si unus eorum sit bonus alius malus, in malo malus est baptismus et in bono

20 cf. Cant. 6, 8

2 ueritate *Nml* 3 habeaque μ*ml* 4 eligeret *L* 5 est et animalis *L* 7 populi praedicare iam consueuerunt *v* 8 potuerit *L* 11 post (*in mg.* potest) *Lml* pot*est μ 13 luxoriosus ς pecunia *Vml*μς 15 consecuntur *V*ς 17 iis *Vv* 18 *pr.* utraque *Jml* 19 a *om. L*β *pr.* 20 ob] ab *Nml* illis *L* 22 agnoscimus *v* 23 cum *s. l. K* 26 *alt.* in *om. N* 28 malo] malum μς

bonus, sed in utroque bonus, sicut lumen solis uel etiam lucernae non utique deterius est in oculis deterioribus quam in melioribus, sed idem in utrisque, quamuis eos diuerse pro illorum diuersitate uel laetificet uel excruciet.

XXI. 28. Illud sane quod de catechumenis obiciebatur Cypriano, quod in martyrio deprehensi et pro Christi nomine occisi etiam sine baptismo coronarentur, quid ad rem pertineat non satis intellego, nisi forte quia dicebant multo magis haereticos cum baptismo Christi posse ad regnum eius admitti quo catechumeni admitterentur, cum ipse dixerit: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum. qua in re nec ego dubito catechumenum catholicum diuina caritate flagrantem haeretico baptizato anteponere. sed etiam in ipsa intus catholica bonum catechumenum malo baptizato anteponimus, nec ideo tamen sacramento baptismatis, quo iste nondum, ille iam inbutus est, facimus iniuriam aut catechumeni sacramentum sacramento baptismi praeferendum putamus, cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem melioremque cognoscimus. melior enim centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. iste enim et ante baptismum sancto spiritu impletus est, ille et post baptismum inmundo spiritu inflatus est. uerumtamen Cornelius si etiam spiritu sancto iam accepto baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret. cum autem baptizatus est, non utique melius sacramentum quam Simon accepit, sed diuersa hominum merita sub eiusdem sacramenti pari sanctitate

5 cf. Cypr. ep. 73, 22 10 Ioh. 3, 5 21 cf. Act. cap. 10 cf. Act. 8, 13. 18. 19

3 *alt.* in] non *Nm1* 5 de *om. L* cathecumenus *Jm1K constanter*, cathecuminus *M*, *cet. uariant* 7 conarentur *L* pertineant *L* 9 quo (o *in ras.*) *L* q** *J* 11 intrauit *Nm1* 16 imbutus *KMV*μ 17 sacramento *om.* β*pr.* baptismo *Mm2* 19 enim] *add.* erat *Mm2* 20 simomone *Lm1* 21 sancto—baptismum *om. L* sanctum spiritum *Nm1* 22 immundo *KNm2*μς*v* 23 uoluisset *L* contemtu *J* contenti *Vm1* contemti μ*m1*ς 24 baptizatus (*om.* est) μ baptizatur *M* 25 sinon ς

distincta sunt. ita non auget aut minuit baptismatis sanctitatem uel bonum uel malum hominis meritum. sicut autem bono catechumeno baptismus deest ad capessendum regnum caelorum, sic malo baptizato uera conuersio. qui enim dixit: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum, ipse etiam dixit: nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. namque ne secura esset iustitia catechumeni, dictum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum. rursus ne percepto baptismo secura esset iniquitas, dictum est: nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. alterum sine altero parum est; utrumque perficit illius possessionis heredem. sicut ergo non debemus inprobare iustitiam hominis quae prius esse coepit quam coniungeretur ecclesiae, sicut esse coeperat Cornelii iustitia prius quam esset ipse in plebe christiana — quae neque si inprobaretur dixisset ei angelus: acceptatae sunt elemosynae tuae et exauditae sunt orationes tuae, neque si sufficeret ad capessendum regnum caelorum ut ad Petrum mitteret moneretur —, sic non est inprobandum euangelicum baptismi sacramentum, etiamsi extra ecclesiam fuerit acceptum. quod tamen quia non proficit ad salutem, nisi ille qui habet integritatem baptismi sua quoque prauitate correcta incorporetur ecclesiae, sic haereticorum errorem corrigamus, ut quod in eis non eorum sed Christi est agnoscamus.

5. 10 Ioh. 3, 5 6. 12 Matth. 5, 20 19 Act. 10, 31

1 ita] *add.* ut *L* 3 capescendum *Nm1* 4 conuersio (uer *in ras.*) *Nm2* 6 intrauit *Nm1* 8 farisseorum *N, item lin. 13* 9 cathecumeni *JKNm1* cathecumini *cet.* 11 introibit *Mμ* 12 iniquitas] inquit *N* iniquitas baptizatorum *v* 18 corneli *Mμς* iustitia Cornelii *v* ipse esset *v* christiani *Nm1* 19 acceptae *ςm2v* 21 si *om. L* 26 non corporetur *L* errore *Km1* corrigamus errorem *v* 28 agnoscimus *L*

XXII. 29. Baptismi sane uicem aliquando implere passionem de latrone illo, cui non baptizato dictum est: hodie mecum eris in paradiso, non leue documentum idem beatus Cyprianus adsumit. quod etiam adque etiam considerans inuenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conuersionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum, nec quia credidit passus est, sed dum patitur credidit. quantum itaque ualeat etiam sine uisibili baptismi sacramento quod ait apostolus: corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. sed tunc impletur inuisibiliter, cum ministerium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. nam multo magis in Cornelio et in amicis eius quam in illo latrone posset uideri superfluum ut aqua etiam tinguerentur, in quibus iam donum spiritus sancti, quod non nisi baptizatos alios accepisse sancta scriptura testatur, certo quoque indicio, quod illis temporibus congruebat, cum linguis loquerentur, eminuerat. baptizati sunt tamen et in hoc facto apostolica extat auctoritas. usque adeo nemo debet in quolibet prouectu interioris hominis, si forte ante baptismum usque ad spiritalem intellectum pio corde profecerit, contemnere sacramentum, quod ministrorum opere corporaliter adhibetur, sed per hoc deus hominis consecrationem spiritaliter operatur. nec ob aliud existimo baptizandi munus Iohanni fuisse adtributum, ita ut Iohannis baptis-

2 Luc. 23, 43 12 Rom. 10, 10

3 beatus *s. l. L* 4 ad quae *L* 5 ex] et *Nm1* 6 suplere *Jm1L* conuersationemque *L* 7 ad *s. l. K* cebrandum *Nm1* 8 christi nomine *M* 9 facinerum *V* 10 passus—credidit *mg. Km2 alt.* credit *Lm1* 11 sacramento baptismi *v* 12 corde] *add.* enim *L* ore] *add.* autem *Lv* 14 inpletur *V* 16 possit *Nm1* 18 non *Mm2v, om. cet.* 19 sanctae *Vμm1ς* indictio *Jm1* iudicio *L* 22 profectu *Vm1* 24 proficerit *Mm1* 25 athibetur *K* dei nominis *N* 26 munus baptizandi *v*

mus diceretur, nisi ut dominus ipse qui dederat, cum serui baptismum non spreuisset accipere, dedicaret humilitatis uiam et quanti pendendum esset suum baptisma, quo ipse baptizaturus erat, tali facto apertissime declararet. uidebat enim tamquam potentissimus medicus salutis aeternae quorundam non defuturum tumorem, qui, cum intellectu ueritatis et probabilibus moribus ita profecissent, ut multis baptizatis uita adque doctrina se praeponere minime dubitarent, superuacaneum sibi esse crederent baptizari, quando ad illum mentis habitum se peruenisse sentirent, ad quem multi baptizati adhuc ascendere conarentur.

XXIII. 30. Quid autem ualeat et quid agat in homine corporaliter adhibita sanctificatio sacramenti — sine qua tamen latro ille non fuit, quia non eius accipiendae uoluntas defuit, sed non accipiendae necessitas adfuit —, difficile est dicere. nisi tamen plurimum ualeret, non serui baptismum dominus accepisset. uerum quia per se ipsa consideranda est excepta salute hominis cui perficiendae adhibetur, satis indicat quod et in malis et in eis, qui saeculo uerbis, non factis renuntiant, ipsa integra est, cum illi nisi corrigantur salutem habere non possint. sicut autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter defuit, perfecta salus est, quia per pietatem spiritaliter adfuit, sic et cum ipsa praesto est, si per necessitatem desit quod latroni adfuit, perficitur salus. quod traditum tenet uniuersitas ecclesiae, cum paruuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam et ore confiteri ad salutem quod latro potuit, quin etiam flendo et uagiendo, cum in eis mysterium celebratur, ipsis mysticis uocibus obstrepunt; et tamen nullus christianorum dixerit eos inaniter baptizari.

1 cf. Matth. 3, 6. 13. Phil. 2, 7 26 cf. Rom. 10, 10

1 cum serui] conserui *V* 2 sperneret (*in mg. m1* spreuisset) *L* 3 quanti] quinta *Nm1* 5 peritissimus *v* quorumdam *N* 6 defuturo *Mm1* probabilius *L* 7 proficissent *Mς* adque *om. L* 9 illam *J* se peruenisse] superuenisse *L* 13 athibita *K* 14 ille latro *v* 15 affuit *Jm2N* 17 ipsam *Mm2* 18 athibetur *K* 24 de adfuit *L* affuit *Jm2N* 28 obstrepuit *L*

XXIIII. 31. Et si quisquam quaerat in hac re auctoritatem diuinam, quamquam, quod uniuersa tenet ecclesia nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur, tamen ueraciter conicere possumus, quid ualeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circumcisione carnis quam prior populus accepit, quam priusquam acciperet iustificatus est Abraham, sicut Cornelius etiam dono spiritus sancti priusquam baptizaretur ditatus est. dicit tamen apostolus de ipso Abraham: signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiae fidei, qui iam corde crediderat, et deputatum illi erat ad iustitiam. cur ergo ei praeceptum est, ut omnem deinceps infantem masculum octauo die circumcideret, qui nondum poterat corde credere, ut ei deputaretur ad iustitiam, nisi quia et ipsum per se ipsum sacramentum multum ualebat? quod in filio Moysi per angelum manifestatum est, qui cum adhuc incircumcisus a matre ferretur, praesenti et euidenti periculo ut circumcideretur exactum est et, cum factum esset, depulsa pernicies. sicut ergo in Abraham praecessit iustitia fidei et accessit circumcisio signaculum iustitiae fidei, ita in Cornelio praecessit sanctificatio spiritalis in dono spiritus sancti et accessit sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. et sicut in Isaac, qui octauo suae natiuitatis die circumcisus est, praecessit signaculum iustitiae fidei et, quoniam patris fidem imitatus est, secuta est in crescente ipsa iustitia cuius signaculum in infante praecesserat, ita in baptizatis infantibus praecedit regenerationis sacramentum et, si christianam tenuerint pietatem, sequetur etiam in corde conuersio cuius mysterium praecessit in corpore. et sicut in

7 cf. Iac. 2, 21 9 Rom. 4, 11 11 cf. Rom. 4, 3 13 cf. Gen. 17, 9. 14 15 cf. Ex. 4, 24—26

1 quaerat *post* diuinam *exhibet v* 8 spiritu *Nm1* 9 habraham *J* 10 qui] quam *Nm1* 13 poterant *Nm1* 15 se *om. M* ipsum *delendum uidetur* 16 per angelum *om.* ς 17 feretur *Mm1* 18 depulsa] *add.* est *v* 19 sicur *Nm1* habraham *L* processit *N* fidei iustitia *v* et accessit—fidei *mg. K* 21 spiritu sancto *Nm1* 22 isaach μς 24 sequuta *L* increscente *L* 25 cuius] cum *L* 27 sequitur β

illo latrone quod ex baptismi sacramento defuerat conpleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia uel contemptu, sed necessitate defuerat, sic in infantibus qui baptizati moriuntur eadem gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impia uoluntate, sed ex aetatis indigentia nec corde credere ad iustitiam possunt nec ore confiteri ad salutem. ideo cum pro eis alii respondent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, ualet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. at si pro eo qui respondere potest alius respondeat, non itidem ualet. ex qua regula illud in euangelio dictum est, quod omnes cum legitur naturaliter mouet: aetatem habet, ipse pro se loquatur.

XXV. 32. Quibus omnibus rebus ostenditur aliud esse sacramentum baptismi, aliud conuersionem cordis, sed salutem hominis ex utroque conpleri. nec, si unum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse ut et alterum desit, quia et illud sine isto potest esse in infante et hoc sine illo potuit esse in latrone, conplente deo siue in illo siue in isto quod non ex uoluntate defuisset, cum uero ex uoluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. et baptismus quidem potest inesse ubi conuersio cordis defuerit, conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. neque enim ullo modo dicenda est conuersio cordis ad deum, cum dei sacramentum contemnitur. iuste igitur reprehendimus anathemamus detestamur abominamur peruersitatem cordis haereticorum, sacramentum tamen euangelicum non ideo non habent, quia per quod utile est non habent. quapropter, cum ad fidem et ueritatem ueniunt et agentes paenitentiam remitti sibi peccata deposcunt, non

5 cf. Rom. 10, 10 11 Ioh. 9, 21 28 cf. Cypr. ep. 73, 22

2 contemtu *Jm1* contemptus *Mm1*μ*m1* contentus *Vm1* contemtus ς 4 impleri *Nm2* 5 indientia *L* 7 eis] eisi *Jm1* alii pro eis *v* 13 rebus omnibus *v* 17 illo] ullo *Nm1Vm1* 22 contemto *Jm1K*μς 23 baptismo *om. Nv* nullo *L* dicendum *N* 24 cum] con *Mm1* 28 et ueritatem *om. M* 29 nonn *Nm1*

eos decipimus neque fallimus, cum correctos a nobis ac reformatos in eo quo deprauati adque peruersi sunt ad regnum caelorum sic disciplinis caelestibus erudimus, ut, quod in eis integrum est, nullo modo uiolemus nec propter hominis uitium, si quid in homine dei est, uel nullum uel uitiosum esse dicamus.

XXVI. 33. Iam pauca restant ex epistula ad Iubaianum. sed quia in eis et de praeterita ecclesiae consuetudine dicitur et de baptismo Iohannis, quod solet non paruam mouere quaestionem hominibus rem manifestam parum adtendentibus, quia iussi sunt ab apostolo in Christo baptizari qui baptismum Iohannis acceperant, non neglegenter tractanda sunt et in uolumen aliud differenda, ne huius modus inmoderatus sit.

LIBER QUINTUS.

I. 1. Ecclesiae catholicae consuetudinem pristinam nunc teneri, cum ab haereticis uel schismaticis uenientes, si euangelicis uerbis consecratum baptismum perceperunt, denuo non baptizantur, beato Cypriano teste utimur. ipse quippe sibi quaestionem proposuit ex ore utique fratrum siue quaerentium ueritatem siue pro ueritate certantium. inter disputationes enim suas, quibus uolebat ostendere denuo baptizandos haereticos, de quibus satis pro tempore libris superioribus disseruimus, ait: sed dicit aliquis: quid ergo fiet de his qui in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissi sunt? hic tota causa Donatista-

11 cf. Act. 19, 3—5 23 Cypr. ep. 73, 23

2 quo *scripsi* quod *codd. v* deprauitati *Nm1* 5 quod *L* 6 discamus $\mu m1$ 9 solet] *add.* et *Nm1* 13 sufferenda *J* modos *L* sit] *add.* amen *JKV*$\mu\varsigma$ contuli deo gratias *K* EXPLICIT (EXPŁ *J*) LIBER QUARTUS (IIII *M*) INCIPIT LIBER QUINTUS (QVNTUS *L* QUINTUS DŌ GRATIAS *K*) *JKLMV*$\mu\varsigma$ EXPLICIT LIB̄ QUARTUS SCI AGUSTINI INCIPIT EIUSDĒ LIB. V *N* 15 prestinam *Nm1* 16 cum *om. L* ab *om. Nm1*$\varsigma m1$ 17 baptizatur $\mu\varsigma$ 22 disseruimus *om. J*, dictum est *suppl. m2*

rum, cum quibus nobis de hac quaestione conflictus est, penitus naufragauit. si enim uere baptismum non habebant, qui uenientes ab haereticis ita suscipiebantur, et super eos erant peccata eorum, cum communicatum est talibus siue ab eis qui erant ante Cyprianum siue ab ipso Cypriano, necesse est ut unum dicatur ex duobus, aut perisse iam tunc ecclesiam talium communione maculatam aut non obesse cuiquam in unitate permanenti aliena etiam nota peccata. illud autem quia dicere non possunt, perisse tunc ecclesiam contagione communionis eorum qui sine baptismo ad eam, sicut Cyprianus dicit, admissi sunt — alioquin nec originem suam poterunt adserere, si tunc periit ecclesia, quoniam plus quadraginta anni sunt inter Cypriani passionem et diuinorum codicum exustionem, unde isti calumniarum suarum fumos iactantes occasionem faciendi schismatis inuenerunt, sicut consulum ordo declarat —, restat ut fateantur nulla malorum etiam cognitorum tali communione contaminari unitatem Christi. quod cum fassi fuerint, non inuenient causam, cur se ab ecclesiis orbis terrarum, quas per apostolos institutas pariter legimus, separare debuisse contendant, quia neque illae quorumlibet malorum commixtione perire potuerunt et isti, qui non perirent si cum illis in unitate mansissent, separando se ab eis et rumpendo uinculum pacis utique in schismate perierunt. apertissimum enim sacrilegium eminet schismatis, si nulla fuit causa separationis. nullam uero fuisse causam separationis apparet, si mali etiam cogniti bonos in unitate non maculant. non autem maculari in unitate bonos etiam a cognitis malis docemus teste Cypriano, qui dicit in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissos; quorum tamen nefaria sacrilegia quae super eos erant, quia baptismo dimissa

3 cf. Ps. 50, 5 12 cf. VII 2, 3 med.

3 erant *s. l. K* 4 communicatus *L* erant] fuerant *Kv* 10 dicit Cyprianus *v* 11 poterant (a *in ras.*) *J* potuerunt *L* 12 plus] *add.* quam *LMm2Vv* 14 fumus *Jm1* occa*sionem *N* 15 inuenerant *v* 17 falsi *L* fessi *Mm1* 18 se] si μς 19 contendent *Jm1* illae *JK* ille *Lm1Nm1*μς*m1* illi *cet. v* 21 in *s. l. N* 26 a *del. N* 27 docemur *Nm2*

non erant, si polluere et perdere non potuerunt ecclesiae sanctitatem, nulla malorum contagione potest perire. quapropter si Cyprianum uerum dixisse consentiunt, eo teste conuincuntur in crimine schismatis, si Cyprianum falsum dixisse contendunt, eo teste non utantur in quaestione baptismatis.

II. 2. Sed nunc quod cum beato Cyprianо homine pacifico sermocinari instituimus peragamus. qui cum sibi opposuisset quod dici a fratribus nouerat: quid ergo fiet de his qui in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissi sunt?, potens est, inquit, dominus misericordia sua indulgentiam dare et eos qui ad ecclesiam simpliciter admissi in ecclesia dormierunt ab ecclesiae suae muneribus non separare. bene quidem praesumpsit, quod caritas unitatis cooperire posset multitudinem peccatorum. quodsi habebant baptismum et ab his non recte sentiebatur qui eos denuo baptizandos esse censebant, id erratum cooperiebat caritas unitatis, quamdiu inerat ista non diabolica discessio, sed humana temptatio, donec eis, sicut apostolus dicit, si quid aliter sapiebant dominus reuelaret. et ideo uae istis, qui per sacrilegam praecisionem ab unitate dirrupti, si et aput nos et aput illos est baptismus, rebaptizant, si autem in catholica sola est, nec baptizant. siue ergo rebaptizent siue non baptizent, non sunt in uinculo pacis, unde cuilibet istorum uulneri adhibeant medicinam. nos autem si ad ecclesiam sine baptismo admittimus, in eo numero sumus quibus Cyprianus propter unitatis custodiam ignosci posse praesumpsit. si autem — sicut iam, ut arbitror, ex his quae

8 Cypr. ep. 73, 23 14. 17 cf. I Petr. 4, 8 19 cf. Phil. 3, 15

2 potest contagione *v* 3 conuincuntur *edd. uet.* euincuntur *M*μς uincuntur *cet. v* 6 cypriano beato *Km1* 7 pergamus *v* obposuisset *V* 9 ad ecclesiam de haeresi *v* 10 potenst est *L* inquid *KV*ς 11 et *om. N* eosque *Nm2* eis *Mm1*μς*m2* 14 praesumpsit *K* cooperiret *Lm1* posset cooperire *v* 15 abebant *L* 17 unitatis charitas *v* 18 dissensio *MVv* dissessio μς 19 dicit apostolus *v* quod *Lm1* 20 ue *LV*ς 21 disrupti *LN*β*v* 23 rebaptizant *et* baptizant *N* 27 praesumsit *K* praesumit *N*

in superioribus libris diximus manifestum est — etiam in haereticorum peruersitate potest esse christiani baptismi integritas, si qui temporibus illis rebaptizauerunt nec tamen ab unitatis conpagine recesserunt, eadem dilectione pacis potuerunt ad ueniam pertinere, qua Cyprianus etiam sine baptismo admissos ab ecclesiae muneribus non separari potuisse testatur. porro si uerum est aput haereticos et schismaticos non esse baptismum Christi, quanto minus obessent in unitate positis aliena peccata, si ad unitatem uenientibus et sine baptismo admissis soluerentur et propria! nam si teste Cypriano unitatis uinculum tantum ualet, quomodo possent laedi peccatis alienis qui nollent ab unitate recedere, si etiam non baptizati peccatis propriis non perirent, qui ad eam uellent ex haeresi accedere?

III. 3. Quod autem adiungit Cyprianus et dicit: non tamen quia aliquando erratum est, ideo semper errandum est, cum magis sapientibus et deum timentibus congruat patefactae et perspectae ueritati libenter adque incunctanter obsequi quam pertinaciter adque obstinate contra fratres et consacerdotes pro haereticis reluctari, uerissime dicit, nec alteri potius quam sibi aduersatur qui resistit apertissimae ueritati. sed per illa quae tam multa iam diximus, quantum arbitror, liquido apparet et certum est baptismum Christi nec haereticorum peruersitate, cum aput eos datur et sumitur, posse uiolari. sed ut certum nondum sit, saltem adhuc esse dubium quisquis ea quae dicta sunt etiam retinens cogitauerit confitetur. non ergo apertissimae resistimus ueritati, sed aut pro manifesta ueritate certamus, sicut ego existimo, aut certe,

14 Cypr. ep. 73, 23 21 cf. II Tim. 3, 8

3 in temporibus *Lm1* 4 compagine β 5 quia *Jm1L* sine *om. L* 6 potuisse separari *Nv* 10 uinculum unitatis *M* 11 possunt *Mm1ς* laeti *L* peccata *Nm1* alienis peccatis *v* 19 consacerdotes] contra sacerdotes *Cypr.* 21 apertissime *JLN*β 23 liquido] aliquando *L* 25 nondum] non β *pr.* saltim *LM* adhuc saltim *N* 26 renitens *Vμv* 27 apertissime *Km1Vμ* ueritati resistimus *v* 28 ergo *L* exęstimo *V*

sicut possunt putare qui nondum istam quaestionem solutam esse arbitrantur, adhuc quaerimus ueritatem. et ideo, si aliter se res habet quam nos dicimus, eadem simplicitate suscipimus ab haereticis baptizatos, qua suscipiebant illi quos propter unitatem Cyprianus ad ueniam pertinere praesumpsit. si autem baptismus Christi, sicut ea quae iam multa dicta sunt indicant, et in non integra uel uita uel fide, siue eorum qui uidentur esse intus nec tamen ad unicae illius columbae membra pertinent, siue eorum qui sic ad eam non pertinent, ut etiam aperte foris sint, potest esse integer, qui eum illis temporibus repetebant eandem ueniam propter unitatis caritatem merebantur, quam meruisse propter eiusmodi caritatem credidit Cyprianus eos, quos sine baptismo admissos esse arbitratus est. isti ergo, qui nulla existente causa — quandoquidem, sicut idem Cyprianus ostendit, mali bonis in unitate obesse non possunt — se ab eiusdem unitatis caritate praeciderunt, locum omnis ueniae perdiderunt, et qui ipso scelere schismatis interirent, etiam si post catholicam non rebaptizarent, quanto supplicio digni sunt, qui uel quod eos non habere Cyprianus adfirmat habentibus catholicis dare conantur uel, sicut res ipsa manifestat, quod et ipsi habent non habere catholicam criminantur!

IIII. 4. Sed quia nunc, ut dicere coeperam, cum Cypriani litteris sermocinari instituimus, non. ut arbitror, etiam illi, si adesset, uiderer pertinaciter adque obstinate contra fratres et consacerdotes pro haereticis reluctari, cum acciperet tanta ista quae nos mouent, cur etiam aput haereticos in suo maligno errore peruersos baptismum tamen Christi per se ipsum reuerentissimum adque sanctissimum esse

8 cf. Cant. 6, 8 24 Cypr. ep. 73, 23

2 arbitrabantur *Jm1* 5 praesumsit *K* 6 ***ea *N* 7 in *om. V* 10 perte *Jm1* sunt *LNm1* integer (ge *in ras.*) *K* 11 ueniam] uenientiam *Nm1* charitatem unitatis *v* 14 exsistente μς 16 se] sed *Nm1* 17 ipsos *L* 18 rebaptizent β *pr.* 20 ipsa res *Nv* 21 ipse*** *Lm1* si *N* 22 cypriano *Vm1* 23 illi, si] si illi *Jm1*, si ille *Jm2* 28 reuerendissimum *v*

posse credamus. cumque et ipse testetur, cuius nobis testimonium ponderis magni est, sic eos admitti in praeteritum solitos, quisquis eius sermone commotus haereticos denuo baptizandos esse non dubitat, eos, quibus hoc propter tanta quae contradicuntur nondum persuasum est, tales esse deputet, quales in praeteritum fuerunt qui baptizatos in haeresi solo proprio errore correcto simpliciter admiserunt et cum eis per unitatis uinculum salui esse potuerunt. quisquis autem et praeterita ecclesiae consuetudine et posteriore robore plenarii concilii et tot tantisque sanctarum scripturarum testimoniis et ipsius Cypriani multis documentis et perspicuis rationibus ueritatis intellegit Christi baptismum uerbis euangelicis consecratum non fieri cuiuslibet hominis peruersitate peruersum, eodem unitatis uinculo intellegat saluos esse potuisse quibus aliud salua caritate tunc uisum est. ac per hoc simul oportet intellegatur eos, quos nulla zizania, nulla palea, si ipsi frumenta esse uoluissent, in societate ecclesiae toto orbe diffusae poterant maculare et ideo nulla existente causa se ab eodem unitatis uinculo dirruperunt, quodlibet illorum duorum uerum sit, siue quod Cyprianus tunc sensit siue quod catholicae uniuersitas unde ille non recessit optinuit, foris apertissime constitutos in manifesto sacrilegio schismatis saluos esse non posse et omnia, quae habent de diuinis sacramentis et liberalitate unius legitimi uiri, quamdiu tales sunt, ad eorum confusionem potius quam ad salutem ualere.

V. 5. Quocirca etiam si uere propterea uellent haeretici correcto errore uenire ad ecclesiam, quia putarent se baptismum non habere nisi in catholica acciperent, nec sic eis deberemus ad iterationem baptismi consentire, sed potius do-

2 praeteritom *Jm1* 3 commotos *Nm1ς* 5 deputet] dum putet *N* 7 correpto *Nm1* 8 poterunt (*in mg.* putarunt) *L* et *om. J* et de *v*, *item. lin. 9* 9 ecclesia *N* 14 esse] *add.* non *Nm1* 15 aliut *Lm1* 16 intellegat *Nm2Vm2* (*v*) zizinia *Lm1* 18 exsistente *Vς* causa existente *N* causa] *add.* diuortii *v* 19 disruperunt *JLNβv* duorum *om. Vm1ς* 21 obtinuit *KLNβ* constitutis *Mm1* 23 de *om. V*

cendi essent nec integritatem baptismi prodesse peruersitati eorum si corrigi nollent, nec eorum peruersitate uiolatum fuisse integrum baptisma quamdiu corrigi noluerunt, nec quia corrigi uolunt melius in eis baptisma fieri, sed ipsos a malignitate discedere, illud autem incipere iam prodesse ad salutem quod prius inerat ad perniciem. haec enim discentes et salutem in catholica unitate desiderabunt et suum esse quod Christi est non existimabunt et ueritatis sacramentum quamuis in se positum cum errore proprio non miscebunt.

6. Huc accedit, quia sic homines occulta nescio qua inspiratione dei detestantur, si quis iterum baptismum accipiat quem ubicumque iam acceperat, ut idem ipsi haeretici cum inde disputant frontem confricent et prope omnes eorum laici, qui aput eos inueterauerunt et animosam pertinaciam aduersus catholicam conceperunt, hoc solum illic sibi displicere fateantur et multi, qui propter adipiscenda aliqua commoda saecularia uel incommoda deuitanda transire ad eos uolunt, occultis conatibus ambiant, ut hoc eis quasi peculiari et domestico beneficio praestetur, ne rebaptizentur, et nonnulli ceteris eorum uanis erroribus et falsis criminationibus aduersus catholicam ecclesiam credentes hoc uno reuocentur ut eis sociari nolint, ne rebaptizari cogantur. quem sensum hominum omnia penitus corda occupantem isti Donatistae metuentes maluerunt recipere baptismum, qui aput Maximianistas quos damnauerunt datus est, et eo modo sibi linguas praecidere et ora oppilare quam denuo baptizare tot homines Mustitanae et Assuritanae et aliarum plebium, quas cum Feliciano et Praetextato et ceteris a se damnatis et ad se redeuntibus susceperunt.

VI. 7. Cum enim fit hoc raro in singulis, inter multa spatia

3 baptis**ma *N* 4 nolunt *Mm1*μς 6 pernetiem *L* 8 estimabunt *MV* extimabunt μ 10 qua] quia *Jm1Lm1* 12 iidem *Vv* hereticum inde β*pr.* 13 eorum omnes *V* 20 criminatibus (na *s. l. m2*) *V* 22 poenitus *L* 24 damnauerant *Nv* 25 praecedere *Jm1* ora *s. l. L* quem *Nm1* 26 tot (o *in ras.*) *K* asuritanae *N*β 28 exceperunt β 29 hoc raro fit *v*

locorum et temporum horror facti non ita sentitur. si autem repente conuenirentur, quos per tam longum tempus siue urgentibus periculis mortis siue per sollemnitates paschales memorati Maximianistae baptizauerant, et eis diceretur ut iterum baptizarentur, quoniam id quod in sacrilegio schismatis acceperant nihil esset, id quidem diceretur quod eos pertinacia sui erroris dicere cogeret, ut possent qualicumque falsa umbra constantiae contra calorem ueritatis suae duritiae rigorem glaciemque contegere. sed quia hoc illi ferre non possent et quod in tam multis hominibus fieret nec ipsi possent tolerare qui facerent, praesertim quia idem ipsi eos in parte Primiani rebaptizarent qui eos in parte Maximiani iam baptizauerant, receptus est baptismus illorum et interceptus tyfus istorum. quod nullo modo eligerent fieri, nisi amplius sibi aduersari arbitrarentur horrorem hominum de iterata tinctione quam consideratione m de perdita defensione. quod non ideo dixerim, quia humano sensu deterreri debuimus, si ab haereticis ueni-entes denuo baptizari ueritas cogeret, sed quia sanctus Cyprianus ait hoc ipso magis haereticos ad necessitatem ueniendi adigi potuisse, si rursus in catholica baptizarentur, propterea com- memorare uolui, quantus paene in omnium mentibus huius facti horror insidat, quem diuinitus infusum esse crediderim, ut aduersus quaslibet disputationes quas infirmi discutere nequeunt horrore ipso ecclesia muniretur.

VII. 8. Sane uerba ipsa Cypriani cum intueor, ammoneor quaedam multum necessaria dicere dirimendae huiusmodi quae-stioni. nam si uiderint, inquit, iudicio et sententia

19 cf. Cypr. ep. 73, 24 27 Cypr. ep. 73, 24

2 conuenirent $\mu m2$ 3 urguentibus *J* unguentibus *Nm1* pascales *N* 4 baptizauerunt *L* 7 suo errores *Nm1* qualemcumque *M* qualecumque *V*$\mu\varsigma$ 10 in *s. l. L* possint *Nm1* 11 faterentur *N* iidem *v* 12 maximiniani *Lm1* 13 typhus *JLv* tyfus (f *in ras.*) *N* tifus β 15 arbitrentur β *pr.* horrore *M*$\mu\varsigma$ 17 deterri (*in mg.* deterreri) *L* 20 commemoraui *Mm1* memorare *Nm1* 21 poene *LNm1* pene *MNm2Vm1*μv 22 insideat *v* infusus *Jm1Vm1* 25 uesba *Jm1* admoneor *M* 26 *uerba* dirimendae—*p. 271, 17* inueniretur *desunt in V, uno folio deperdito* 27 inquidς et]ac *Cypr.*

nostra id decerni et statui, ut baptisma iustum et legitimum conputetur quod illic baptizantur, putabunt se ecclesiam quoque et cetera ecclesiae munera iuste et legitime possidere. non ait: 'putabunt se ecclesiae munera possidere', sed: 'iuste et legitime possidere.' nos autem baptismum eos non iuste et legitime possidere concedimus, non possidere autem non possumus dicere, cum sacramentum dominicum in euangelicis uerbis cognoscimus. baptismum ergo legitimum habent, sed non legitime habent. quisquis enim eum et in unitate catholica et eo digne uiuens habet, et legitimum et legitime habet, quisquis autem uel in ipsa catholica sicut palea commixta frumento uel extra sicut palea uento sublata habet, hunc baptismum legitimum quidem habet, sed non legitime; ita enim habet quemadmodum utitur. non autem legitime utitur qui eo utitur contra legem, quod facit omnis qui baptizatus perdite uiuit siue intus siue foris.

VIII. 9. Quapropter sicut de lege dixit apostolus: bona est lex, si quis ea legitime utatur, ita de baptismo recte dicere possumus: 'bonus est baptismus, si quis eo legitime utatur'. et sicut non faciebant tunc ut lex bona non esset aut ut omnino nulla esset qui ea non legitime utebantur, sic nullo modo facit ut baptismus bonus non sit aut ut omnino baptismus non sit, quisquis eo siue quia in haeresi siue quia in pessimis moribus uiuit non legitime utitur. et ideo cum uel ad unitatem catholicam uel ad uitam tanto sacramento dignam conuertitur, non aliud baptisma incipit habere legi-

18 I Tim. 1, 8

lef. V 1 ut *JLN Cypr.* uti *Kçv* ubi *Mm1*μ, *del. Mm2* 2 quo *v Cypr.* putabant *J* 3 munera ecclesiae *v* 4 *post* munera *eras.* possidere sed *L* 5 munera ecclesiae *v* sed] *add.* et *N* 8 domini *Nm2* in *om. M*μς 10 eum *s. l. KL* 15 quae(quem *M*)ammodum *M*μς non autem *om. L* contra legem utitur *v* 16 baptizatur *L* 18 dicit *Nm1* 19 eam *Mm1Nm1*ς 20 si *om.* μς 21 non sicut *L* 22 ut *om. MN*μς*v* eam *Mm1*μς 23 *alt.* ut] ut in *L* ut non *Nm1* 27 aliut *L* baptismum *M*μ baptismam ς

timum, sed illud ipsum incipit habere legitime. nec remissio inreuocabilium peccatorum consequitur baptisma, nisi non solum legitimum, sed etiam legitime habeatur. nec tamen, si legitime non habebitur et peccata uel non remittentur uel remissa replicabuntur, propterea uel malum uel nullum erit in baptizato baptismi sacramentum. sicut enim Iudas, cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo sed male accipiendo locum in se diabolo praebuit, sic indigne quisque sumens dominicum sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est malum sit aut quia non ad salutem accipit nihil acceperit. corpus enim domini et sanguis domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat apostolus: qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. non ergo quaerant in catholica haeretici quod habent sed quod non habent, id est finem praecepti, sine quo multa sancta haberi possunt, sed prodesse non possunt. finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. lauacri uero sacramentum non ut habeant, si iam eodem ipso quamuis in haeresi tincti sunt, sed ut salubriter habeant, ad catholicae unitatem ueritatemque festinent.

VIIII. 10. Iam nunc de Iohannis baptismo uidendum est quid dicatur. baptizatos enim a Paulo eos qui iam baptismo Iohannis baptizati fuissent legimus in Actibus apostolorum non ob aliud, nisi quia Iohannis baptismus non fuit Christi baptismus, sed Iohanni a Christo concessus, qui Iohannis proprie diceretur, sicut idem Iohannes dicit: non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de caelo. et ne forsi-

6 cf. Ioh. 13, 27 12 I Cor. 11, 29 16 I Tim. 1, 5 24 cf. Act. 19, 3—5 27 Ioh. 3, 27

def. V 1 illut *L* 8 diabulo *Nml* sumens quisque ς 10 acciperit β 11 sanguinis μ*ml*ς nihilhominus *LN* 12 et bibit *M*, *om. cet. v* 15 habere *Lml* 20 ad *om. J* 22 baptismo Iohannis *Nv* 25 iohannes *Lml* 26 quia *L* 28 ei fuerit *N*

tan hoc sic a deo patre accepisse uideretur ut a filio non acciperet, de ipso Christo identidem loquens ait: nos omnes de plenitudine eius accepimus. accepit autem hoc Iohannes certae dispensationis gratia non diu mansurum, sed quantum satis esset ad parandam uiam domino, cuius eum esse praecursorem oportebat. quam ille humiliter ingressurus et se humiliter sequentes ad excellentiam deducturus, sicut seruis pedes lauit, ita serui baptismo tingui uoluit. sicut enim se subiecit pedibus eorum quos ipse dirigebat, sic Iohannis muneri quod ipse donauerat, ut intellegerent omnes, quanto superbiae sacrilegio quisque contemneret baptisma quod a domino deberet accipere, quando ipse dominus accepisset, quod seruo ut proprium dare posset ipse praestiterat, et cum Iohannes, quo nemo exsurrexit maior in natis mulierum, tantum testimonium Christo perhiberet, ut soluendae corrigiae calciamenti eius se fateretur indignum, Christus et baptismum eius accipiendo humillimus inter homines inueniretur et baptismo eius locum auferendo deus altissimus crederetur, idem humilitatis doctor et celsitudinis dator.

11. Nulli enim prophetarum, nulli prorsus hominum in scripturis diuinis legimus esse concessum baptizare in aqua paenitentiae in remissionem peccatorum, quod Iohanni concessum est, qua mirabili gratia suspendens in se corda populorum uiam praepararet in eis illi, quem se tanto praedicaret esse maiorem. sed dominus Iesus Christus tali baptismo mundat ecclesiam, quo accepto nullum alterum requiratur,

2 Ioh. 1, 16 5. 24 cf. Matth. 11, 10 8 cf. Ioh. 13, 4—5 cf. Matth. 3, 13 14 cf. Matth. 11, 11 15 cf. Ioh. 1, 27 21 cf. Matth. 3, 11

lef. V 1 patere β *pr.* accipere *Nv* accepissi μς 2 ipso] idem *Lm1* 3 accepimus (ἐλάβομεν) *Lm1* accipimus *cet. v, cf. p. 85, 2* 4 certe *JLN*μς 5 eum *om. L* 6 quem *Nm1* 8 tingi *v* 9 subiecit se *L* 10 muniri quos *Lm1* 11 contempneret *L* 13 potuisset *M* 14 in] inter μ*m1* 15 calceamenti *v* 16 baptismus *L* 17 humilissimus *Nm1* et baptismo] *pergit V* baptismi *M* baptisme μς 18 locum *s. l. L* offerendo β 21 scribturis *Jm1* concessum esse *v* aqua] qua *L* aquam β *pr.* 22 remissionem *Mm2v* remissione *cet.*

Iohannes autem tali baptismo praetinguebat, quo accepto esset baptisma etiam dominicum necessarium, non ut illud repetatur, sed ut eis qui Iohannis baptismum acceperant etiam Christi baptismus, cui uiam praeparabat ille, traderetur. si enim Christi humilitas conmendanda non esset, nec baptismo Iohannis opus esset; rursus si in Iohanne finis esset, post Iohannis baptisma Christi baptismate opus non esset. sed quia finis legis Christus ad iustitiam omni credenti, ab illo demonstratum est ad quem pergeretur, ad hunc cum peruentum fuerit permanetur. idem igitur Iohannes et celsitudinem domini praedicauit, cum eum sibi longe praeposuit, et humilitatem, cum eum tamquam infimum baptizauit. sed si Iohannes Christum solum baptizasset, melioris baptismi dispensator Iohannes fuisse putaretur quo ipse Christus solus tinctus esset, quam Christi est quo christiani tinguntur. et rursus si omnes prius baptismo Iohannis et deinde Christi baptizari oporteret, minus plenus minusque perfectus Christi baptismus merito uideretur, qui non sufficeret ad salutem. quocirca et baptismo Iohannis baptizatus est dominus, ut superbas hominum ceruices ad salutare suum baptismum flecteret, et non solus illo baptismate tinctus est, ne hoc ipso superius illud ostenderet quod eo solus ipse baptizari meruisset, et ultra illud perseuerare non siuit, ne hoc unum quo ipse baptizat indigere praecedente altero uideretur.

X. 12. Quaero itaque, si baptismo Iohannis peccata dimittebantur, quid amplius praestari potuit per baptismum Christi eis, quos apostolus Paulus post Iohannis baptismum Christi

8 Rom. 10, 4 26 cf. Act. 19, 3—5

1 iohannis *Nml* pertinguebat *N* praetingebat *v* esse β *pr.* 2 repetatur *om. M*μ 3 baptismum Ioannis *v* 5 baptismum *N* 6 rursum *v* 9 adhuc *L* 10 permaneretur *LNv* 12 infirmum *LV*μς 13 Ioannes dispensator *v* 14 quod *L* quam] quia *L* 15 quod *L* tinguuntur *N* 19 esset *Mml*μς dominus] christus *Lml* salutarem *JKml* 20 baptismum] baptisma *Vv* solum *LmlN* 21 superans *J* 22 ne] nec *KmlN* 23 quod *KmlN* et ipse *J* 25 amplium *Lml* praestare *V*ς*ml* praestare potuit baptismus *v* per *in ras. J, om. N* 26 baptismum Ioannis *v*

baptismo uoluit baptizari? si autem Iohannis baptismo non dimittebantur peccata, utrumnam meliores erant Iohanne Cypriani temporibus, de quibus ipse dicit quod fundos insidiosis fraudibus rapiebant et usuris multiplicantibus faenus augebant, quibus tamen baptizantibus fiebat remissio peccatorum? an quia eos unitas ecclesiae tenebat? quid ergo? Iohannes non erat in unitate, amicus ille sponsi, uiae dominicae praeparator et ipsius domini baptizator? quis hoc dementissimus dixerit? quapropter quamquam ita credam baptizasse Iohannem in aqua paenitentiae in remissionem peccatorum, ut ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata, re ipsa uero in domini baptismo id fieret, sicut resurrectio quae expectatur in finem spe in nobis facta est, sicut dicit apostolus, quia simul nos excitauit et simul sedere fecit in caelestibus, et idem dicit: spe enim salui facti sumus — nam et Iohannes ipse cum dicat: ego quidem baptizo uos in aqua paenitentiae in remissionem peccatorum, dominum uidens ait: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi —, tamen, ne quisque contendat etiam in baptismo Iohannis dimissa esse peccata, sed ampliorem aliquam sanctificationem eis quos iussit Paulus denuo baptizari per baptismum Christi esse conlatam, non ago pugnaciter.

XI. 13. Illud enim quod ad rem praesentem maxime pertinet intuendum est, quoquo modo se habeat baptisma Iohannis, cum eum ad unitatem Christi pertinere manifestum sit, quae causa fecerit, ut post Iohannem sanctum baptizari homines oportuerit et post episcopos auaros non oportuerit. nemo enim negat, quod in agro dominico Iohannes triticum erat et, si

3 cf. Cypr. de lapsis c. 6 7 cf. Ioh. 3, 29 9 cf. Matth. 3, 11 13 Eph. 2, 6 15 Rom. 8, 24 16 Matth. 3, 11 18 Ioh. 1, 29

10 in *v* et *JKLMN*μς, *ras. in V* remissione *MN* baptizati *Km1* 11 re] se *N* 13 nobis] uobis *L* 15 ipse Ioannes *v* 16 paenitentiae *J* in paenitentia *cet.* in poenitentiam *v* 17 remissione *N* 20 aliquam ampliorem *v* 21 conlatum *KM*μ*m1*ς collatum *Vm1* collatam *NVm2* 24 quomodo *LM*μς 27 *pr.* oportuerint β*pr.* 28 domini *Vm1*

amplius non potest, in ubertate centena; item nemo dubitat auaritiam, quae est idolorum seruitus, in messe dominica inter paleas numerari. cur ergo post triticum baptizatur et post paleam non baptizatur? si propterea Paulus post Iohannem baptizauit, quia Iohanne melior erat, cur non et Cyprianus post faeneratores collegas suos baptizauit, quibus ultra conparationem melior erat? si propterea post tales collegas Cyprianus non baptizauit, quia in unitate cum illo erant, nec post Iohannem Paulus debuit, quia eadem unitate continebantur. an forte fraudatores et rapaces ad columbae illius unicae membra pertinent et ille non pertinet, cui potestas ipsa domini Iesu Christi per columbae speciem spiritu sancto descendente monstrata est? immo uero ille intime pertinet, isti uero uel occasione alicuius scandali uel ultima uentilatione a tritico separandi nequaquam pertinent, et tamen post illum baptizatum est, post istos non baptizatur. quae igitur causa est, nisi quia baptisma, quod illos iussit Paulus accipere, non hoc erat quod per Iohannem dabatur? et ideo in eadem ipsa unitate ecclesiae baptismus Christi, si baptizante faeneratore tradatur, repeti non potest, baptismum autem Iohannis etiam ab ipso Iohanne accipientes postea Christi baptismo baptizari oportebat.

XII. 14. Proinde possum et ego uerbis utens ipsius beati Cypriani ad cuiusdam miraculi considerationem audientium corda conuertere, si dicam: ille Iohannes maior inter prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in utero matris impletus, ille Heliae spiritu et uirtute subnixus, qui non aduersarius domini sed praecursor ac praedicator fuit, qui dominum non tantum uerbis praenuntiauit sed et oculis ostendit, qui ipsum

2 cf. Col. 3, 5 10 cf. Cant. 6, 8 12 cf. Matth. 3, 16. Ioh. 1, 33 24 Cypr. ep. 73, 25

1 ubertate] ueritate β ita *L* dubitet *Mm1μ* 6 suos collegas *v* 9 debuit Paulus β*v* continebatur *v* 11 illi non pertinent *L* 12 sancto spiritu descendentem *N* 14 occansione *Nm1* ultimę *N* uentilationi *Nm2* 17 erat *om. N* 19 baptizantur *Lm1* foeneratore *N* 25 profetas *K* illa *Lm2* adhuc *om.* β*pr.* 26 haelię *N*

Christum per quem baptizantur ceteri baptizauit, sic baptizare non meruit, ut post eum non baptizarentur qui ab eo fuerint baptizati: et post auaros fraudatores rapaces faeneratores nemo quemquam in ecclesia baptizandum putabit? nonne, cum haec inuidiose clamauero, respondetur mihi: 'quid hoc indignum putas, quasi aut Iohannes exhonoratus sit aut auarus honoratus? sed illius baptismum non oportuit iterari, de quo idem Iohannes ait: hic est qui baptizat in spiritu sancto. per quemlibet enim ministrum detur, illius est baptismus de quo dictum est: hic est qui baptizat. sed neque ipsius Iohannis baptismus iteratus est, cum ab eo baptizatos baptizari in Christo Paulus apostolus iussit. quod enim ab amico sponsi non acceperant, hoc ab eo ipso sponso accipere debuerunt, de quo ille amicus dixerat: hic est qui baptizat in spiritu sancto.'

XIII. 15. Poterat enim, si uoluisset, dominus Iesus baptismi sui potestatem dare alicui uel aliquibus praecipuis seruis suis quos iam fecisset amicos suos, qualibus ait: iam non uos dicam seruos sed amicos, ut, quemadmodum per uirgam florentem demonstratus est Aaron sacerdos, ita in eius ecclesia, ubi plura et maiora miracula facta sunt, per aliquod signum demonstrarentur excellentioris sanctitatis ministri et dispensatores mysteriorum, qui soli baptizare deberent. sed si hoc fieret, quamuis eis a domino adtributus tamen ipsorum iam baptismus diceretur, sicut baptismus Iohannis fuit. ideo Paulus gratias agit deo, quod neminem ipsorum baptizauerat, qui tamquam obliti in cuius nomine baptizati essent per hominum se nomina diuidebant. cum enim tantum ualet baptismus per ho-

8. 10. 14 Ioh. 1, 33 13 cf. Ioh. 3, 29 18 Ioh. 15, 15 20 cf. Num. 17, 8 26 cf. I Cor. 1, 14 27 cf. I Cor. 1, 13

2 baptizari *J* *alt.* non *om. N* 3 fuerant *v* 4 putauit *JKm2Lβ* 5 qui β *pr.* 11 iteratus *Lm1* baptizatus *L* 13 eo *om.* β*v* 16 soluisset *Vm1* 18 qualibus—amicos *om. L* 19 quemammodum *M*μ 20 ecclesiam *Vm1*μ*m1*ς 21 miracula maiora *M* 23 ministeriorum *L* baptizari *N* 24 eis *s. l. K* atributus *L* baptismus iam *v* 26 egit *L* 28 ualent *Lm1*

minem contemptibilem quantum per apostolum datus, ita nec illius nec illius, sed Christi esse cognoscitur; quod in ipso domino Iohannes per illam columbae speciem se didicisse testatur. nam secundum quid aliud dixerit: et ego nesciebam eum, non plane uideo. si enim eum omnino nesciret, non uenienti ad baptismum suum diceret: ego a te debeo baptizari. quid est ergo quod ait: quoniam uidi spiritum uelut columbam descendentem de caelo, et mansit super eum. et ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit: super quem uideris spiritum descendentem de caelo et manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto? columba utique super baptizatum descenderat. adhuc autem uenienti ut baptizaretur dixerat: ego a te debeo baptizari. iam ergo sciebat eum. quid sibi itaque uult: ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit: super quem uideris spiritum descendentem de caelo et manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto, cum hoc posteaquam baptizatus est factum sit, nisi quia secundum aliquid eum sciebat, secundum aliquid adhuc nesciebat? sciebat uidelicet sponsum filium dei de cuius plenitudine omnes acciperent, sed quia sic ex eius plenitudine ipse acceperat baptizandi potestatem, ut Iohannis baptismus diceretur, nesciebat, utrum sic esset daturus et ceteris an uero proprium baptismum sic habiturus, ut, per quemlibet daretur siue excellentioris gratiae ministrum siue inferioris siue per centeni fructus hominem siue sexageni siue triceni siue per frumentum siue per paleam, non nisi illius unius esse cognosceretur; et hoc per spiritum didicit uelut columbam descendentem et manentem super eum.

4 Ioh. 1, 33 6. 14 Matth. 3, 14 7 Ioh. 1, 32—33 15 Ioh. 1, 33 21 cf. Ioh. 1, 16

1 contemtibilem *KVm1*μς ita] *add.* ut (*s. l.*) *L* 2 esse cognoscitur sed Christi *v* 3 se] si *Lm1* dedisse *J* 5 eum *om. JL* 7 ergo est *v* quod *s. l. K* 13 itaque *L* 16 misit me *L* 22 sic *post* ipse *habet v* 26 centem *Nm1* fructum *N* 27 sexagenus *Nm1* treceni β *pr.* frumentum] fructum *Nm1* 28 unicus *L* spiritum] christum *J*

XIIII. 16. Itaque inuenimus dictum ab apostolis et gloriam meam, quamuis utique in domino, et ministerium meum et prudentiam meam et euangelium meum, quamuis utique a domino inpertitum adque donatum, 'baptismus' autem 'meus' nemo eorum dixit omnino. neque enim omnium aequalis est gloria nec ministrant omnes aequaliter nec aequali prudentia sunt omnes praediti et in euangelizando alius alio melius operatur et ideo dici potest alius alio doctior et ipsa doctrina salutari: alius autem alio magis minusue baptizatus dici non potest, siue ab inferiore siue a maiore baptizetur. proinde cum manifesta sint opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comisationes et his similia, si mirabiliter dicitur: 'post Iohannem baptizati sunt homines et post haereticos non baptizantur,' cur non mirabiliter dicitur: 'post Iohannem baptizati sunt homines et post inuidos non baptizantur,' cum ex parte diaboli esse inuidos ipse Cyprianus in epistula de zelo et liuore testetur et in ecclesia Christi fuisse inuidos Christi adnuntiatores ipsis apostolicis temporibus ipse Cyprianus ex apostolo Paulo, sicut iam docuimus, manifestet?

XV. 17. Quia ergo Iohannis baptismus non erat idem qui baptismus Christi, satis arbitror esse declaratum. et propterea nihil ex illo documenti adferri potest, cur propterea post haereticos baptizandum sit, quia baptizatum est post Iohannem, cum Iohannes haereticus non fuerit et potuerit habere baptismum quamuis a Christo concessum non tamen Christi proprium, cum Christi

1 I Cor. 9, 15 2 Rom. 11, 13 3 Eph. 3, 4 II Tim. 2, 8 11 cf. Gal. 5, 19—21 18 cf. Cypr. de zelo et liuore cap. 1—4 20 cf. Cypr. ep. 73, 14 21 cf. lib. IIII 7, 10

1 scriptum *Lm1* ab *om. Vm1* 5 eorum] autem $\mu m1$ dixit eorum *v* dixit *om. L* 6 ministrat *Jm1* 8 *alt.* et] in *v* 9 maius *JLMN*$\mu\varsigma$ minus uel *N*ς 11 sunt] sint *Lm1* 12 luxoriae *Mm1*$\mu\varsigma$ benefitia *Nm1* inimitiae *Nm1* 14 comesationes *Jm2*$\mu m1$ commessationes *LM* conmissationes *N* commissationes (*pr.* m *m2*) ς 17 inuidios *Lm1* 19 libore *Km1*$\mu\varsigma$ 24 documenti ex illo *v* 26 quamuis—*278, 1* baptismum *om.* ς 27 cum] sed *J*

habuerit caritatem, et possit haereticus habere baptismum Christi et peruersitatem diaboli, sicut intus alius potest habere baptismum Christi et inuidiam diaboli.

18. 'At enim multo magis post haereticum baptizandum est, quia Iohannes haereticus non erat et tamen post eum baptizatum est'. 'sic', dicit aliquis, 'multo magis post ebriosum baptizandum est, quia Iohannes sobrius erat et tamen post eum baptizatum est', et quid ei respondeamus non habebimus nisi baptizatis a Iohanne baptismum Christi non habentibus esse traditum, in quibus autem est baptismus Christi, quibuslibet peruersitatibus eorum nullo modo fieri, ut non sit in eis baptismus Christi.

19. Non itaque idcirco haereticus ius baptismi optinere potuit quia prior baptizauit, sed quia non suo baptismo baptizauit, et si ius baptizandi non habuit, tamen Christi est quod dedit et ille Christi est quod accepit. multa enim contra ius dantur nec tamen ideo uel nulla uel non data dicuntur. neque enim et ille, qui saeculo uerbis solis et non factis renuntiat, iure accipit baptismum et tamen accipit. nam tales in ecclesia et Cyprianus suis temporibus fuisse commemorat et nos experimur et gemimus.

20. Mirum est autem, quomodo dicatur separari a se et diuidi omnino non posse baptismum et ecclesiam. si enim baptisma in baptizato inseparabiliter manet, quomodo baptizatus separari ab ecclesia potest et baptisma non potest? in baptizato autem inseparabiliter baptisma permanere manifestum est, quia, in quemlibet profundum malorum et in quamlibet horribilem uoraginem peccatorum inruat baptizatus usque ad apostaticam

13 cf. Cypr. ep. 73, 25 18 cf. Cypr. ep. 11, 1 22 cf. Cypr. ep. 73, 25

2 post *L* 3 et *om. L* 4 at] ait *Nm1* ad *V* 8 respondeamus ei *v* 11 eorum peruersitatibus *v* 13 obtinere β non potuit *Jm1* 14 qui prior *Nm1* baptismo *om. L* 16 quod] qui *JMv iunge:* et quod ille accepit Christi est 18 illi *N* 19 *alt.* accepit *V*μς nam] Nec *L* 22 autem est *v* 25 baptismus *v* 27 quemlibet] quodlibet *v* 28 apostolicam (*sic*) *J*

ruinam, non caret baptismo et ideo per paenitentiam redeunti non redditur, quia eo non potuisse carere iudicatur. baptizatum autem posse separari ab ecclesia quis dubitauerit? inde quippe omnes haereses exierunt quae uocabulo christiano decipiunt.

XVI. Quamobrem quia manifestum est in baptizato esse baptismum, cum baptizatus de ecclesia separatur, baptismus qui in illo est cum illo utique separatur. et ideo non omnes qui tenent baptismum tenent et ecclesiam, sicut non omnes qui tenent ecclesiam tenent et uitam aeternam. aut si ecclesiam tenere non dicimus nisi eos, qui diuina mandata custodiunt, multos iam esse concedimus baptismum tenentes et ecclesiam non tenentes.

21. Quamobrem non praeoccupat haereticus baptismum, cum eum ab ecclesia sumpserit, nec potuit amittere cum recederet, quem iam non habere ecclesiam dicimus et tamen baptismum habere concedimus. nec primatum quisque sibi derogat et haeretico tribuit, quia eum dicit secum abstulisse quod non legitime daret sed tamen legitimum daret, nec iam legitime haberet sed legitimum haberet. primatus autem non est nisi in sancta conuersatione et uita bona, quo pertinent omnes, ex quibus tamquam membris constat illa sponsa non habens maculam neque rugam et illa columba inter multorum coruorum inprobitatem gemens; nisi forte, cum Esau propter lenticulae concupiscentiam primatum perdiderit, tenere primatum arbitrandi sunt fraudatores raptores faeneratores inuidi ebriosi et ceteri huiusmodi, quales in ecclesia sui temporis etiam per litteras Cyprianus ingemuit. quapropter aut quod est tenere ecclesiam non hoc est, in diuinis tenere primatum, aut si omnis qui tenet ecclesiam etiam primatum tenet, omnes

13 cf. Cypr. ep. 73, 25 21 cf. Eph. 5, 27 22 cf. Cant. 6, 8 23 cf. Gen. 25, 29—34

6 de] ab *Vv* 8 et *om. Jm1Nβv* 11 multos—concedimus *om. J* et *om. N* 13 praeoccupauit *Mm2* 14 sumserit *JKμ* recederit *L* 16 habere baptismum *v* quisquam *Vv* 24 perdiderit *om. J*, perderet *suppl. m2* 25 feneratores *KNβv* foeneratores *L*

illi iniqui ecclesiam non tenent, qui tamen intus uidentur et baptismum dare et habere a nullo nostrum negantur. nam eos primatum in diuinis habere quis dicat, nisi qui nihil diuinum sapit?

XVII. 22. Sed iam ad illa eloquia pacifica Cypriani, hoc est ad epistulae finem omnibus consideratis pertractatisque peruentum est, quae me legentem et saepe repetentem non satiant. tanta ex eis iucunditas fraterni amoris exhalat, tanta dulcedo caritatis exuberat. haec tibi, inquit, breuiter pro nostra mediocritate rescripsimus, frater carissime, nemini praescribentes aut praeiudicantes quominus unusquisque episcoporum quod putat faciat, habens arbitrii sui liberam potestatem. nos, quantum in nobis est, propter haereticos cum collegis et coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus ⟨diuinam⟩ concordiam et dominicam pacem tenemus, maxime cum et apostolus dicat: 'si quis autem putauerit contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei.' seruatur a nobis patienter et leniter caritas animi, collegii honor, uinculum fidei, concordia sacerdotii. propter hoc etiam libellum de bono patientiae quantum ualuit nostra mediocritas permittente domino et inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmisimus.

23. In his uerbis multa consideranda sunt, quibus in hoc uiro, qui dilexit decorem domus domini et locum tabernaculi habitationis eius, christianae caritatis fulgor elucet: primo quia

9 Cypr. ep. 73, 26 17 I Cor. 11, 16 27 cf. Ps. 25, 8

7 quem elegentem *Nml*β *pr.* quem legentem *Nm2* non satiant] consatiant *Nml* 8 iocunditas *LMN*ς exalat *MVm2*μ exaltat *Vml*ς 9 exhuberat *Jml* inquid *V* breuibus *Cypr.* 10 karissime *M*μ 11 perscribentes *NV*μ 13 in ⟨*del.*⟩ quantum in μ 15 condimus *Nml* 16 diuinam *inserui, cf. p. 281, 6* 17 et *om. LVml* 19 reseruatur *N* 21 collegi *Mml*μς honor collegii *v* 22 nunc de *Cypr.* 25 mutua] tua *JLN*β 28 ueritatis *N* fulgura lucent *L*

id quod sensit non tacuit, deinde quia tam mansuete et pacifice protulit, quia cum his qui aliud sentiebant ecclesiasticam pacem tenuit, quia in unitatis uinculo tantam salubritatem esse intellexit, quia eam tantum dilexit et sobrie custodiuit, quia uidit et sensit etiam diuersa sentientes posse salua caritate sentire — neque enim cum malis tenere se diceret diuinam concordiam et dominicam pacem; bonus quippe habere erga malos pacem potest, tenere autem cum eis pacem non potest quam ipsi non tenent —, postremo quia nemini praescribens neque praeiudicans, quominus unusquisque episcoporum quod putat faciat habens arbitrii sui liberam potestatem, etiam nobis qualibuscumque locum dedit pacifice secum ista tractandi. praesens est enim non solum per litteras suas, sed etiam per ipsam quae in illo maxime uiguit et mori numquam potuit caritatem. huic ergo inhaerere et conglutinari desiderans si non inpediar inconuenientia peccatorum meorum, orationibus eius adiutus discam, si potero, per litteras eius, quanta pace per eum ecclesiam suam dominus et quanto solacio gubernauerit, et per eius sermonis adfectum uisceribus humilitatis indutus si quid uerius sentio cum orbe terrarum, non ei praeponam cor meum nec in eo ipso, quod aliter sentiens non tamen diremptus est ab orbe terrarum. maius quippe in eo robur uirtutis eminuit, cum ista quaestio nondum discussa nutaret, quod aliter sentiens quam multi collegae tantam moderationem optinuit, ut ecclesiae dei sanctam societatem nulla schismatis labe truncaret, quam si omnia non solum ueraciter sed etiam pariter sine ista uirtute sentiret. neque enim ei placeo, si eius ingenium facultatemque sermonis et doctrinae ubertatem sancto concilio cunctarum gentium, cui profecto interfuit per spiri-

1 sentit *L* quia tam] quietam *J* quietem *Km1* 2 aliut *Lm1* 5 sensis *L* 8 malis *Nm1* 10 quominus (q *in ras., pr.* u *s. l.*) *K* 12 dedit locum *L* 15 impediar *KLN* 17 discat *Lm1* pacem *Km1* 18 solatio *LMNςv* 19 sermones afflectum *Nm1* 21 diremtus *KNm1Vμς* direptus *L* 22 eum *Nm1* robor *Vm1* rubor *μς* uirtutes *Nm1* 23 emicuit *L* 24 collega et tantam (tanta *ς*) *Mm1μς* obtinuit *KVς* 25 sancta *Nm1* 26 truncatur *L* 28 sancto *eras. V*

tus unitatem, praeponere adfectem, praesertim iam in tali ueritatis luce posito, ubi certissime cernit quod hic pacatissime requirebat. ex illa enim ubertate haec nostra quae uidentur eloquia tamquam infantilia rudimenta deridet. ibi uidet qua regula pietatis hic egerit, ut nihil ei esset in ecclesia carius unitate. ibi etiam ineffabili delectatione contuetur, quam prouida et misericordissima dispensatione dominus, ut tumores nostros curaret, stulta mundi elegit, ut confunderet sapientes adque in ordinibus membrorum ecclesiae suae tam salubriter omnia conlocaret, ne de ingenio uel litteris suis, quas adhuc ignorarent cuius munere haberent, electos se ad adiutorium euangelicum homines dicerent adque inde pestifera inflarentur superbia. quam gaudet Cyprianus, quanto serenius in illa luce contuetur, pro quanta salute humani generis factum sit, ut inueniatur aliquid, quod merito reprehendi possit, quamuis in christianis et piis litteris oratorum, et non inueniatur in litteris piscatorum! de hoc ego gaudio sanctae illius animae omnino securus neque ullo modo meas litteras ab omni errato liberas audeo uel putare uel dicere neque illius huic sententiae, in qua ei uisum est aliter suscipiendos ab haereticis uenientes quam uel in praeteritum suscipiebantur, sicut ipse testatur, uel nunc suscipiuntur, sicut totius orbis christiani plenario concilio rationabilis consuetudo firmata est, meam praepono sententiam sed ecclesiae sanctae catholicae, quam sic ille dilexit et diligit, in qua tam uberem cum tolerantia fructum adtulit, cuius uniuersitas ipse non fuit sed in eius uniuersitate permansit, cuius radicem numquam deseruit sed in cuius radice fecundus ut esset fecundior ab agricola caelesti purgatus est, pro cuius pace ac salute, ne simul cum zizaniis eradicaretur et

8 cf. I Cor. 1, 27 28 cf. Ioh. 15, 1

1 affectum *LMm1* 4 infantialia *J* 5 esset ei *v* 6 delectione *Vm1* dilectatione μ 8 eligit *Vμςm2* 10 collocarent *L* 11 ad *om. Lς* 13 o quam *v* quam audet *Jm1* tanto gaudet *Jm2* 14 ut *s. l. K* 15 reprehendatur *v* 17 ergo *Nm2* gaudeo *LNm1* 18 liberas] literas *Lm1* 23 propono *Nm1* 25 qua tam] quanta β*pr.* 29 eradicetur *LV*μς eradiceretur *Nm1*

triticum, tanta mala hominum secum in unitate constitutorum et ueritatis libertate redarguit et caritatis uirtute sustinuit.

XVIII. 24. Unde nos idem ipse copiosissime ammonet multos in delictis et peccatis suis mortuos, quamuis ad Christi societatem et ad illius columbae unicae innocentis et simplicis membra non pertinentes, quae si sola baptizaret illi utique non baptizarent, specie tamen intus uideri et baptizari et baptizare, et in eis quamuis mortuis illius tamen baptismum uiuere, qui non moritur et mors ei ultra non dominabitur. cum ergo et intus sint mortui neque latentes — nam non de illis tanta diceret Cyprianus —, qui uel non pertineant ad illam uiuam columbam uel nondum pertineant, et foris sint mortui qui manifestius ad eam uel non pertineant uel nondum pertineant, uerumque sit non posse ab eo uiuificari alterum qui ipse non uiuit, manifestum est eos, qui intus a talibus baptizantur, si uera conuersione cordis accedunt, ab eo uiuificari cuius est baptismus, si autem saeculo uerbis et non factis renuntiant, quales Cyprianus et intus esse testatur, nec ipsos uiuificari nisi conuertantur et uerum tamen habere baptismum, etiamsi non conuertantur; unde etiam exteriores mortuos, quamuis neque uiuant neque uiuificent, habere tamen baptismum uiuum qui eis tunc prosit ad uitam, si conuertantur ad pacem, similiter manifestum est.

XVIIII. 25. Quapropter qui tunc ab haeresibus uenientes in eodem Christi baptismo quem foris acceperant suscipiebant et dicebant se ueterem consuetudinem sequi, sicut etiam nunc ecclesia suscipit, frustra contra eos dicebatur aput ueteres haereses et schismata prima adhuc fuisse initia, ut hi illic

3 cap. 18 et 19] cf. Cypr. ep. 71 5 cf. Cant. 6, 8 9 cf. Rom. 6, 9 17 cf. Cypr. ep. 11, 1

3 moltos *Jm1* 4 et *om.* β *pr.* suis et peccatis *v* a christo β *pr.* 5 in innocentis β *pr.* 9 quia *L* illi non ultra *v* 10 sunt *Mm1* non *om. L* 11 ad illam—12 nondum pertineant *om. MV*μ ad illam—13 non pertineant *om.* ς 12 sunt *Mm1* 15 eos *s. l. L* 16 conuersatione *NVm1* 18 quale *Nm1* 19 tamen uerum *v* 24 uenientem *Km1* 25 quem] quo *Vm1* quam μς 26 se] si *Nm1* 27 suscipit ecclesia *v* 28 haereseos et schismatum *Cypr.*

essent qui de ecclesia recedebant et hic baptizati prius fuerant, quos tunc ad ecclesiam reuertentes et paenitentiam agentes necesse non erat baptizari. statim enim, ut unaquaeque haeresis existebat et a congregatione catholicae communionis exibat, non dico alio die, sed et ipso die poterat inruentes in se aliquos baptizare. et ideo si uetus haec erat consuetudo, ut sic susciperentur, quod nec ipsi qui contra disserebant negare potuerunt, nulli paulo adtentius aduertenti potest esse dubium etiam eos sic esse susceptos, qui foris in haeresibus baptizati sunt.

26. Illud autem quid habeat rationis non uideo, ut nondum dicatur ouis errans, cui quaerenti salutem christianam in haereticorum incidere errorem et aput eos contingit baptizari, et ouis iam facta dicatur in ipsa intus catholica, qui saeculo uerbis solis et non factis renuntiauit et in ea cordis falsitate baptismum accepit. aut si et talis non fit ouis nisi cum se ad deum ueraci corde conuerterit, sicut iste non quando fit ouis baptizatur, si iam baptizatus erat, sed ouis nondum erat, sic et ille qui uenit ab haereticis ut ouis fiat non tunc baptizandus est, si aput illos iam eodem baptismo baptizatus erat, quamuis adhuc ouis non erat. quapropter cum omnes etiam intus mali auari inuidi ebriosi et contra disciplinam christianam uiuentes merito dici possint et mendaces et tenebrosi et mortui et antichristi, numquid tamen propterea non baptizant, quia nihil potest esse commune mendacio et ueritati, tenebris et luci, morti et inmortalitati, antichristo et Christo?

27. Non itaque de sola consuetudine, sed etiam de ueritatis ratione praesumit, qui nullorum hominum peruersitate peruersum fieri dicit sacramentum dei quod etiam in peruersis esse declaratur. certe Iohannes apostolus apertissime dicit: qui

30 I Ioh. 2, 9

1 fuerant prius *J* 3 baptizare *Cypr.* 4 exiebat β 5 et *om.* β 8 attentius *KLMm2N* 9 cos *s. l. K* 11 illut *Lm1* quod *Jm1* 13 incideret *Mm1μ* 15 et non factis *om. J* 16 accipit *Mμς* 18 *pr.* ouis**** *N* pabtizatus *L* 20 illos] eos β*v* 23 possunt *M* 29 dei sacramentum *v* in *om. Jm1* peruersi *L*

odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc, et iterum: qui odit fratrem suum homicida est. cur ergo tales intus baptizant, quos in maliuola inuidia fuisse Cyprianus ipse commemorat?

XX. Quomodo aquam mundat et sanctificat homicida? quomodo benedicunt oleum tenebrae? si autem deus adest sacramentis et uerbis suis, per qualeslibet administrentur, et sacramenta dei ubique recta sunt et mali homines quibus nihil prosunt ubique peruersi sunt.

28. Illud autem quale est, ut ideo putetur haereticus non habere baptismum, quia non habet ecclesiam? et utique cum baptizatur etiam de sancta ecclesia interrogatur. quasi uero ille, qui intus non factis sed uerbis saeculo renuntiat, non hoc in baptismo interrogatur. sicut ergo huius falsa responsio non efficit, ut baptismus non sit quem percipit, sic et illius de ecclesia sancta falsa responsio non efficit, ut baptismus non sit quem percipit, et sicut ille si postea quod fallaciter responderat ueraciter impleat, non ei baptismus repetitur sed uita corrigitur, sic et ille si postea ueniat ad ecclesiam de qua interrogatus falsum responderat, quia eam se habere dum non haberet putabat, ipsa quam non habebat ei datur, non quod acceperat iteratur. cur autem ad uerba quae procedunt ex ore homicidae possit tamen deus oleum sanctificare et in altari quod haeretici posuerunt non possit nescio, nisi forte quem cor hominis fallaciter conuersum intus non inpedit, lignum fallaciter positum inpedit foris, quominus sacramentis suis adesse dignetur nullis hominum falsitatibus inpeditus. si ergo ad hoc ualet quod dictum est in euangelio: deus peccato-

2 I Ioh. 3, 15 4 cf. Cypr. ep. 73, 14 5 cap. 20—22] cf. Cypr. ep. 70 28 Ioh. 9, 31

3 intus tales *v* inuidia *om.* β 5 aqua μς mundam *Lm1* 7 amministrentur β*pr.* 10 illut *Lm1* 13 non factis intus *v* 14 interrogetur *v* 15 percepit *Lm1Nm1* 17 responderet *Nm1* 18 ei *om. Nm1* 23 altare *Nm1* 25 impedit *KL* impe*dit *N* lingua *N* 27 impeditus *KLN*ς 28 adhuc *L*

rem non audit, ut per peccatorem sacramenta non celebrentur, quomodo exaudit homicidam deprecantem uel super aquam baptismi uel super oleum uel super eucharistiam uel super capita eorum quibus manus inponitur? quae tamen omnia et fiunt et ualent etiam per homicidas, id est per eos qui oderunt fratres, etiam in ipsa intus ecclesia. cum dare nemo possit quod non habet, quomodo dat homicida spiritum sanctum? et tamen etiam intus ipse baptizat: deus ergo dat etiam ipso baptizante spiritum sanctum.

XXI. 29. Quod uero ait: baptizandus est et innouandus qui ad ecclesiam uenit, ut intus per sanctos sanctificetur, quid faciet, si et intus in non sanctos incurrerit? an forte sanctus est homicida? et si propterea baptizatur in ecclesia, ut etiam hoc ipsum deponat, quod homo ad deum ueniens, dum sacerdotem quaerit, in sacrilegum fraude erroris incurrit, ubi postea depositurus est, si forte in ipsa intus ecclesia, dum hominem dei quaerit, in homicidam fraude erroris incurrit? si non potest in homine aliquid inane esse et aliquid praeualere, quare potest in homicida sacramentum sanctum esse et cor sanctum non esse? si, quisquis sanctum spiritum dare non potest, nec baptizare potest, cur intus baptizat homicida? aut quomodo spiritum sanctum habet homicida, cum omnis qui spiritum sanctum habet inluminatus sit, qui autem odit fratrem suum in tenebris sit usque adhuc? si, quia unus est baptismus et unus spiritus, ideo non possunt habere unum baptisma qui non habent unum spiritum, cur intus innocens et homicida baptisma unum habent et eundem spiritum non

10 Cypr. ep. 70, 2 23 cf. I Ioh. 2, 9

4 quae] qua *Vmlμς* omnia tamen *Kv* 5 finiunt β*pr.* eos] eo *K* 7 quomo *N* 8 ipse intus etiam *v* 10 est *om. K* et innouandus est *v* 11 rudis uenit *Cypr.* 12 occurrerit *Vmlμς* 14 etiam *om.* β 16 ubi postea—18 incurrit *om. V* in ipsa *om. L* 17 incurrit erroris *Lml* 20 sanctum spiritum *LNVς Cypr. c. 3:* spiritum sanctum *cet. v* 24 suum *del. JK, om. NVμςv* 26 haberent *Nml* 27 baptismum *Kv*

habent? ita ergo potest haereticus et catholicus baptisma unum habere et unam ecclesiam non habere, sicut possunt in catholica innocens et homicida baptisma unum habere et unum spiritum non habere, quia sicut unum est baptisma, sic unus spiritus et una ecclesia. ita fit, ut hoc in quoque agnoscendum sit quod habet, hoc ei dandum quod non habet. si nihil potest ratum et firmum esse aput dominum, quod illi faciunt quos dominus hostes et aduersarios suos esse dicit, cur firmus est baptismus quem tradunt homicidae? an hostes et aduersarios domini non dicimus homicidas? qui autem odit fratrem suum homicida est. quomodo ergo baptizabant, qui oderant Paulum seruum Christi Iesu ac per hoc oderant et Iesum, qui et Saulo ipse dixit: quid me persequeris, quando eius seruos persequebatur, et in fine ipse dicturus est: cum uni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis? quamobrem omnes qui ex nobis exeunt non sunt ex nobis, sed non omnes qui nobiscum sunt ex nobis sunt, sicut area cum trituratur quidquid inde uolat non est triticum, sed non quidquid ibi est triticum est. ideoque et Iohannes: ex nobis, inquit, exierunt, sed non erant ex nobis; si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. quapropter sacramentum gratiae dat deus etiam per malos, ipsam uero gratiam non nisi per se ipsum uel per sanctos suos. et ideo remissionem peccatorum uel per se ipsum facit uel per illius columbae membra quibus ait: si cui dimiseritis dimittentur, si cui tenueritis tenebuntur. baptismum uero, quod est sacramentum remissionis peccatorum, quia nulli dubium

7 cf. Cypr. ep. 70, 3 10 cf. I Ioh. 3, 15 13 Act. 9, 4 14 Matth. 25, 45 16 cf. I Ioh. 2, 19 19 I Ioh. 2, 19 25 Ioh. 20, 23

2 et unam—3 habere *om. L* 3 innocentes β homicidae *M* unum habere baptisma *v* 4 est unum *M* unus] *add.* est *v* 5 in *om.* β 7 deum *L* 8 esse *om. Cypr.* 10 dei *Lm1* suum *om. JLMN*μς 11 oderant *post* Iesu *tr. Lm1* 12 quia *NVv* 14 ipse in fine *L* 19 inquid *V*ς exierunt *N* 22 deus dat *L* etiam *om.* β 23 facit uel *L* per *om. LNm1*

est habere posse etiam homicidas qui in tenebris sunt usque adhuc, quia de cordibus eorum fraternum odium non exclusum est, siue nulla eis peccata dimissa sint, si non mutato in melius corde baptizati sunt, siue continuo dimissa redierint, per se ipsum quia dei est sanctum esse cognoscimus et, siue tradatur siue accipiatur a talibus, nullorum peruersitate uiolari siue intus siue foris.

XXII. 30. Proinde consentimus Cypriano haereticos remissionem dare non posse, baptismum autem dare posse, quod quidem illis et dantibus et accipientibus ualeat ad perniciem tamquam tanto dei munere male utentibus, sicut etiam maligni et inuidi, quos et intus esse ipse testatur, remissionem peccatorum dare non possunt, cum eos baptismum dare posse omnes fatemur. si enim de his qui in nos peccauerant dictum est: si non dimiseritis peccata hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra, quanto magis fieri non potest ut eis peccata dimittantur, qui fratres a quibus diliguntur oderunt et in ipso odio baptizantur, quibus tamen postea correctis non rursum baptismus datur, sed ipsa uenia quam tunc accipere non meruerunt in uera conuersione praestatur! ideoque etiam illa, quae ad Quintum scripsit Cyprianus, et illa, quae cum collegis suis Liberali Caldonio Iunio et ceteris ad Saturninum Maximum et alios, bene considerata nullo modo proferenda sunt aduersus totius ecclesiae catholicae consensionem, cuius se illi membra esse gaudebant et unde se neque ipsi praeciderunt neque diuersa sentientes praecidi passi sunt, donec aliquando in domini uoluntate per plena-

15 Matth. 6, 15 21 Cypr. ep. 71 22 Cypr. ep. 70

1 etiam homicidas posse *v* 3 si] siue *N* in melius mutato *v* 4 et per *v* 6 nulla eorum *v* uiolare *Lm1* 9 baptismum—posse *om. JLN*β 10 pernetiem *L* 11 munere dei *Kv* 12 *alt.* et] ei *J* et *s. l. K* peccatorem *L* 13 baptismus *Vm1*μς 14 fateamur *Mm2v* peccauerint *v* 17 dimittant *Km1* 19 sursum *Km1* rursus *Lm1*β*v* 20 conuersatione *MN*μς 21 scribit β*v* 23 et maximum et β 24 perferenda *L* praeferenda β 26 praeciderent *Jm1*

rium concilium licet post multos annos quid esset rectius eluceret non aliqua nouitate instituta, sed antiquitate roborata.

XXIII. 31. Ad Pompeium etiam scripsit Cyprianus de hac eadem re, ubi aperte indicat Stephanum, quem Romanae ecclesiae episcopum tunc fuisse didicimus, non solum sibi ad ista non consensisse, uerum etiam contra scripsisse adque praecepisse. qui utique Stephanus non propterea communicauit haereticis, quia baptisma Christi, quod in eorum peruersitate integrum mansisse cognouit, inprobare non ausus est. nam si non habent baptismum qui de deo praua sentiunt, hoc posse et intus accidere iam satis ut arbitror disputatum est. apostoli autem nihil quidem exinde praeceperunt, sed consuetudo illa quae opponebatur Cypriano ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa quae uniuersa tenet ecclesia et ob hoc ab apostolis praecepta bene creduntur, quamquam scripta non repperiantur.

32. 'At enim scriptum est de haereticis quod a semet ipsis damnati sunt.' quid ergo? et illi non a semet ipsis damnati sunt quibus dictum est: in quo enim alterum iudicas temet ipsum condemnas? his autem dicit apostolus: qui praedicas non furandum furaris et cetera. et tales profecto erant illi, qui, cum essent episcopi et cum ipso Cypriano in unitate catholica constituti, fundos insidiosis fraudibus rapiebant, praedicantes utique populo apostoli uerba dicentis: neque rapaces regnum dei possidebunt.

33. Quapropter ipsius etiam epistulae quae ad Pompeium scripta est ceteras sententias ex eisdem regulis breuiter percurrere non morabor. contra mandatum dei esse, quod uenientes

3 cf. Cypr. ep. 74, quae in sequentibus refellitur 17 cf. Tit. 3, 11. Cypr. ep. 74, 2 19 Rom. 2, 1 20 Rom. 2, 21 25 I Cor. 6, 10

1 licet *om. Nm1* 3 ipse scripsit *Nm1* scribit βv 4 romano *Lm1* 5 istam *N* 6 contra] con *L* 10 habet $\beta pr.$ parua *Nm1* 13 obponebatur *Nm1* apponebatur *Mm1*$\mu\varsigma$ 14 sumsisse *K*μ 15 ab *s. l. L* 16 reperiantur *LNv* 17 scripta sunt *L* 18 quid ergo—damnati sunt *mg. K* 22 illi erant *L* 24 ubique *in ras. J* populis *Vv, om. M*$\mu\varsigma$ dicentes *Nm1*ς 27 isdem *LNm1*

ab haereticis, si iam illic baptismum Christi acceperunt, non baptizantur, qua scripturarum sanctarum ostenditur? sed plane ostenditur multos pseudochristianos, quamuis non habeant eandem caritatem cum sanctis, sine qua nihil prosunt quaecumque sancta haberi potuerint, baptismum tamen commune habere cum sanctis, quod iam satis adque uberrime demonstratum est. ecclesiam et spiritum et baptismum dixit ab inuicem non posse separari et ideo, qui ab ecclesia separati sunt et a sancto spiritu, etiam a baptismo uult intellegi separatos. quod si ita est, cum quisque in ecclesia catholica baptismum acceperit, tamdiu in eo manet, quamdiu et ipse in ecclesia manet, si autem inde discesserit, discedit a baptismo. quod non ita est. nam ideo redeunti non redditur, quia cum discederet non amisit. quemadmodum autem spiritum sanctum, sicut habent filii dilecti, non habent filii maligni et tamen baptismum habent, sic et ecclesiam, sicut habent catholici, non habent haeretici et tamen baptismum habent. nam sanctus spiritus disciplinae fugiet fictum nec tamen eum fugiet baptismus. itaque sicut potest baptisma esse et unde se aufert spiritus sanctus, ita potest esse baptisma ubi non est ecclesia. manus autem inpositio si non adhiberetur ab haeresi uenienti, tamquam extra omnem culpam esse iudicaretur. propter caritatis autem copulationem, quod est maximum donum spiritus sancti, sine quo non ualent ad salutem quaecumque alia sancta in homine fuerint, manus haereticis correctis inponitur.

XXIIII. 34. Iam de templo dei et quomodo accipiendum sit: quotquot in Christo baptizati estis Christum

7 cf. Cypr. ep. 74, 4 17 cf. Sap. 1, 5 27 Gal. 3, 27. Cypr. ep. 74, 5

2 scripturarum] *add.* auctoritate *Jm2Nm2Vv* 3 pseudo- *s. l. K* speudochristianos *L* 4 quia *Nm1* 5 habere *βv* putuerint *Nm1* communem *Mm2NVv* 7 baptisma *Mv* dicit *v* 8 saparati *L* 9 a (ab *Mμς*) spiritu sancto *Lβv* *alt.* a *om. L* paptismo *Jm2* 10 cum *s. l. K* 11 in ecclesia et ipse *v* 13 nam] non *Nm1* 14 quemammodum *Mμ* 16 ecclesia *Mm1* 17 spiritus sanctus *KLNVçv* 19 aufert se *L* aufert *bis Km1* 21 adhibetur *Nm1çm1* 27 quodquod *Jm1KNm1* quotquod *Vm1ç*

induistis, satis disseruisse me memini. neque enim auari templum dei sunt, cum scriptum sit: quae societas templo dei cum idolis? et auaritiam idolatriam esse testimonium Pauli Cyprianus adsumpserit. induunt autem homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando et usque ad uitae sanctificationem. adque illud primum et bonis et malis potest esse commune, hoc autem alterum proprium est bonorum et piorum. quapropter si baptisma esse sine spiritu non potest, habent et spiritum haeretici, sed ad perniciem, non ad salutem, sicut habuit Saul — nam per nomen Christi in spiritu sancto eiciuntur daemonia, quod et ille poterat qui erat extra ecclesiam, de quo discipuli domino suggesserunt —, sicut habent auari, qui tamen non sunt templum dei, quoniam quae societas templo dei cum idolis? si autem non habent auari spiritum dei et tamen habent baptisma, potest esse sine spiritu baptisma.

35. Si propterea filios deo generare non potest haeresis per Christum, quia Christi sponsa non est, nec turba illa malorum intus constitutorum potest, quia et ipsa Christi sponsa non est. designatur enim Christi sponsa sine macula et ruga. ergo aut non omnes baptizati filii sunt dei aut potest et non sponsa generare filios dei. sicut autem quaeritur, utrum spiritaliter natus sit qui baptismum Christi aput haereticos accepit, ita quaeri potest, utrum spiritaliter natus sit qui baptismum Christi non ad deum ueraci corde conuersus in catholica accepit, nec tamen ideo baptismum non accepit.

XXV. 36. Iam illa quae in Stephanum inritatus effudit retractare nolo, quia et non opus est. eadem quippe ipsa dicuntur

2. 13 II Cor. 6, 16 10 cf. I Reg. 19, 23 cf. Matth. 12, 28 12 cf. Marc. 9, 37 17 cf. Cypr. ep. 74, 6 20 cf. Eph. 5, 27 22 cf. Cypr. ep. 74, 7

1 me *om. KmlNVml* 3 dei] sit *L* auaritia μς idololatriam *Vv* (*non JK*) 4 adsumserit *Kμ* 5 sacramenti** *J* 9 pernetiem *L* 10 nam] non *Nml* per *s. l.* μ 15 spiritu] *add.* dei (*s. l.*) *N* 17 dei *Jς* 18 illa malorum] illorum *Nml* 22 sicut] si *NmlVmlςml* 23 haereticus *Nml* 28 eadem (dem *s. l.*) *K*

quae iam satis discussa sunt et ea praeterire melius est, quae periculum perniciosae dissensionis habuerunt. Stephanus enim etiam abstinendos putauerat qui de suscipiendis haereticis priscam consuetudinem conuellere conarentur, iste autem quaestionis ipsius difficultate permotus et sanctis caritatis uisceribus largissime praeditus in unitate cum eis manendum qui diuersa sentirent. ita quamuis commotius sed tamen fraterne indignetur, uicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oreretur. non autem hinc uberius excreuerunt haereses et schismata, quia id quod in eis Christi est adprobatur, quod autem ipsorum est inprobatur. magis enim qui hanc legem rebaptizandi tenuerunt in plura frusta concisi sunt.

XXVI. 37. Iam uero cum dicit episcopum docibilem esse debere et adiungit: docibilis autem ille est qui est ad discendi patientiam lenis et mitis. oportet enim episcopos non tantum docere, sed et discere, quia et ille melius docet qui cotidie crescit et proficit discendo meliora, his utique uerbis satis indicat uir sanctus et pia caritate praeditus non esse metuendum sic eius epistulas legere, ut, si quid postea pluribus et diuturnioribus inquisitionibus conpertum ecclesia confirmauit, non ambigamus, quia, sicut multa erant quae doctus Cyprianus doceret, sic erat et aliquid quod Cyprianus docibilis disceret. quod autem nos ammonet, ut ad fontem recurramus, id est ad apostolicam traditionem, et inde canalem in nostra tempora dirigamus, optimum est et sine dubitatione faciendum. traditum est

10 cf. Cypr. ep. 74, 8 14 cf. II Tim. 2, 24 15 Cypr. ep. 74, 10 25 cf. Cypr. ep. 74, 10 27 Cypr. ep. 74, 11

2 staphanus *L* enim *JK et in ras. L* autem *cet. v* 6 deuersa *Nm1* 7 indignaretur *Nv* 8 disceptione *Lm1* 9 oriretur *Jm2LM Nm2ς m1v* 13 frustra *L* 15 docibiles *μm1* 16 discendum *Vv* patientia *v* 17 episcopus *Nm1* episcopum *v* 18 cottidie *μ* 22 compertum *KL* ecclesiam *β* confirmauerit *Vv* 25 admonet *MNm2* 26 carnalem *L*

ergo nobis, sicut ipse commemorat, ab apostolis, quod sit unus deus et Christus unus et una spes et fides una et una ecclesia et baptisma unum. cum ergo ipsis apostolorum temporibus inueniamus fuisse quosdam quibus una spes non erat et unus baptismus erat, ex ipso fonte ita in nos ducitur ueritas, ut appareat nobis sic fieri posse, ut, cum sit una ecclesia sicut spes una et baptisma unum, habeant tamen unum baptisma qui non habent unam ecclesiam, sicut illis etiam temporibus fieri potuit, ut baptisma unum haberent qui unam spem non haberent. quomodo enim habebant unam spem cum sanctis et iustis illi qui dicebant: manducemus et bibamus, cras enim morimur, dicentes quod non esset resurrectio mortuorum? et tamen in ipsis erant quibus idem apostolus dicit: numquid Paulus pro uobis crucifixus est aut in nomine Pauli baptizati estis? ad eos enim apertissime scribit dicens: quomodo dicunt quidam in uobis quia resurrectio mortuorum non est?

XXVII. 38. Et quod in Canticis canticorum ecclesia sic describitur: hortus conclusus, soror mea sponsa, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisus cum fructu pomorum, hoc intellegere non audeo nisi in sanctis et iustis, non in auaris et fraudatoribus et raptoribus et faeneratoribus et ebriosis et inuidis, quos tamen cum iustis baptismum habuisse commune, cum quibus communem non habebant utique caritatem, ex ipsius Cypriani litteris, sicut saepe commemoraui, uberius discimus et docemus. nam dicat mihi aliquis, quomodo

12 I Cor. 15, 32 14 I Cor. 1, 13 16 I Cor. 15, 12 20 Cant. 4, 12—13. Cypr. ep. 74, 11

1 quid *Mμς* 2 una fides *V* 3 baptismum *Nm1ς* 4 ipsis] si β *pr.*, *del. Mm2* 5 unum baptisma *v* 7 sicut] *add.* et *Nm1* 12 moriemur *Lv* moriamur *ςm1* 14 crucifixus est pro uobis *M* 17 quidam in uobis dicunt *v* 19 cantica *V* cantico *Mμςv* 23 foeneratoribus *LNm2* fenetoribus *Nm1* feneratoribus β 24 inuidus *Nm1* 25 commune *Km1N* communem *cet. v* communem] conmunem *Nm1* communionem β *pr.* habeant *N* 27 nam] non *Nm1*

inrepserint in hortum conclusum et fontem signatum, quos saeculo uerbis solis et non factis renuntiasse Cyprianus et tamen intus fuisse testatur. si enim et ipsi ibi sunt, et ipsi sponsa Christi sunt. itane uero talis est illa sine macula et ruga, et illa speciosa columba tali membrorum parte turpatur? an istae sunt spinae, in quarum medio est illa sicut lilium, quod in eodem cantico dicitur? in quantum ergo lilium, in tantum et hortus conclusus et fons signatus, in illis uidelicet iustis qui in occulto Iudaei sunt circumcisione cordis — omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus —, in quibus est numerus certus sanctorum praedestinatus ante mundi constitutionem. illa uero multitudo spinarum siue occultis siue apertis separationibus forinsecus adiacet super numerum. adnuntiaui, inquit, et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. numerus ergo ille iustorum qui secundum propositum uocati sunt, de quibus dictum est: nouit dominus qui sunt eius, ipse est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisus cum fructu pomorum. ex hoc numero quidam spiritaliter uiuunt et supereminentem uiam caritatis ingrediuntur et, cum praeoccupatum hominem in aliquo delicto instruunt in spiritu lenitatis, intendunt ne et ipsi temptentur, et cum forte et ipsi praeoccupantur, reprimitur in eis aliquantulum, non autem extinguitur caritatis adfectus rursusque insurgens et inardescens pristino cursui restituitur. norunt enim dicere: dormitauit anima mea prae taedio: confirma me in uerbis tuis. cum autem aliquid aliter sapiunt, id quoque illis in caritatis flagrantia permanentibus nec rumpentibus uinculum pacis deus reuelabit. quidam uero adhuc car-

4 cf. Eph. 5, 27 5 cf. Cant. 2, 10. 13. 14 6 cf. Cant. 2, 2 9 cf. Rom. 2, 29 Ps. 44, 14 13 Ps. 39, 6 15 cf. Rom. 8, 28 16 II Tim. 2, 19 17 cf. Cant. 4, 12—13 19 cf. Eph. 3, 19 20 cf. Gal. 6, 1 25 Ps. 118, 28 26 cf. Phil. 3, 15

3 *pr.* et *om. N* 5 turbatur *JKm2L* 10 regum β 11 certus numerus *L* praedistinatus *LM*ζ 14 inquid *Nm1V* 15 proposito μζ 16 sunt] *add.* sancti *Nm2* de *om. Vm1*ζ 19 ueritatis (*in mg.* al. caritatis) *L* 21 temtentur μ

nales et animales prouectus suos instanter exercent et, ut cibo spiritalium fiant idonei, sanctorum mysteriorum lacte nutriuntur, ea quae in prauis moribus populari etiam iudicio manifesta sunt in dei timore deuitant et, ut minus minusque rebus terrenis et temporalibus delectentur, uigilantissime satagunt, regulam fidei diligenter inquisitam firmissime tenent et, si quid ab ea deuiant, cito auctoritate catholica corriguntur, quamuis in eius uerbis pro sensu carnali uariis adhuc phantasmatum concursibus fluctuent. sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter uiuant aut etiam in haeresibus uel in gentilium superstitionibus iaceant, et tamen etiam illic nouit dominus qui sunt eius. namque in illa ineffabili praescientia dei multi qui foris uidentur intus sunt et multi qui intus uidentur foris sunt. ex illis ergo omnibus, qui ut ita dicam intrinsecus et in occulto intus sunt, constat ille hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisus cum fructu pomorum. horum munera concessa diuinitus partim sunt propria, sicut in hoc tempore infatigabilis caritas et in futuro saeculo uita aeterna, partim uero cum malis peruersisque communia, sicut omnia cetera, in quibus sunt et sacrosancta mysteria.

XXVIII. 39. Hinc itaque iam facilior nobis et expeditior arcae illius, cuius Noe fabricator et gubernator fuit, consideratio proponitur. ait enim Petrus: in arca Noe pauci, id est octo animae hominum saluae factae sunt per aquam. quod et uos simili forma baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae

9 uerba *sunt etiam quidam*—p. 297, 5 *haeretici pereunt* = Eug. c. 213 11 II Tim. 2, 19 15 cf. Cant. 4, 12—13 23 I Petr. 3, 20—21. cf. Cypr. ep. 74, 11

4 rebusque *Nm1* 5 delectantur β*pr.* 6 quid *Mv* qui *cet.* 7 diuiant *Nm1* catholica *s. l. K* 8 pro sensu] propensu *L* fantasmatum *LMN* 10 uiuunt *LMm2Nm2* aut] ut *Lm2* 12 praesentia ς 13 dei *om. Eug. codd. VA* 17 partem *Jm1* sunt**** *L* 18 saeculo *om.* β *Eug.* 21 et expeditior nobis *v* 22 arcae *in ras. K* archę *Vμ* frabricator *N* 23 archa *LV* 24 aquae *Nm1* 25 soluos *Lm1*

bonae interrogatio. quapropter si apparent hominibus in unitate catholica baptizati, qui saeculo uerbis solis et non factis renuntiant, quomodo pertinent ad huius arcae mysterium, in quibus non est conscientiae bonae interrogatio? aut quomodo salui fiunt per aquam, qui sancto baptismate male utentes, cum uideantur esse intus, usque in finem uitae in flagitiosis et perditis moribus perseuerant? aut quomodo non sunt per aquam saluati, quos in praeteritum cum eo baptismate, quod in haeresi acceperant, in ecclesiam simpliciter admissos Cyprianus ipse commemorat? eadem quippe arcae unitas eos saluos fecit in qua nemo nisi per aquam saluatus est. ipse enim dicit: potens est dominus misericordia sua indulgentiam dare et eos qui ad ecclesiam simpliciter admissi in ecclesia dormierunt ab ecclesiae suae muneribus non separare. si non per aquam, quomodo in arca? si non in arca, quomodo in ecclesia? si autem in ecclesia, utique in arca, et si in arca, utique per aquam. potest ergo fieri, ut et quidam foris baptizati per dei praescientiam uerius intus baptizati deputentur, quia illic eis incipit aqua prodesse ad salutem — neque enim aliter dici possunt salui facti in arca nisi per aquam —, et rursus quidam, qui uidebantur intus baptizati, per eandem praescientiam dei foris baptizati uerius deputentur. male quippe utentes baptismo per aquam moriuntur, quod nulli tunc accidit nisi qui praeter arcam fuit. certe manifestum est id, quod dicitur in ecclesia intus et foris, in corde, non in corpore cogitandum, quandoquidem omnes, qui corde sunt intus, in arcae unitate per eandem aquam salui fiunt, per quam

12 Cypr. ep. 73, 23

1 si] sicut *JLN*β *Eug.* apparet *Km1M*μς *Eug.*, *cf. Cresc. III 65, 73:* etiamsi in eius communione non tantum sint uerum appareant peccatores 2 baptizatis *M Eug. codd. AP* 3 hius *N* arche *V* (*passim*) 10 eos] eius *J* 12 potis *ut uid. Lm1* dominus *om.* ς 13 eis β *pr.* 14 in ecclesiam *V*μς 15 archa *LV* (*passim*) 17 et ut β *Eug.* 18 praesentiam ς 19 aqua incipit *v* 21 quidam *om. N* baptizari *J* 24 accidit tunc *M* 26 intus *om. Eug.*

omnes qui corde sunt foris, siue etiam corpore foris sint siue non sint, tamquam unitatis aduersarii moriuntur. sicut ergo non alia sed eadem aqua et in arca positos saluos fecit et extra arcam positos interemit, sic non alio sed eodem baptismo et boni catholici salui fiunt et mali catholici uel haeretici pereunt. quid autem beatissimus Cyprianus de catholica sentiat et quomodo eius auctoritate penitus obterantur haeretici, quamquam multa dixerim, seorsum tamen, si domino placuerit, aliquanto uberius adque manifestius dicere statui, cum prius de concilio eius dixero quae deberi a me puto. quod in dei uoluntate sequenti uolumine adgrediar.

LIBER SEXTUS.

I. 1. Poterat iam fortasse sufficere, quod totiens repetitis rationibus et multipliciter disputando uersatis adque tractatis, adiunctis etiam diuinarum scripturarum documentis et ipsius Cypriani tot testimoniis suffragantibus iam etiam corde tardiores, quantum existimo, intellegunt, baptismum Christi nulla peruersitate hominis siue dantis siue accipientis posse uiolari. nec ob aliud illis temporibus, quando ista quaestio contra utilem consuetudinem disputationibus salua caritate adque unitate altercantibus discutiebatur, uisum est quibusdam etiam egregiis uiris antistitibus Christi, inter quos praecipue beatus Cyprianus eminebat, non esse posse aput haereticos uel schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur sacra-

16 uerba *etiam corde*—p. 301, 6 *sanctum est* = Eug. c. 214

1 sint] sunt *Mμς Eug.* 2 moriantur *μm1* 3 aqua* *J* 4 interimit *βpr.* sic] sicut *L* 7 poenitus *L* 9 studui *μm1* 10 eius *om. M* 11 aggrediar *KLNm2* CONTULI. EXPL· LIBER V INC· LIBER VI D̄O GRATIAS *K* EXPLICIT (EXPLICAT *J*) LIBER QUINTUS (V *M*). INCIPIT LIBER SEXTUS (VI *M*) *JLβ* EXPLICIT LIB̄ QUINTUS. S̄CI AGUSTINI. INCIPIT EIUSD̄E LIBER SEXTUS *N* 13 etiam *Vm1* 16 tartariores *Vm1μς* 17 exaestimo *V* 19 utilem] ueterem *v* 22 antestitibus *J* antistibus *Nm1βpr.*

mentum ab effectu uel usu sacramenti; et quia eius effectus adque usus in liberatione a peccatis et cordis rectitudine aput haereticos non inueniebatur, ipsum quoque sacramentum illic non esse putabatur. sed conuertentibus oculos ad interioris paleae multitudinem, cum et hi, qui in ipsa unitate peruersi sunt et perdite uiuunt, appareant remissionem peccatorum nec dare posse nec habere, quia non malignis, sed bonis filiis dictum est: si cui dimiseritis peccata dimittentur ei, si cui tenueritis tenebuntur, habere tamen et dare et accipere baptismi sacramentum, satis eluxit pastoribus ecclesiae catholicae toto orbe diffusae, per quos postea plenarii concilii auctoritate originalis consuetudo firmata est, etiam ouem, quae foris errabat et dominicum characterem a fallacibus depraedatoribus suis foris acceperat, uenientem ad christianae unitatis salutem ab errore corrigi, a captiuitate liberari, a uulnere sanari, characterem tamen in ea dominicum agnosci potius quam improbari, quandoquidem ipsum characterem multi et lupi et lupis infigunt, qui uidentur quidem intus esse, uerumtamen ad illam ouem, quae etiam ex multis una est, non pertinere morum suorum fructibus conuincuntur, in quibus in finem usque perdurant, quia secundum praescientiam dei, sicut multae oues errant exterius, sic multi lupi insidiantur interius. inter quos tamen nouit dominus qui sunt eius, qui non audiunt uocem nisi pastoris, etiam cum clamat per similes Pharisaeorum de quibus dictum est: quae dicunt facite.

2. Sicut enim homo spiritalis habens finem praecepti, id est caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, potest aliquid ex corpore quod adhuc corrumpitur et adgrauat animam minus liquide cernere et aliter sapere quod in eadem

8 Ioh. 20, 23 23 II Tim. 2, 19 25 Matth. 23, 3 26 cf. I Tim. 1, 5 28 cf. Sap. 9, 15

1 usus β*pr.* affectus *Nm1* 3 non illic *v* 6 aperiant *ex* appereant *N* 9 tenuitenueritis *J* 13 caracterem *JLMN*μς a *om. J* 16 caracterem *JLN*β dominum *Lm1* 17 caracterem *JL*β 20 usque in finem *L* 21 erant *J* 24 clamet *Jm1* 29 eadam *L*

caritate permanenti deus cum uoluerit reuelabit, sic in homine carnali adque peruerso potest aliquod bonum et utile repperiri, quod aliunde sit, non ex ipso. nam ut in palmite fructuoso inuenitur aliquid quod purgandum sit, ut maiorem fructum ferat, ita et in arundine sterili adque arida uel alligata solet uua pendere. et ideo sicut stultum est fructiferi palmitis purgamenta diligere, commode autem facit qui poma suauia ubicumque suspensa non respuit, ita quisquis ab unitate praecisus propterea rebaptizat, quia Cypriano uisum est ab haereticis uenientes denuo baptizari oportere, laudanda in tanto uiro auersatur et emendanda sectatur nec ea ipsa quae sectatur adsequitur. ille enim dum zelo dei grauiter detestatur eos, qui se ab unitate separauerunt, etiam ab ipso baptismo separatos esse arbitratus est; isti autem parum sceleris putantes, quod ipsi a Christi unitate separati sunt, etiam baptismum eius illic non esse et secum exisse contendunt. tam ergo longe sunt a fecunditate Cypriani, ut nec purgamentis eius aequentur.

II. 3. Item quisquis non habens caritatem et perditas uias morum ingrediens pessimorum intus uidetur esse cum foris sit et baptismum Christi nec in haereticis repetit, nihil eius adiuuat sterilitatem, quod non fecundatur suo, sed fructu oneratur alieno. fieri autem potest, ut aliquis uigeat in radice caritatis et in quo Cyprianus aliter sapuit rectissime sapiat, et tamen in Cypriano quam in isto plura fecunda sint et in isto quam in Cypriano plura purganda sint. non solum itaque malos catholicos nullo modo conparamus, sed nec bonos facile coaequamus beato Cypriano, quem inter raros et paucos excellentissimae gratiae uiros numerat pia mater ecclesia, quamuis isti et aput haereticos agnoscant baptismum Christi, illi autem

1 cf. Phil. 3, 15 4 cf. Ioh. 15, 2

2 utili *L* 3 reperire *L* reperiri *Nm2v* 5 stereli *Nm1V*μς 8 ubique *MV*ς *Eug.* 9 quia a *J* 13 seperauerunt *L* separatus μς 16 exiisse *v* 17 aequantur (a *in ras.*) *J* 21 sterelitatem *NV*μς suos *L* 22 radicem β *Eug.* 27 quem] quam *Jm1* quae *K* que *L* 29 cognoscant β*v* *Eug. codd. AP*

aliter uisum sit, ut per eum minus aliquid uidentem et in unitate firmissime permanentem manifestius demonstraretur haereticis, quam sacrilego scelere rumperetur uinculum pacis. neque enim Pharisaei caeci, quamuis dicentes aliquando quod fieri debebat, conparandi erant apostolo Petro, quamuis dicenti aliquando quod fieri non debebat. non solum autem istorum ariditas illius uiriditati conferenda non est, sed nec aliorum fructus illius ubertati adaequandus est. gentes enim iudaizare nemo nunc cogit nec ideo tamen quisquam nunc in ecclesia, quantumlibet profecerit, Petri apostolatui conferendus est. quapropter reddens debitam reuerentiam dignumque honorem quantum ualeo persoluens pacifico episcopo et glorioso martyri Cypriano, audeo tamen dicere aliter eum sensisse de schismaticis uel haereticis baptizandis quam postea ueritas prodidit, non ex mea, sed ex uniuersae ecclesiae sententia plenarii concilii auctoritate roborata adque firmata; sicut uenerans pro sui merito Petrum primum apostolorum et eminentissimum martyrum, audeo tamen dicere non eum recte fecisse, ut gentes iudaizare cogerentur. etiam hoc enim dico non ex mea, sed ex apostoli Pauli salutari doctrina per uniuersam ecclesiam retenta adque seruata.

4. Disputans ergo de sententia Cypriani multum infra merita positus Cypriani dico sacramentum baptismi et bonos et malos posse habere, posse dare, posse accipere, et bonos quidem utiliter ac salubriter, malos autem perniciose adque poenaliter, cum illud tamen in utrisque sit aequaliter integrum, adque nihil interesse ad eius aequalem in omnibus integritatem, quanto peior id habeat inter malos, sicut nihil interest, quanto

8. 19 cf. Gal. 2, 14

3 quem *Mm1*μς 5 debeat μς 6 quid *V* debeat β 8 nemo iudaizare *v* 10 proficerit *Mm1*μς 13 eum aliter *v* schismatis μ 17 petro *Lm1* martyrem *L* 19 cogeretur *Nm2* cogeret *Lm2v* hoc etiam non *Lm1* hoc etiam dico non *Lm2* (*om.* enim) 20 ecclesiam uniuersam *v* 22 multum—cypriani *mg. K* 25 adque] ac *J* 26 in *om. Vm1*μς utrique β *pr.* 27 intersit *Lm2*

melior id habeat inter bonos. ac per hoc nihil etiam interest quanto peior id tradat, sicut nihil interest quanto melior; adque ita nihil interest quanto peior id accipiat, sicut nihil interest quanto melior. illud enim per se ipsum et in eis qui non aequaliter iusti sunt et in eis qui non aequaliter iniqui sunt aequaliter sanctum est.

III. 5. Habere autem baptismum et tradere et accipere malos nequaquam in melius commutatos et de scripturis canonicis et de ipsius Cypriani litteris satis ut arbitror demonstrauimus. quos non pertinere ad sanctam ecclesiam dei, quamuis intus esse uideantur, ex hoc apertissime apparet, quia isti sunt auari raptores faeneratores inuidi maliuoli et cetera huiusmodi, illa autem columba unica pudica et casta, sponsa sine macula et ruga, hortus conclusus, fons signatus, paradisus cum fructu pomorum et cetera quae de illa similiter dicta sunt, quod non intellegitur nisi in bonis et sanctis et iustis, id est non tantum secundum operationes munerum dei bonis malisque communes, sed etiam secundum intimam et supereminentem caritatem spiritum sanctum habentibus, quibus dominus dicit: si cui dimiseritis peccata dimittentur ei et si cui tenueritis tenebuntur.

IIII. 6. Ac per hoc nihil idoneum dici⟨tur⟩, cur non possit malus etiam tradere baptismum, qui potest habere, et sicut perniciose habet ita etiam perniciose tradere, non quia tale aliquid tradit nec quia talis tradit, sed quia tali tradit. nam cum malus tradit bono, id est in unitatis uinculo ueraci conuersione mutato, inter bonum sacramentum quod traditur et bonum

13 cf. Cant. 6, 8 cf. Eph. 5, 27 14 cf. Cant. 4, 12—13 18 cf. Eph. 3, 19 19 Ioh. 20, 23

1 ac] hac μς etiam nihil *v* 2 id tradat *om. M*μ trahat *L* 5 iusti—non aequaliter *om. JVm1*μς *Eug. codd.* et in eis qui non aequaliter *om. M* 12 foeneratores *L* feneratores *N*β maleuoli *v* 17 uirtutum (*in mg.* al. munerum) *L* bonis et *Nm1* communis *Jm1* 18 caritatem *om.* β*pr.* 22 dicitur *scripsi* dici potest *Mm2* dici *cet. v* 23 maius *Vm1*μς

fidelem cui traditur tradentis malitia superatur. et cum illi ueraciter ad deum conuerso peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur quibus ipsa ueraci conuersione coniungitur. idem quippe spiritus sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi caritate cohaerentibus, siue se nouerint corporaliter siue non nouerint. similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis utique tenentur, a quibus se ille cui tenentur uitae dissimilitudine et praui cordis auersione disiungit, siue illum corporaliter nouerint siue non nouerint.

V. 7. Quapropter omnes mali spiritaliter a bonis seiuncti sunt, si autem etiam corporaliter aperta dissensione separentur, peiores fiunt. sed, ut dictum est, nihil interest ad baptismi sanctitatem, quanto quisque peior id habeat et quanto peiori tradat. potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed quam perniciose habere tam perniciose tradere. ille autem, cui tradit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat, sicut plerisque accidit, ut catholico animo et corde ab unitate pacis non alienato aliqua necessitate mortis urgentis in aliquem haereticum inruerent et ab eo Christi baptismum sine illius peruersitate perciperent et siue defuncti siue liberati nequaquam aput eos remanerent, ad quos numquam corde transierant. si autem etiam ipse separatus acceperit, tanto perniciosius accipit, quanto magis bonum est quod non bene accipit, et tanto magis ualet ad exitium separato, quanto magis posset ad salutem ualere coniuncto. et ideo si ab illa peruersitate correctus et a separatione conuersus uenerit ad

12 uerba *sed, ut dictum est*—p. 303, 16 *pacis amore seruauit* = Eug. c. 215

1 tradentes *Nm1* superatur] non separat *v* 2 conuerso ad deum *M* 3 ipse *Mm2* conuincitur *J* 5 sibi] siue *Nm2 Vm1*μς nouerunt *Nm1* 6 peccata tenentur *v* 9 *pr.* nouerunt *Nm1* 11 aperte *Jm1* 13 peiori] peior id *v* 14 *et* 15 separatos β *pr.* 15 habere tam perniciose *om. V*μς (*non M*) *Eug. codd. praeter Gm3* 19 surgentis *Jm2* urguentis β 20 ullius *L* 21 remaneret *Km1* 23 pernitiosus *M* accepit *M*μς magis] maius *v* 24 ualeat *J* exitum *Km1* 25 coniunctio *Lm1* 26 a *om. N*

catholicam pacem, sub eodem baptismate quod acceperat eius peccata dimittentur propter uinculum caritatis, sub quo baptismate peccata eius tenebantur propter sacrilegium diuisionis, quia illud et in homine iusto et in homine iniusto semper sanctum est, quod neque alicuius aequitate augetur neque alicuius iniquitate minuitur.

8. Quae cum ita sint, quid huic iam perspicuae ueritati officit, quod multi coepiscopi Cypriano in illam sententiam consenserunt suasque in idem conuenientes proprias protulerunt, nisi ut magis magisque illius uiri erga unitatem Christi caritas innotescat? si enim solus ista sentiens nullo consentiente remaneret, uideretur propterea refriguisse ab scelere schismatis, quia socios non inueniebat erroris. tam multis autem sibi consentientibus quod cum ceteris diuersa sentientibus in unitate permansit, catholicae uniuersitatis sanctissimum uinculum non timore solitudinis, sed pacis amore seruauit. quapropter posset quidem iam uideri superfluum ceterorum etiam illius concilii episcoporum singulas retractare sententias. sed quoniam corde tardiores non putant esse responsum, si alicui loco cuiusque sermonis non ibi sed alibi respondeatur quod illuc etiam possit adhiberi, melius multum legendo atteruntur ut acuantur, quam parum intellegendo conqueruntur ut redarguantur.

VI. 9. Primum ergo ipsius Cypriani consultationem, qua indicatur anima pacifica et exundans ubere caritatis, unde concilium ipsum incipit, iterum considerandam commemoramus. *Audistis,* inquit, *collegae dilectissimi, quid mihi Iubaianus*

26 Cypr. sentent. episc. praef.

2 dimittuntur *Nv* 4 iniusto] iusto μς 5 aequitate alicuius *v* 7 huc *Km1* iam *JKL* tam *NVm2v, om.* β *pr. Eug.* ueritatis *Lm1* 9 protulerint *MVm1*μ*m2 Eug.* 10 ueri *N* 11 innotescit *Lm1* ita *Km1* 12 uidetur β *pr.* refruguisse *Nm1* 13 sibi *om. JKL, cf. VII 4, 7:* Cyprianus cum sibi consentientibus collegis conscientibus *Nm1* 14 quod] quam *Jm2* 16 amore] more *Jm1* 19 putantes esse *M*μς si] sed *J* 21 multo *J* acuuntur *Lm1* 22 coquiruntur (i *ex* e) *N* 23 quam *Jm1* 24 consilium *LVv* 25 ipsum *om. J* incipit iterum] incipiens *JKm2L* considerandum *L* 26 inquid *Vm1*ς

coepiscopus noster scripserit consulens mediocritatem nostram de inlicito et profano haereticorum baptismo quidque ei rescripserim, censens scilicet quod semel adque iterum et saepe censuimus haereticos ad ecclesiam uenientes ecclesiae baptismo baptizari et sanctificari oportere. item lectae sunt uobis et aliae Iubaiani litterae quibus pro sua sincera et religiosa deuotione ad epistulam nostram rescribens non tantum consensit, sed et instructum se esse gratias egit. superest ut de hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis et potestatis suae arbitrium proprium tamque iudicari ab alio non possit quam nec ipse potest alterum iudicare. sed expectemus uniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi qui unus et solus habet potestatem et praeponendi nos in ecclesiae suae gubernatione et de actu nostro iudicandi.

VII. 10. Iam satis, quantum arbitror, non solum ad epistulam quam Iubaiano scripsit, sed etiam ad illam quam ad Quintum dedit et ad illam quam cum quibusdam collegis ad quosdam collegas et ad illam quam ad Pompeium, quantum potuimus, pro uniuersitate catholicae consensionis adque concilii, in cuius unitate isti tamquam pia membra manserunt, libris superioribus disputauimus. quapropter iam opportunum uidetur quid etiam ceteri singillatim censuerint considerare ea libertate, quam nobis etiam ipse non abrogauit dicens: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.*

1 scripserat *L* 2 quidque (quodque *Jm1* quicque *ex* quicquid *M*) ei *JLN*β et quid ego ei *Kv* quidque ego ei *Cypr.* 3 et *om. J* 5 nobis *L* et] sed μ*m1*ς 6 sincere *Lm1* relegiosa *JNm1* · douotione *L* 7 nostram epistolam *M* consentit *Lm1* 8 et] etiam *Cypr.* esse] esse confessus *Cypr.* gratis *N* ut de] unde *N* 10 communicationis *Cypr.* 12 colligas *J* 15 potest] possit *Cypr.* 22 quamtum *Nm1* 25 oportunum *JLNV*μ*m2*ς 26 censuerunt μ*m1* 27 arrogauit *J*β *pr.* a *om. JL* 28 auouentes *L*

quod eum non propterea dixisse, ut cogitationes tacitas collegarum tamquam de abdito erutas tali securitate captaret, sed quod reuera pacem unitatemque diligeret, ex aliis similibus uidere facillimum est, ubi ad singulos scribit, sicut ad ipsum lubaianum: haec tibi, inquit, breuissime pro nostra mediocritate rescripsimus, frater carissime, nemini praescribentes aut praeiudicantes quominus unusquisque episcoporum quod putat faciat, habens arbitrii sui liberam potestatem. et ne quisquam, si hac eadem libera potestate diuersa sentiret, pellendus a ceterorum consortio uideretur, sequitur et dicit: nos, quantum in nobis est, propter haereticos cum collegis et coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinam concordiam et dominicam pacem tenemus. et paulo post: seruatur, inquit, a nobis patienter et leniter caritas animi, collegii honor, uinculum fidei, concordia sacerdotii. sic et in epistula quam scripsit ad Magnum, cum de baptismo tinctorum et perfusorum quaereretur utrum aliquid interesset: qua in parte, inquit, nemini uerecundia et modestia nostra praeiudicat quominus unusquisque quod putauerit sentiat et quod senserit faciat. quibus eius sermonibus satis apparet illo tempore ab eis ista esse tractata, quo nondum declarata sine ambagine hauriebantur, sed adhuc clausa magno molimine quaerebantur. nos ergo iam de baptismi simplicitate ubique agnoscenda consuetudinem uniuersae ecclesiae etiam conciliis uniuersalibus roboratam tenentes, accepta quoque ex uerbis Cypriani maiore fiducia, per quae mihi etiam tunc liceret saluo iure communionis

5. 11. 15 Cypr. ep. 73, 26 19 Cypr. ep. 69, 12

4 singulo *Vm1*μ*m2*ς scripsit *Nv* 5 inquid *V*ς breuibus *Cypr.* 6 scripsimus *N* rescribsimus μ karissime *MV*μ 7 unus *s. l. N* 10 haec β*pr.* 11 in quantum in *Lm1*μ*m1* 15 inquid *V*ς 18 scribit *L* 19 inquid *V* 20 ueracundia *Jm1* 21 putat *Cypr., sed* putauerit *codd. CV* 22 eius] autem *Lm1* 24 ambigine *J* 25 agnoscendam *JNVv* 27 accepit *Jm1* accepit a *Jm2* maiori *M*

diuersa sentire, unitate quidem praelata adque laudata, qualem beatus Cyprianus et eius collegae, qui cum eo concilium illud fecerunt, cum diuersa sentientibus tenuerunt, haereticorum et schismaticorum seditiosas calumnias proturbantes adque euertentes, in nomine domini nostri Iesu Christi, qui per apostolum suum loquens ait: sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, per quem etiam ait: si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelabit, sanctorum episcoporum sententias saluo cum eis uinculo unitatis et pacis, in quo retinendo eos, quantum ipse dominus adiuuat, imitamur, considerandas et pertractandas adgredimur.

VIII. 11. *Caecilius a Bilta dixit: Ego unum baptismum in ecclesia sola scio et extra ecclesiam nullum. hic erit unum, ubi spes uera est et fides certa. sic enim scriptum est: una fides, una spes, unum baptisma, non aput haereticos, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium aguntur, ubi exorcizat daemoniacus, sacramentum interrogat cuius os et uerba cancer emittunt, fidem dat infidelis, ueniam delictorum tribuit sceleratus et in nomine Christi tinguit antichristus, benedicit a deo maledictus, uitam pollicetur mortuus, pacem dat inpacificus, deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. ad haec omnia accedit et illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere. aut qui illis adsistunt dicant haec falsa esse de haereticis. ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire et sine baptismo et uenia delictorum communicare compellitur!*

6 Eph. 4, 2—3 8 Phil. 3, 15 13 Cypr. sentent. episc. 1 15 Eph. 4, 5

4 perturbantes *L* 6 in *s. l. N* 9 reuelauit *Mm2Vm1*μς 13 I *mg. L*μς Biltha *Cypr.* 18 geruntur *Cypr.* exhorcizat *JK* exorzizat *L* exorchizat *Nm1*μς 19 cancher *V*μς*m2* cancerem mittunt *Cypr.* 20 trubuit *L* in *s. l. N* tingit *v* 24 et] etiam *Cypr.* ullud *L* illut ς antestis *Jm1* antestes *Jm2* 25 haec omnia *v Cypr.* 26 cogitur] igitur *Cypr.* 27 compellitur *KLM*μς

quam rem, fratres, fugere ac uitare debemus et a tanto scelere nos separare et unum baptismum tenere quod soli ecclesiae a deo concessum est.

12. Ad haec respondeo, quoniam quisquis etiam intus confitetur se deum nosse, factis autem negat — quales sunt auari et inuidi et qui propter fraternum odium non meo, sed sancti Iohannis apostoli testimonio dicuntur homicidae —, et spem non habent, quia malam conscientiam gerunt, et perfidi sunt, quia non id agunt quod deo uouerunt, et mendaces, quia falsa profitentur, et daemoniaci, quia diabolo et angelis eius in suo corde praebent locum, et uerba eorum putredinem operantur, cum corrumpunt mores bonos per conloquia mala, et infideles sunt, quoniam quod deus talibus minatur inrident, et scelerati, quia nefarie uiuunt, et antichristi, quia mores eorum Christo aduersantur, et a deo maledicti, quia ubique tales sancta scriptura execratur, et mortui, quia carent uita iustitiae, et inpacati, quia contrariis factis cum dei sermone confligunt, et blasphemi, quia per eorum perditos actus nomini christiano derogatur, et profani, quia ab illo dei sanctuario spiritaliter interiore seclusi sunt, et sacrilegi, quia in se ipsis templum dei male uiuendo corrumpunt, et antistites diaboli, quia fraudi et auaritiae quae est idololatria seruiunt. tales autem nonnullos, immo plurimos et apostolus Paulus et episcopus Cyprianus etiam intus esse testantur. cur ergo isti baptizant? cur etiam quidam, qui saeculo uerbis et non factis renuntiant, et ab

7 cf. I Ioh. 3, 15 12 cf. 1 Cor. 15, 33

2 baptisma *KMVv* baptismum tenere baptismum *L* 3 a deo *om. Km1Vv, add. Km3* 4 RS *mg. L* Resp. *V* RESPONSIO *Mμς, ita passim* Adhuc *L* 6 qui *Vv, om. cet.* 7 *iohannis *L* 8 egerunt *L* 9 nouerunt *Nm1* 10 diabulo *M* 11 locum praebent *v* 12 bonos mores *KVv* (*gr.* ἤθη χρηστά) 16 uitae *μm1* 17 impaccati *ex* impaccata *L* 18 nomen *N* 19 qui *N* 20 interiores exclusi *N* 21 antestites *J* 22 idololatriae *Km1* idolatriae *LNς* idolatria *JMμ* 23 coepiscopus *J* quo episcopus *V* 24 testatur *N* 25 renuntiant et *scripsi* renuntiantes *JKLNVμς* renuntiant *Mv*

huiusmodi moribus non mutati baptizantur et quando mutantur non rebaptizantur? iam uero quod indignatur et dicit: *ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire et sine baptismo et uenia delictorum communicare conpellitur*, nisi essent ceteri episcopi qui alios ad ista compellerent, non utique diceret. unde ostenditur illos etiam tunc ueriora sensisse, qui non recesserunt a pristina consuetudine quae postea concilii uniuersitate firmata est. quid est autem quod adiungit et dicit: *quam rem, fratres, fugere ac uitare debemus et a tanto scelere nos separare?* si enim hoc ita dicit, ut ista non faciat nec adprobet, alia res est; si autem, ut diuersa sentientes damnet et segreget prior, resistit uerbis Cypriani quibus ait: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.*

VIIII. [13] 14. Ad ea quae Felix a Misgirpa dixit haec dicimus: Si non esset baptisma unum et uerum nisi in ecclesia, non utique esset in eis qui ab unitate discedunt. est autem in eis; nam non id recipiunt redeuntes non ob aliud, nisi quia non amiserant recedentes. quod autem ait: *nam quae foris exercentur nullum habent salutis effectum*, consentio et omnino uerum esse credo. aliud est enim non ibi esse, aliud nullum habere salutis effectum. uenientibus enim ad catholicam pacem prodesse incipiunt quae foris inerant, sed non proderant.

X. 15. Polycarpo autem Adrumetino, quoniam dixit: *qui haereticorum baptismum probant nostrum euacuant*, respon-

2. 8 Cypr. sentent. episc. 1 12 Cypr. sentent. episc. praef. 19 Cypr. sentent. episc. 2 24 Cypr. sentent. episc. 3

1 et quando—rebaptizantur *om. L* 3 cogitatur ecclesie *Nm1* ecclesia cogitur *v* 4 compellitur *KLV*μ 5 utique] *add.* haec *Nm2v* dicerent *Vm1*μς etiam ostenditur illos *v* 6 tunc *om. N* quia *L* 8 autem *om. N* quam ob rem *N* 9 fugire *Vm1*μς 12 prioribus *v* 13 *post* amouentes *primus, ut uidetur, Erasmus sent. 2 ex Cypriano inseruit, cuius uerba etiam Maurini repraesentant sectioni 13 ea adsignantes; nos eam cum codicibus omisimus* 15 Felix] Primus *Cypr.* misgirpa *Km1 Cypr.* migirpa *cet. v* dixit *om. Nm1* 17 non *om. Jm1* 18 id non *v alt.* non *del. Nm2* 22 affectum *LV* 24 Policarpo *LMN* adrumentino *L* hadrumentino β *pr.* hadrumetino *Vm2* 25 nostrorum *V*

demus: Si haereticorum est baptismus qui per haereticos datur, auarorum et homicidarum est qui intus a talibus datur. si autem hoc istorum non est, nec illud illorum est, ac per hoc aput quoscumque sit Christi est.

XI. [16] 17. Nouatus a Thamugade quid fecerit dixit, non autem aliquid adtulit, unde se ostenderet facere debuisse quod fecit. nominauit enim testimonium scripturarum et decretum collegarum, sed non inde aliquid protulit quod considerare possemus.

XII. [18] 19. Nemesianus autem a Tubunis multa posuit testimonia scripturarum, sed pro sententia catholicae quam declarandam et conmendandam suscepimus multa locutus est. nisi forte putandum est, quia non fidit in falsis qui fidit in spe rerum temporalium, sicut omnes auari adque raptores et qui saeculo non factis sed uerbis renuntiant, quales tamen intus et baptizare et baptizari etiam Cyprianus est testis. ipsi sequuntur etiam aues uolantes, quia non adprehendunt quae concupiscunt. deserit autem uias uineae suae et a semita agelli sui errat et ingreditur per auia loca adque arida et terram destinatam siti, consequitur autem manibus infructuosa non haereticus tantum sed omnis qui male uiuit, quia omnis iustitia fructuosa est et omnis iniquitas infructuosa. qui uero aquam alienam de fonte extraneo bibunt, non haeretici tantum sunt, sed omnes qui non uiuunt secundum ea quae docet deus et uiuunt secundum ea quae docet diabolus. nam si de baptismo diceret, non

5 cf. Cypr. sentent. episc. 4 10 cf. Cypr. sentent. episc. 5 13—20] cf. Prou. 9, 12 16 cf. Cypr. ep. 13 22 cf. Prou. 9, 18

1 *ante* Si] R̄ *mg. J* baptismus est *M* datur *om. Mp.* 3 storum *Km1* 4 apud (*sic*) *s. l. K* Christi est] *post haec uulgo inseritur sententia 4 (sect. 16), om. codd.* 5 thamucade *J* Thamogade *Cypr.* 7 decretur *L* 9 possimus *Lm1Vm2. deinde uulgo inseritur sententia 5 (sect. 18), om. codd.* 10 Nemessianus *KLN* autem *om. v* tubunus *L* Thubunas *Cypr.* 11 catholica *N* 13 *pr.* in] a *N* 16 secuntur *LMVpς* 18 uineae] uiae β *pr.* uitae *Mm2* angeli β 20 sitim *ςm1* in sitim *Cypr.* consequitur] contrahit *Cypr.* infructoosa *Lm1* tantum hereticis (*sic*) *N* 21 *alt.* omnes *Nm1* 23 tantum heretici *N* 25 diabolos *Lm1*

diceret: nec de fonte extraneo biberis, sed: 'de fonte extraneo non te ablueris'. iam uero quod dominus ait: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei, quid eum adiuuet ad id quod putat omnino non uideo. aliud est enim 'omnis qui intrabit in regnum caelorum prius renascitur ex aqua et spiritu, quia nisi renatus fuerit ex aqua et spiritu non intrabit in regnum caelorum', quod dominus dixit et uerum est, aliud autem 'omnis qui nascitur ex aqua et spiritu intrabit in regnum caelorum', quod utique falsum est. nam et Simon ille magus natus erat ex aqua et spiritu et tamen non intrauit in regnum caelorum; sic fieri potest ut etiam haereticis contingat. aut si non nascitur ex spiritu nisi qui ueraci conuersione mutatur, omnes qui saeculo uerbis et non factis renuntiant non utique de spiritu, sed ex aqua sola nascuntur, qui tamen et intus teste Cypriano sunt. necesse est enim ut unum de duobus concedatur: aut illi qui fallaciter saeculo renuntiant nascuntur de spiritu, quamuis ad perniciem, non ad salutem, adque ita possunt et haeretici, aut si illud, quod scriptum est: sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum, etiam ad hoc ualet, ut fallaciter saeculo renuntiantes non nascantur de spiritu, potest quis baptizari aqua et non nasci de spiritu et frustra Nemesianus ait: *neque spiritus sine aqua operari potest nec aqua sine spiritu.* iam uero et alibi saepe dictum est, quomodo fieri possit, ut habeant communiter unum baptisma qui ecclesiam non habent unam, sicut fieri potest

1 Prou. 9, 18 2 Ioh. 3, 5 10 cf. Act. 8, 13 19 Sap. 1, 5 23 Cypr. sentent. episc. 5

1 liberis *L* 3 renatus *KNm1v Cypr.* natus (γεννηθῇ) *cet.* non] esse non *Nm1* 6 nascitur β nisi] *add.* quis *Mm2* 8 *post* uerum est *haec deleta sunt in K:* aliud autem omnis qui nascitur ex aqua et spiritu non intrabit in regnum caelorum quod dominus dixit et uerum est 10 sinon *Vm1* magis *Nm1* magnus ς 11 intrabit *LVm1*μς 12 haereticis etiam *v* 13 conuersatione *Nm1* omnis β *pr.* 14 et] etiam *N* 15 sunt teste cypriano *L* 16 de] e *L* 18 pernetiem *L* 19 aliud *L* spiritus enim sanctus *L* 20 effigiet *Lm1* 22 potest—spiritu *bis script. J* 23 nemessianus *JKm2LN* 24 nec] neque μ

in ipsa intus ecclesia, ut non habeant unum spiritum sancti per iustitiam et inmundi per auaritiam et tamen habeant unum baptisma. sic enim dictum est unum corpus id est ecclesia. sicut unus spiritus et unum baptisma. iam cetera quae dixit nostrae potius adsertioni suffragantur. posuit enim ex euangelio testimonium: *quod natum est de carne caro est et quod natum est de spiritu spiritus est, quia deus spiritus est et ex deo natus est,* et intulit: *ergo omnes haeretici et schismatici omnia quaecumque faciunt carnalia sunt dicente apostolo: manifesta sunt enim opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae;* et cetera quae ibi dicit apostolus, ubi et haereses commemorauit, iste exsecutus est: *quoniam quicumque haec faciunt regnum dei non hereditabunt.* deinde adiecit et dixit: *condemnat itaque apostolus cum omnibus malis et qui diuisionem faciunt, hoc est schismaticos et haereticos.* bene quod enumerans opera carnis, inter quae et haereses sunt, inuenit et dixit simul omnia damnantem apostolum. interroget ergo ipse sanctum Cyprianum et audiat ab eo, quam multi etiam intus secundum opera mala carnis uiuunt, quae cum haeresibus damnat apostolus, et tamen baptizant et baptizantur. cur ergo soli haeretici dicuntur baptismum habere non posse, quem habent socii damnationis ipsorum?

XIII. 20. *Ianuarius a Lambese dixit: Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno haereticos omnes baptizandos et sic in ecclesiam sanctam admittendos.*

21. Huic respondetur: Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decreuit concilium catholicum orbis terrarum

3 Eph. 4, 4—5 6 Cypr. sentent. episc. 5. Ioh. 3, 6 8 cf. Ioh. 4, 24 10 Gal. 5, 19—21 25 Cypr. sentent. episc. 6

5 adsertionis *N* 9 scihsmatici *N* 10 sunt enim *L Cypr.* enim sunt *cet. v* 13 exsequutus *Km2* 15 apostolos *Nm1* 16 et eos qui *Vv* 18 damnentem *Lm1* 19 ipsum *NVv* 20 intus etiam *M* 25 lambæse *Nm1v* 28 sanctarum scripturarum *N*

etiam in haereticis inuentum baptismum Christi non esse inprobandum. si autem poneret testimonia scripturarum, aut contra nos non esse aut etiam pro nobis esse demonstraremus, sicut ecce qui eum sequitur.

XIIII. [22] 23. Lucius a Castra Galba ex euangelio posuit testimonium dicente domino: *uos estis sal terrae; si autem sal infatuatus fuerit, id quod sallietur ex eo ad nihilum ualebit, nisi ut proiciatur foras et conculcetur ab hominibus.* quasi nos dicamus homines ipsos foras proiectos ualere aliquid uel ad suam uel ad aliorum salutem. sed et qui tales intus uidentur non solum spiritaliter foris sunt, sed etiam corporaliter in fine separabuntur. omnes enim tales ad nihil ualent, nec ideo tamen sacramentum baptismatis quod in eis est nihil est. nam et in ipsis qui proiciuntur foras, si resipiscant et redeant, salus eis quae recesserat redit, baptisma uero quia non recesserat non redit. et illud quod ait dominus: *ite ergo et docete gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti*, non permisit baptizare nisi bonos, quia malis non diceret: si cui dimiseritis peccata dimittentur ei, si cui tenueritis tenebuntur. quomodo ergo intus baptizant mali qui dimittere peccata non possunt? quomodo etiam baptizant malos non mutatos, quorum adhuc peccata super eos sunt, sicut Iohannes dicit: qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc? si autem tunc dimittuntur, cum se bonis et iustis

6 Cypr. sentent. episc. 7. Matth. 5, 13 17 Cypr. sentent. episc. 7. Matth. 28, 19 19 Ioh. 20, 23 24 I Ioh. 2, 9

1 baptismum inuentum *Jm1* Christi baptismum *v* 3 demonstremus *L* 4 ece *L* ille *Nm2* *post* sequitur *uulgo inseritur sententia 7 (sect. 22), om. codd.* 5 lutius *N* castra (r *s. l.*) *L* gastra *N* Castro Galbae *v* ex] en *J* 7 infatuatum *v* fatuus *Cypr.* id quod] in quo *Mm2 Cypr.* salietur *JLNβpr.* nihilum *N Cypr.* nihil *cet. v* 10 aliquid ualere *v* 11 uidentur intus *v* 12 seperabuntur *Nm1* 13 nil *Mμ* 14 si *om.* *βpr.* 16 et] *add.* si *Mm2* 18 fili *Km1* 20 dimittuntur *L* 21 baptizantur *Jm1* 23 peccata adhuc *v* super eos peccata *N* iohannes *bis Km1* 25 bonus *Nm1* nobis *L*

per quos in ecclesia peccata dimittuntur, quamuis a malis baptizati sint, intima caritate coniungunt, sic et illi qui forinsecus ueniunt et ad eandem conpaginem corporis Christi interno uinculo pacis accedunt. baptismus tamen Christi in utrisque agnoscendus et in nullis inprobandus est, siue antequam conuertantur, quamuis eis nihil prosit, siue cum conuertuntur ut prosit. *cum ipsi ab ecc'esia quae una est,* inquit, *recedendo infatuati contrarii facti sint, fiat sicut scriptum est: domus contrariorum legis debent emundationem, et consequens est,* inquit, *eos qui a contrariis baptizati inquinati sunt primo purgari et tunc demum baptizari.* quid ergo? raptores et homicidae non sunt contrarii legis dicentis: non occides, non furaberis? debent ergo emundationem; quis hoc negauerit? et tamen non solum quicumque a talibus intus baptizantur, sed etiam qui tales non mutati baptizantur, quamuis adhuc purgationem debeant ut mutentur, non tamen amplius cum mutati fuerint baptizantur. tanta uis est in sacramento simplicis baptismi, ut, cum fateamur aliquem baptizatum et adhuc male uiuentem debere mundari, uetemus tamen ulterius baptizari.

XV. 24. *Crescens a Cirta dixit: In tanto coetu sanctissimorum consacerdotum lectis litteris Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianum itemque ad Stephanum, quae tantum in se sanctissimorum ex scripturis deificis continent, ut merito omnes per dei gratiam adunati consentire debeamus, censeo*

7 Cypr. sentent. episc. 7 8 Prou. 14, 9 12 Ex. 20, 13. 15 21 Cypr. sentent. episc. 8

1 peccata *om. Nv* 2 sunt *MNm1*μς illi (*scil.* se habent)] illic *Nm1* illis *v* 3 ad *s. l. K* 7 *post* prosit *add. L:* Adhuc lucius dicit inquid *Nm1V*ς 8 sint] sunt *Lm1*μς *Cypr. codd. STm1* sunt facti *M* 9 legis] legistis β *pr.* 10 est *om. Cypr.* inquid *Nm1V*ς quia a *Vm1* sunt *om. Vm1* 13 emendationem *JNm1* 21 circa *L* coeto *Lm1* caetu *Nm1* 22 sacerdotum *M*μς *Cypr. cod. S* 24 sanctissimorum *N* sanctimoniorum *Cypr. codd.* sanctissimorum testimoniorum *Hartel* ex] descendentium ex *Cypr.* 25 per *om.* ς

ergo omnes haereticos siue schismaticos qui ad catholicam ecclesiam uoluerint uenire non ante ingredi, nisi exorcizati et baptizati fuerint, exceptis his sane qui in ecclesia catholica fuerint ante baptizati; ita tamen per manus impositionem in paenitentiam ecclesiae reconcilientur.

25. Hic ammonemur iterum quaerere cur dixerit: *exceptis his sane qui in ecclesia catholica fuerint ante baptizati.* an quia non amiserant quod intus acceperant? ergo, quod habere foris poterant, cur non et tradere poterant? an inlicite foris traditur? sed neque licite foris habetur et tamen habetur; sic inlicite foris datur, sed tamen datur. quod autem praestatur redeunti qui intus acceperat, hoc praestatur uenienti qui foris acceperat, id est ut licite intus habeat quod inlicite foris habebat. sed aliquis forsitan quaerat, quid de hac re ⟨habeat⟩ beati Cypriani epistula ad Stephanum, cuius in hac sententia commemoratio facta est, cum in exordio concilii non sit commemorata, credo quia non putatum est necessarium. nam et ipsam in isto coetu consacerdotum lectam esse dixit, quod factum omnino non dubito, quantum arbitror, ut fieri solet, quo possent iam congregati episcopi etiam de illa causa simul aliquid cognoscere quae illa epistula continetur. nam prorsus ad quaestionem praesentem non pertinet et magis miror, cur eam iste commemorare uoluerit, quam cur in exordio concilii commemoratio eius praetermissa sit. quodsi quisquam arbitratur me aliquid

15 Augustinus de Cypriani epistula 68 loquitur, cum Crescens ep. 72 significauerit

1 ego *Mm2v* siue] et *Cypr.* ecclesiam catholicam *J* 2 uenire uoluerint *v* exhorcizati *JK* exorzizati *L* exhorchitati *Nm1* 3 prius fuerint *Cypr.* 4 ita] ii *Hartel* tamen] *add.* ut *v* impositionem *KLμς* 5 paenitentia *Cypr.* ecclesiam *N* 6 admonemur *LN* 8 amiserunt *L* 9 *pr.* foras *ςm1* 10 licito *L* et tamen—inlicite *detrita in K, om. L* et tamen habetur *om. Jm1* sic inlicite *om. J spat. uac. relicto;* neque licite *suppl. m2* 12 acciperat *J* foras *Mμ* 13 ut licite] inlicite *N* 14 habeat *„aliquot mss" apud v, om. mei; cf. p. 315, 5* nihil habet 15 *post* Stephanum *add.* dixerit *Vv* 16 exhordio *J* 18 facto *Nm1* 22 *»eam N* 24 arbitretur *Nm1*

noluisse in medium proferre quod in ea positum est praesenti causae necessarium, legat eam et sciat uerum esse quod dico, aut si aliud inuenerit redarguat. prorsus enim illa epistula de baptismo aput haereticos uel schismaticos dato, unde nunc agimus, nihil habet.

XVI. 26. *Nicomedes a Segermis dixit: Mea sententia haec est ut haeretici ad ecclesiam uenientes baptizentur, eo quod nullam foris aput peccatores remissionem peccatorum consequantur.*

27. Cui respondetur: Uniuersae ecclesiae catholicae sententia haec est, ut haeretici, quamuis in haeresi, iam Christi baptismo baptizati ad ecclesiam uenientes non baptizentur. si enim nulla est aput peccatores remissio peccatorum, nec intus peccatores peccata dimittunt et tamen ab eis baptizati non rebaptizantur.

XVII. 28. *Monnulus a Girba dixit: Ecclesiae catholicae matris nostrae ueritas semper aput nos, fratres, mansit et manet uel maxime in baptismi trinitate domino nostro dicente: ite, baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. cum ergo manifesto,* inquit, *sciamus haereticos non habere nec patrem nec filium nec spiritum sanctum, debent uenientes ad ecclesiam matrem nostram uere renasci et baptizari, ut cancer quod habebant et damnationis ira et erroris offectura per sanctum et caeleste lauacrum sanctificetur.*

29. Huic respondemus patrem et filium et spiritum sanctum in sacramento dumtaxat omnes habere, qui baptismo uerbis

6 Cypr. sentent. episc. 9 15 Cypr. sentent. episc. 10 18 Matth. 28, 19

2 eam] etiam *Km1* 3 redarguet *Lm1* 4 dato *om. J* 5 *post* nihil *ras. 5 litt. N* 6 NICOMEDIS A SE GERMES dicit *N* scientia *L* haec *om. v* 7 hęiretici *Nm1* 8 foris nullam *N* 10 uniuersae *s. l. K* sentia *Mm1* sententiae (a *eras.*) *N* 14 baptizati ab eis *L* 15 Momnulus *L* Monnullus *μm1* girpa *L* 16 ueritas *s. l. K* apud nos, fratres, semper *v* nos *om. N* et mansit *Cypr.* 17 manet] tamen *J* 18 ite et *Cypr.* omnes (*del. m1*) gentes *L* fili *Kμm2* 19 inquid *Nm1Vς* 23 ire (irę *V*) terroris *Nβ* 26 habere omnes *v*

euangelicis consecrato baptizantur, in corde autem et in uita nec illos habere qui intus perdite et execrabiliter uiuunt.

XVIII. 30. *Secundinus a Cezas dixit: Cum dominus noster Christus dicat: qui mecum non est aduersus me est, et Iohannes apostolus eos qui ab ecclesia exeunt antichristos dicat, indubitanter hostes Christi quique antichristi nominati sunt gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. et ideo censeo eos qui de insidiis haereticorum confugiunt ad ecclesiam baptizandos esse à nobis qui amici appellati sumus dei de eius dignatione.*

31. Cui respondetur Christi aduersarios omnes esse quibus dicentibus: domine, in nomine tuo uirtutes multas fecimus et alia quae ibi dicuntur in fine dicturus est: non noui uos: recedite a me omnes qui operamini iniquitatem. quae tota palea si usque ad ultimum in malitia perseuerabit, siue aliquid eius ante uentilationem foras uolet siue intus esse uideatur, igni destinata est. si ergo propterea baptizandi sunt ad ecclesiam uenientes haeretici, ut ab amicis dei baptizentur, numquid illi auari, raptores, homicidae amici dei sunt aut quos baptizauerint denuo baptizandi sunt?

XVIIII. 32. *Felix a Bagai dixit: Sicut caecus caecum ducens simul in foueam cadunt, ita haereticus haereticum baptizans simul in mortem cadunt.*

33. Hoc uerum est, sed non propterea uerum est quod adiungit: *et ideo,* inquit, *haereticus baptizandus est et uiuifi-*

3 Cypr. sentent. episc. 11 4 Matth. 12, 30 5 cf. I Ioh. 2, 18 9 cf. Ioh. 15, 14. 15 12 Matth. 7, 22 13 Matth. 7, 23 21. 25 Cypr. sentent. episc. 12 cf. Matth. 15, 14

3 chezas *Mμς* chezias *V* Cedias *v Cypr.* 4 aduersum *Nβv Cypr.* 5 *et* 6 anticristos *et* anticristi *N* 7 ministra *Vm1μ* possent *Lm1* 8 haereticorum insidiis *v* 10 dei *Vv, cf. lin. 18* ab amicis dei, *om. cet.* 12 in] nonne in *Vv, cf. Petil. II 55, 125* in nomine *om. ς* 13 quae] qui *M* 15 palea *om. J* si usque] suisque *Vμ* 16 ante uentilationem eius aliquid *v* 18 inimicis *J* 19 amicide *Nm1* 20 *pr.* sunt] facti sunt *Nm1* 21 uagai *JKLN* bigai *ς* 22 *et* 23 cadent *Cypr.* 25 inquid *Vς* est *om. v*

candus, ne nos uiui mortuis communicemus. nonne mortui erant qui dicebant: manducemus et bibamus, cras enim morimur? — non credebant resurrectionem mortuorum —: qui ergo istorum conloquiis malis corrumpebantur et eos sequebantur, nonne pariter cum eis in foueam cadebant? et in eis tamen erant isti quibus scribebat apostolus iam baptizatis, nec tamen ideo si corrigerentur denuo baptizarentur. nonne idem apostolus ait: sapere secundum carnem mors est? et utique secundum carnem sapiebant auari fraudatores raptores, inter quos gemebat ipse Cyprianus. quid ergo illi in unitate uiuenti oberant mortui, aut quis dicat baptismum Christi quod tales haberent uel darent eorum iniquitatibus fuisse uiolatum?

XX. 34. *Pollianus a Mileo dixit: Iustum est haereticum baptizari in ecclesia sancta.*

35. Nihil quidem breuius dici potuit, sed puto et hoc breue est: Iustum est baptismum Christi non exsufflari in ecclesia Christi.

XXI. 36. *Theogenes ab Hippone Regio dixit: Secundum sacramentum dei gratiae caelestis quod accepimus unum baptismum quod est in ecclesia sancta credimus.*

37. Potest et mea esse sententia; sic enim librata est, ut nihil habeat contra ueritatem. nam et nos unum baptismum quod est in ecclesia sancta credimus. si autem dixisset: 'quod est in sola ecclesia sancta credimus,' respondendum erat sicut ceteris. nunc uero quia sic dictum est: *unum baptisma quod est in ecclesia sancta credimus,* ut esse quidem in ecclesia

2 I Cor. 15, 32 8 Rom. 8, 6 13 Cypr. sentent. episc. 13 18. 25 ibid. 14

3 moriemur *Lv* moriamur *N* non] *add.* enim *v* mortuorum *s. l. m2 L* 4 malis *om. M* 12 haberent—iniquitatibus] dant (*m2*) hanc (hinc *m2*), *tunc spat. circ. 19 litt. uac. J* uel darent eorum *om. L* in iniquitatibus *L* 13 Polianus *v Cypr.* Mileo *Nv Cypr.* milea *J* mileu *cet.* 16 exsuflari *KN* insufflari *v* 18 TheosgeNes (*pr.* s *del.*) *N* ippone *codd.* regione *L* 19 gratia *Mm1*μς 20 credidimus *JKN* 21 liberata *LVm1*μς 22 nos** *N* baptisma *v* 23 est] esse *Lm1* 24 sola *om. Vm1*ς*m1* 26 sancta *om. N*

sancta diceretur, sed et alibi esse non negaretur, quodlibet ille senserit, contra haec uerba disputare non opus est. si enim de me singula quaererentur, utrum unum esset baptisma, responderem unum esse. deinde si interrogarer, utrum hoc esset in ecclesia sancta, responderem hoc esse. tertio si quaereretur, utrum hoc baptisma crederem, responderem ita me credere, ac per hoc unum baptisma quod est in ecclesia sancta me credere responderem. si autem quaereretur, utrum in sola sancta esset ecclesia et aput haereticos uel schismaticos non esset, non me ita credere cum tota ecclesia responderem. sed quia hoc ille in sententia sua non posuit, puto esse inprobum ut ego illi addam uerba contra quae disputem, quae ibi non inueni. ita enim si diceret: 'una est aqua Eufratae fluminis quae est in paradiso,' uerum utique diceret. sed si interrogaretur, utrum in solo paradiso esset ista aqua et ita esse diceret, falsum diceret. est enim et praeter paradisum in his terris in quas ab illo fonte permanat. sed quis est tam temerarius qui dicat hoc eum responsurum fuisse quod falsum est, cum posset fortasse hoc respondere quod uerum est? quapropter uerba huius sententiae non debent habere contradictionem, quia nihil inpediunt ueritatem.

XXII. 38. *Datiuus a Uadis dixit: Nos quantum in nobis est haeretico non communicamus, nisi baptizatus in ecclesia fuerit et remissionem peccatorum acceperit.*

39. Si propterea uis eum baptizari, quia non accepit remissionem peccatorum, si intus aliquem inueneris qui tenens odium aduersus fratrem sic baptizatus sit, cum dominus

22 Cypr. sentent. episc. 15

3 quaerentur *L* esset unum *v* esse *Mm1*μς 6 esse crederem *Nm1* 9 esset (*del.*) sancta esset *N* 10 me *s. l.* μ 11 sua sententia *N* 13 aquae *Jm1* eufrate *L*β 14 interrogetur β*pr.* 17 permanet *Nm1* 18 eum *om. L* 21 impediunt *KLN*μ 22 datibus *Km1* uadis *JKm2L Cypr.* badis *cet. v* 24 remissam *Cypr.* acceperat *Nm1* 25 *ante* Si *add. v:* Respondetur baptizari non accepit quia non accepit *L*

mentiri non possit qui ait: si non dimiseritis, non uobis dimittetur, iubebis correctum denuo baptizari? non utique. sic ergo nec haereticum. sane iste cur non breuiter dixerit: *nos haeretico non communicamus,* sed addidit: *quantum in nobis est,* non est praetereundum. uidit enim plures huic sententiae consentire, a quorum tamen consortio, ne uiolaretur unitas, se isti separare non possent, et addidit: *quantum in nobis est,* utique demonstrans non uoluntate se communicare his quos arbitrabatur baptismum non habere, sed tamen omnia bono pacis et unitatis esse toleranda. quod et illi faciebant, qui istos non recte facere sentiebant et illud tenebant, quod postea melius declarata ueritas docuit et antiquior consuetudo concilio posteriore firmata robustius persuasit, inuicem se tamen, cum salua caritate diuersa sentirent, sollicita pietate tolerauerunt, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, donec alteris eorum, si quid aliter saperent, id quoque illis deus reuelaret. hoc isti audiant a quibus per hoc concilium unitas obpugnatur, per quod concilium quantum amanda sit unitas declaratur.

XXIII. 40. *Successus ab Abbir Germaniciana dixit: Haereticis aut nihil licet aut totum licet. si possunt baptizare, possunt et spiritum sanctum dare; si autem spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent spiritum sanctum, nec baptizare spiritaliter possunt. propterea censemus haereticos baptizari.*

41. Huic prope totidem uerbis ita responderi potest: 'Homicidis aut nihil licet aut totum licet. si possunt baptizare,

1 Matth. 6, 15 15 cf. Eph. 4, 2—3 16 cf. Phil. 3, 15 20 Cypr. sentent. episc. 16

1 *tert.* non] nec *Mς* 2 dimittitur *N* 4 addit *L* 10 bona *J* 12 antiquor *J* 13 rubustius *Nm1* 14 sollicite *Lm1* 19 unitas] ueritas β *pr.* 20 ab abir germaniana *J* ab abgermaniciana (*postr.* a *ex* e) *L* maniciana *Vm1* 21 *pr.* aut] autem *N* 22 *pr.* sanctum spiritum *K Cypr.; repugnat Augustini responsio* 25 baptizandos esse *Cypr.* 26 tottidem *Nm1* homicidas β

possunt et spiritum sanctum dare; si autem spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent spiritum sanctum, nec baptizare spiritaliter possunt. propterea censemus ab homicidis baptizatos uel homicidas baptizatos adque in melius non mutatos, cum se correxerint, baptizari.' at hoc non est uerum. qui enim odit fratrem suum homicida est, et tales nouerat intus Cyprianus, qui utique baptizabant. frustra ergo talia de baptizandis haereticis dicta sunt.

XXIIII. 42. *Fortunatus a Tuccabori dixit: Iesus Christus dominus et deus noster dei patris et creatoris filius super Petrum aedificauit ecclesiam, non super haeresim, et potestatem baptizandi episcopis dedit, non haereticis. quare qui extra ecclesiam sunt et contra Christum stantes oues eius et gregem spargunt baptizare foris non possunt.*

43. Ad hoc addidit 'foris', ut ei tam breuiter responderi non possit. nam et huic totidem paene uerbis ita responderetur: 'Iesus Christus dominus et deus noster dei patris et creatoris filius super Petrum fundauit ecclesiam, non super iniquitatem, et potestatem baptizandi episcopis dedit, non iniquis. quare qui non pertinent ad petram, super quam aedificant qui uerba dei audiunt et faciunt, sed contra Christum uiuentes audiendo uerba eius et non faciendo ac per hoc super harenam aedificando oues eius et gregem perditorum morum exemplo corrumpunt, baptizare non possunt.' numquid non posset hoc uerisimiliter dici? et tamen falsum est. baptizant quippe iniqui, quoniam iniqui sunt illi raptores quos in unitate secum positos Cyprianus arguebat. 'sed ideo,' inquit, 'addidit "foris".' cur ergo foris isti baptizare non possunt? an quia peiores

6 cf. I Ioh. 3, 15 9 Cypr. sentent. episc. 17 10 cf. Matth. 16, 18 27 cf. Cypr. de lapsis c. 6

3 censuimus *ς m1* censumus (*sic*) *μς m2* 4 adque *om. Nm1* non mutatos] commutatos *Vm1ς m1* 5 ad *Vm1ς* 9 thuccabori *MVμv Cypr.* dhuccabori *ς* 11 petram *Mv* hę(he-*V*)resem *Vμς* 12 dedit episcopis *M* quare? quia *Lβ* 15 ei iam *Vv* etiam *Mμς* 18 petram *Kmg., Mμm2v* aedificauit *v* 20 *pr.* qui *Mv* quia *cet.* supra *L* 22 arenam *βv* 26 illis *Jm1* 27 positus *Vm1μς* inquid *Vμm1ς* 28 isti foris *Nm1v* priores *Mm1μς*

sunt eo ipso quo foris sunt? sed nihil interest ad integritatem baptismi, quanto peior id tradat. neque enim tantum interest inter malum et peiorem quantum interest inter bonum et malum, et tamen cum baptizat malus non aliud dat quam bonus; ergo et cum baptizat peior non aliud dat quam ille qui minus est malus. an forte non ad hominis meritum, sed ad ipsius baptismi sacramentum pertinet ut foris dari non possit? si hoc ita esset, nec haberi foris posset et totiens necesse esset baptizari, quotiens recedens quisque ab ecclesia rursus ad ecclesiam remeasset.

44. Iam uero si diligentius quaeramus quid sit 'foris', maxime quia ipse commemorationem fecit Petri super quem aedificatur ecclesia, nonne illi sunt in ecclesia qui sunt in petra, qui autem in petra non sunt nec in ecclesia sunt? iam ergo uideamus, utrum super petram aedificium suum constituant qui audiunt Christi uerba et non faciunt. contradicit eis ipse dominus dicens: qui audit uerba mea haec et facit ea, similabo illum uiro prudenti, qui aedificat domum suam super petram, et paulo post: qui audit uerba mea haec et non facit ea, similabo eum uiro stulto, qui aedificat domum suam super harenam. si ergo in petra est ecclesia, illi qui super harenam sunt, quia extra petram sunt, profecto extra ecclesiam sunt. recordemur itaque quam multos commemoret Cyprianus ueluti intus positos qui aedificant super harenam, id est audiunt uerba Christi et non faciunt, et ideo quia in harena sunt extra petram esse conuincuntur, quod est extra ecclesiam: tamen et quamdiu ita sunt et nondum uel numquam in melius commu-

12 cf. Matth. 16, 18 17 Matth. 7, 24 19 Matth. 7, 26

1 ad *om. N* integritate *N* 2 quando *Vμν* 4 aliut *ς* 6 ad *s. l. K* 7 dare *β pr.* non *om. N* 9 est *Mm1μς* 12 petrae *MNm2v* quam *Mm2Nm2v* 13 *pr.* ecclesiam *Nm1* 18 illum] eum *Mμ* uero *μm1* 21 arenam *Mζv* 22 harenam (m *s. l. sed del.*) *K* arenam *M* 24 commemorat *LNm1* uelut *Kβv*, *cf. index* 26 in arena *M* super arenam *v* 27 est *s. l. L* 28 nonquam *J* umquam *β pr.*

tantur, baptizant et baptizantur et baptismus quem habent illis ad damnationem destinatis integer manet.

45. Neque hoc loco dici potest: 'quis enim facit omnia uerba domini quae in ipso euangelico sermone conscripta sunt, quem concludens ait aedificare super petram qui eadem uerba audirent et facerent, super harenam autem qui audirent et non facerent?' quia, etsi a quibusdam non implentur omnia, in eodem tamen sermone posuit medicinam dicens: dimittite et dimittetur uobis. et post orationem dominicam in eodem ipso sermone commemoratam adque conscriptam: dico enim uobis, inquit: si dimiseritis peccata hominibus, dimittet uobis et pater uester peccata uestra; si autem non dimiseritis hominibus, neque pater uester dimittet uobis. hinc et Iohannes ait: quia caritas cooperit multitudinem peccatorum, quam utique non habebant illi ac per hoc super harenam aedificabant, de quibus idem Cyprianus dicit quod intus in maliuola inuidia etiam temporibus apostolicis sine caritate conuersabantur. et ideo intus quidem esse uidebantur, sed foris erant, quia in illa petra per quam significatur ecclesia non erant.

XXV. 46. *Sedatus a Tuburbo dixit: In quantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, in tantum haeretico sermone uelut cancere infecta cumulat peccata. quare omnibus pacificis quidem uiribus nitendum est, ne quis haeretico errore infectus et tinctus singularem et uerum*

8 Luc. 6, 37 10 Matth. 6, 14—15 14 I Petr. 4, 8 17 cf. Cypr. ep. 73, 14 21 Cypr. sentent. episc. 18

2 destinantis μς 4 dei *L* euangelio *Km1* 5 concludens (con *s. l.*) *L* eandem β*pr.* 6 et *om. Jm1* arenam *LM* 8 sermonem *Vm1*μς, *om. J* 11 inquid *V*ς 12 dimittetur *LV* et uobis *v* 13 nec *V* 14 Iohannes] Petrus *v* 16 habeant *Km1*β*pr.* arenam *M*ς 21 tuborbo *MN*μς Thuburbo *Cypr.* 23 uelud *L* cancro *Nm2* cancer *Cypr.* comulat *Nm1* 24 pacis *L* ne qui *Cypr.* 25 singulare *v Cypr.*

ecclesiae baptismum retractet accipere, quo quisque non fuerit baptizatus regno caelorum fiet alienus.

47. Huic respondetur quia, si non sanctificatur aqua, cum aliqua erroris uerba per inperitiam precator effundit, multi non solum mali, sed etiam boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificant aquam. multorum enim preces emendantur cotidie, si doctioribus fuerint recitatae, et multa in eis repperiuntur contra catholicam fidem. numquid, si manifestetur aliquos baptizatos, cum illae preces dictae super aquam fuissent, iubebuntur denuo baptizari? quid ita? quia plerumque precis uitium superat precantis adfectus et quia certa illa uerba euangelica, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum ualent, ut per illa sic euacuentur quaecumque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum daemonium Christi nomine excluditur. nam utique haereticus, si adferat precem uitiosam, nec bonum habet caritatis adfectum, quo possit illa inperitia superari, et ideo similis est ei quicumque in ipsa catholica inuidus et maliuolus, quales illic arguit Cyprianus, adferat etiam, ut fieri solet, aliquam precem in qua loquatur contra regulam fidei. multi quippe inruunt in preces non solum ab inperitis loquacibus, sed etiam ab haereticis conpositas, et per ignorantiae simplicitatem non eas ualentes discernere utuntur eis arbitrantes quod bonae sunt; nec tamen quod in eis peruersum est euacuat illa quae ibi recta sunt, sed ab eis potius euacuatur, sicut in ipso homine bonae spei et probabilis fidei, sed tamen homine, si quid aliter sapit, non inde euacuantur quae recte sapit, donec ei deus reuelet et quod aliter sapit. si autem malus est ipse adque peruersus, si precem integram

14 cf. Marc. 16, 17 27 cf. Phil. 3, 15

1 ecclesiae *om.* $K\beta v$ baptisma *v* retractet *V* detrectet *v* quisquis *v Cypr.* (quisque = quisquis) 2 regnum *L* 4 peccator *J* effudit *Nm1* 5 malis $\beta pr.$ 6 cottidie *M* 7 doctoribus $\beta pr.$ repperiuntur *L* 8 manifestatur *Nm1* manifestarentur aliqui baptizati *Nm2* 9 aqua *J* iuberentur *Nm2* 11 effectus *Vm1* euangelica uerba *v* 14 quemammodum $MN\mu\varsigma$ 21 imperitis *KN* 23 sint *Vv* 24 euacuant *L* 27 reuelaret *Nm1* quid *JL* 28 ipse malus est *v*

dicat et nulla ex parte fidei catholicae aduersam, non ideo ipse rectus est quia illa recta est, et si in aliquibus peruersam precem adferat, deus adest euangelicis uerbis suis, sine quibus baptismus Christi consecrari non potest, et ipse sanctificat sacramentum suum, ut homini siue antequam baptizetur siue cum baptizatur siue postea quandoque ueraciter ad se conuerso id ipsum ualeat ad salutem, quod ad perniciem nisi conuerteretur ualeret. ceterum quis nesciat non esse baptismum Christi, si uerba euangelica quibus symbolum constat illic defuerint? sed facilius inueniuntur haeretici qui omnino non baptizent quam qui non illis uerbis baptizent. ideoque dicimus non omnem baptismum — nam in multis idolorum sacrilegis sacris baptizari homines perhibentur —, sed baptismum Christi, id est uerbis euangelicis consecratum, ubique eundem esse nec hominum quorumlibet et qualibet peruersitate uiolari.

48. Sane in ista quoque sententia non neglegenter omittendum est quod hic interposuit et ait: *quare omnibus pacificis quidem uiribus nitendum est, ne quis haeretico errore infectus* et cetera. respexit enim uerba illa beati Cypriani dicentis: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.* ecce quantum ualeat in bonis ecclesiae filiis amor unitatis et pacis, ut, quos dicebant sacrilegos et profanos sine baptismo ut arbitrabantur admissos, si eos quantum putabant corrigere non ualerent, eligerent potius tolerare quam propter eos sanctum illud uinculum rumpere, ne propter zizania eradicaretur simul et triticum, permittentes quantum in ipsis erat, sicut in illo nobilissimo iudicio Salomonis, infantile corpus a falsa matre nutriri potius quam

17 Cypr. sentent. episc. 18 20 Cypr. sentent. episc. praef. 26 cf. Matth. 13, 29 27 cf. III Reg. 3, 26

1 ideo] idem *J* 2 ipsam *N* 3 uerbis euangelicis β 5 hominis *Nm1* antiquam *Jm1* 6 baptizetur β ad se ueraciter *v* 7 conuertetur *L* 8 certum *L* nesciet β 11 *pr.* baptizant *N*β *alt.* baptizant β 14 eumdem *Lm1* 19 respecxit *Lm1* 20 nemine *L* 24 ualebant *N* elegerent *Nm1* 25 tollerare *Nm1* illum β *pr.* 26 eradicetur β et *om. L* 27 salamonis *Nm1*

concidi. hoc autem et illi faciebant, qui de baptismi sacramento uerius sentiebant, et isti quibus pro merito tantae caritatis deus erat reuelaturus, si quid aliter sapiebant.

XXVI. 49. *Priuatianus a Sufetula dixit: Qui haereticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis haeresim condiderit. si enim haeresis a deo est, habere et indulgentiam diuinam potest; si uero a deo non est, quomodo gratiam dei aut habere aut conferre alicui potest?*

50. Huic totidem uerbis ita respondetur: 'Qui maliuolos et inuidos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis maliuolentiam inuidiamque condiderit. si enim maliuolentia et inuidia a deo est, habere et indulgentiam diuinam potest; si uero a deo non est, quomodo gratiam dei aut habere aut conferre alicui potest?' sed sicut ista eodem modo dicta manifestissime falsa sunt, sic etiam illa, quae ut conuincerentur haec dicta sunt. baptizant enim maliuoli et inuidi, sicut concedit ipse Cyprianus, quia eos etiam intus esse testatur. sic ergo possunt etiam haeretici baptizare, quia baptismus sacramentum Christi est, inuidia uero et haeresis opera diaboli, quae quisquis habuerit non hinc efficit ut, si habet sacramentum Christi, etiam ipsum numeretur inter opera diaboli.

XXVII. 51. *Priuatus a Sufibus dixit: Qui haereticorum baptismum probant quid aliud quam haereticis communicant?*

52. Huic respondetur: Non est baptismus haereticorum quem in haereticis probamus, sicut non est baptismus auarorum insidiosorum fraudatorum raptorum inuidorum quem in eis probamus. omnes quippe isti iniqui sunt, sed iustus est Christus,

4 Cypr. sentent. episc. 19 22 ibid. 20

6 et *om.* βν 9 responderi potest *v* 10 qui *L* 11 condederit *Nm1* 12 a deo *om.* β 13 dei gratiam *J* aut gratiam dei *v* 14 modo *s. l. K* 16 baptizent *L* 17 esse etiam intus *Km1L* esse intus *J* 19 est *om. L* 20 habet] habeat *Nm2v* 22 heriticorum *L* 23 probat *Cypr.* comminicant *L* communicat *Cypr.* 24 haereticorum—baptismus *mg. L* 26 insidiosorum fraudatorum raptorum *om.* β probamus in eis *v* 27 sunt *s. l.* μ

cuius in se sacramentum, quod ad ipsum adtinet, sua iniquitate non uiolant. alioquin posset alius dicere: 'qui iniquorum baptismum probant quid aliud quam iniquis communicant?' quod ipsi catholicae si quis obiceret, responderetur ei quod huic modo responsum est.

XXVIII. 53. *Hortensianus a Laribus dixit: Uiderint aut praesumptores aut fautores haereticorum: nos unum baptisma quod non nisi in ecclesia nouimus ecclesiae uindicamus. aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse?*

54. Huic simili tenore uerborum ita respondemus: 'Uiderint aut praesumptores aut fautores iniquorum: nos unum baptisma, quod non nisi ecclesiae nouimus, ubicumque inuentum quando possumus ad ecclesiam reuocamus. aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse?' omnibus quippe iniquis dicit: n o n n o u i u o s; r e c e d i t e a m e q u i o p e r a m i n i i n i q u i t a t e m, et tamen cum baptizant non ipsi baptizant, sed ille de quo Iohannes dicit: i p s e e s t q u i b a p t i z a t.

XXVIIII. 55. *Cassius a Macomadibus dixit: Cum baptismata duo esse non possint, qui haereticis baptismum concedit sibi tollit. censeo itaque flebiles et tabidos haereticos baptizandos esse, cum ad ecclesiam uenire coeperint, ut sacra et diuina lauatione lotos et lumine uitae inluminatos non hostes sed pacificos, non alienos sed fidei domini domesticos, non adulteros sed dei filios, non erroris sed salutis effectos in*

6 Cypr. sentent. episc. 21 10 cf. Matth. 12, 30 16 Matth. 7, 23 19 Ioh. 1, 33 20 Cypr. sentent. episc. 22

1 se *om. L* ad *om. L* 2 possit *Nm1* 4 quod] quid *Mm1* 6 Quot sint baptismi, uiderint *v* autem *N* 7 praesumtores (*item lin. 12*) *K* fautores] fraudatores *M*μς baptismum μ*m1* 9 quos] quod *Jm1* 11 respondentes *v* 12 frautores *Nm1* fraudatores β unum] *add.* nouimus β 13 ecclesiae] in ecclesia β 18 *pr.* paptizant *L* 19 pabtizat *L* 20 Casius β mocamadibus ς 21 possunt *Jm1Vm1* 23 ecclesia *V*μς ut] et *v Cypr., cf. p. 362, 2 et 13*

ecclesiam recipi, absque his qui de ecclesia fideles supplantati ad haeresis tenebras transierant, sed eos per manus inpositionem restituendos.

56. Posset alius dicere: 'cum Christi baptismata duo esse non possint, qui iniquis baptismum concedit sibi tollit.' sed nobiscum etiam isti resisterent et dicerent: 'concedimus iniquis baptismum, qui non ab ipsis in ipsis est sicut iniquitas, sed a Christo cuius est aequitas et cuius sacramentum etiam aput iniquos non est iniquum.' quod ergo nobiscum de iniquis dicerent, hoc sibi de haereticis dicant. et ideo quod sequitur ita potius erat dicendum: 'censeo itaque flebiles et tabidos haereticos non baptizandos esse, cum ad ecclesiam uenire coeperint, si habent iam baptismum Christi, sed a sua peruersitate corrigendos.' nam etiam de iniquis dici potest quorum portio sunt haeretici: 'censeo itaque flebiles et tabidos iniquos, si iam baptizati sunt, non baptizandos esse, cum ad ecclesiam, id est ad illam petram, extra quam sunt omnes qui audiunt uerba Christi et non faciunt, uenire coeperint, sed sacra et diuina lauatione iam lotos, tunc autem et lumine uitae inluminatos, non hostes sed pacificos — nam iniqui non habent pacem —, non alienos sed fidei domini domesticos — nam iniquis dictum est: quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae? —, non adulteros sed dei filios — nam iniqui filii sunt diaboli —, non erroris sed salutis effectos — nam non saluat iniquitas — in ecclesiam recipi, id est in illam petram, in illam columbam, in illum hortum conclusum et fontem signatum qui non nisi in tritico, non autem in paleis agnoscitur, siue longe a uento separentur siue usque ad ultimam uentilationem frumento commixti uideantur.' frustra

17 cf. Matth. 7, 24. 26 22 Hier. 2, 21 26 cf. Cant. 2, 10. 4, 12

1 eclclesia *J* subplantati *Vς* 4 allius *Lm1* 7 qui] quo *L* in ipsis *om. Vm1v* 8 *alt.* cuius] cuius est *Nm1* 12 ad] de *Vμς* 14 antiquis *Nm1* 17 extra quam] exquaquam (quam *del.*) *J* omnes *s. l. L* 20 iniqui] si qui *J* non *del. J* 22 amaritudine *JLMμς* 23 aliena *Jv* 24 sunt filii *v*

ergo Cassius addidit: *absque his qui in ecclesia fideles supplantati ad haeresis tenebras transierant.* si enim et ipsi ab ecclesia recedendo baptismum amiserant, etiam ipsis reddatur; si autem non amiserant, quod per eos datum est agnoscatur.

XXX. 57. *Alius Ianuarius a Uico Caesaris dixit: Si non obtemperat error ueritati, multo magis ueritas non consentit errori. et ideo nos ecclesiae adsistimus, in qua praesidemus, ut baptismum eius ipsi soli uindicantes eos quos ecclesia non baptizauit baptizemus.*

58. Respondetur: Quos ecclesia baptizat, utique petra illa baptizat, extra quam sunt omnes qui audiunt uerba Christi et non faciunt. baptizentur ergo quicumque a talibus baptizati sunt. quod si non fit, sicut in istis, ita in haereticis baptismus Christi eorum iniquitate et peruersitate damnata siue correcta agnoscendus et adprobandus est.

XXXI. 59. *Alius Secundinus a Carpis dixit: Haeretici christiani sunt an non? si christiani sunt, cur in ecclesia dei non sunt? si christiani non sunt, fiant. aut quo pertinebit sermo domini dicentis: qui non est mecum aduersum me est, et qui mecum non colligit spargit? unde constat super filios alienos et suboles antichristi spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit haereticos baptisma non habere.*

60. Huic respondetur: Iniqui christiani sunt an non? si christiani sunt, cur in illa petra non sunt in qua aedificatur ecclesia? — audiunt enim uerba Christi et non faciunt —; si christiani non sunt, fiant. aut quo pertinebit sermo domini dicentis:

1 Cypr. sentent. episc. 22 5 ibid. 23 16 ibid. 24 19 Matth. 12, 30

1 supplatanti *Nm1* subplantati *Vμς* 4 quod] quid. *J* 5 ianuiarius *L* 6 ueritas non consentit *om. J m1, spat. uac. relicto;* non obtemperat ueritas *suppl. m2* ueritas—adsistimus *detrita in K, om. L tribus lineis uacuis relictis* 7 adsistimus] amittimus *J* 13 sicut—ita] ita—sicut *μm1* 16 Carpos *Cypr.* 17 non (*del.*) sunt cur *K* 18 pertinet *Cypr.* 19 aduersus *Vv* 20 non mecum *Cypr.* non colligit mecum *v* collegit *Nm1* 21 soboles *Jm2LMNm2v* 22 impositionem *KNμς* non tantummodo non *Cypr.*

qui non est mecum aduersum me est, et qui mecum non colligit spargit? spargunt enim oues eius qui eas ad morum suorum labem praua imitatione perducunt. unde constat super filios alienos, quod omnes iniqui appellantur, et suboles antichristi, quod sunt omnes qui Christo aduersantur, spiritum sanctum per manus inpositionem tantummodo non posse descendere, si cordis non adsit uera conuersio, cum manifestum sit iniquos quamdiu iniqui sunt baptisma quidem habere posse, sed salutem cuius sacramentum baptisma est habere non posse. uideamus enim si haeretici describuntur in psalmo illo, ubi de filiis alienis ita dicitur: domine, libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est uanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis, quorum filii eorum uelut nouellae constabilitae. filiae eorum ornatae sicut similitudo templi; cellaria eorum plena, eructuantia ex hoc in hoc; oues eorum fecundae, multiplicantes in exitibus suis; boues eorum crassi. non est ruina maceriae nec exitus neque clamor in plateis eorum. beatum dixerunt populum cui haec sunt: beatus populus cuius est dominus deus ipsius. si ergo isti sunt filii alieni qui in rebus temporalibus et abundantia terrenae felicitatis beatitudinem ponunt et diuina praecepta contemnunt, uideamus si non idem ipsi sunt de quibus Cyprianus ita dicit, in se quoque transfigurans eos, ut de his se dicere ostendat cum quibus sacramenta communicabat: dum uiam domini, inquit, non tenemus nec data nobis ad salutem cae-

1 Matth. 12, 30 11 Ps. 143, 11—15 26 Cypr. ep. 11, 1

2 collegit *Nm1* 3 lauem $V\mu\varsigma$ 5 soboles *Jm2LMNm2v* 7 conuersatio $\beta pr.$ 8 iniquos] iniquo *Jm1* iniqui *Jm2* sint *Jm2* 9 habere—baptisma est *om. L* posse habere *v* 14 constabilitatae *JLNm1* 15 ornatae sunt (*del.*) sicut *K* multitudo *L* 16 eructantia *JM*μ 18 crassae β 19 nec] neque *v* 22 rebus] *add.* et *Jm1* abundantiae *L* habundantia *N* 24 iidem *v* 25 transfugurans *L* 26 sacramentum ς 27 inquid $V\varsigma$

lestia mandata seruamus. fecit dominus noster uoluntatem patris, et nos non facimus domini uoluntatem patrimonio et lucro studentes, superbiam sectantes et cetera. at si isti baptismum et habere et tradere poterant, cur negatur esse posse in filiis alienis? quos tamen hortatur, ut caelestia mandata seruando missa sibi per unicum filium fratres eius et filii dei esse mereantur.

XXXII. 61. *Uictoricus a Tabraca dixit: Si licet haereticis baptizare et remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, ut haereticos illos appellemus?*

62. Quid si alius diceret: 'si licet iniquis baptizare et remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, ut iniquos illos appellemus?' quod huic responderetur de iniquis, hoc et illi respondeatur de haereticis, id est neque eorum esse baptismum quo baptizant et non esse consequens, ut quisquis habet baptismum Christi etiam de peccatorum remissione securus sit, si hoc in sacramento tantum habet nec ueraci cordis confessione conuersus est, ut dimittenti dimitteretur.

XXXIII. 63. *Alius Felix ab Utina dixit: Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, non in tantum posse humanam praesumptionem, quam domini nostri Christi adorandam et uenerabilem maiestatem. memores ergo periculi hoc quoque non tantum obseruare debemus, uerum etiam ab omnibus nobis confirmare, ut omnes haeretici qui ad sinum matris ecclesiae adcurrunt baptizentur, ut mens haeretica quae diuturna tabe polluta est sanctificatione lauacri purgata in melius reformetur.*

8 Cypr. sentent. episc. 25 19 ibid. 26

2 dei *Cypr.* 4 ad *KL* 6 seruanda *Mm1μ* 8 Uictoricos *L* thabraca *MVμ Cypr.* thabra *ς* scilicet *Nm1ςm1* 9 remissam *Mv* remiss| *K* (*in fine lin.*) remissa *cet.* 10 haereticos] iniquos *Mμ* illos *om. NVςv* 11 si ibi alius *N* scilicet *Nm1ς* baptizare iniquis *N* 12 remissa *JKLNμς* 14 ille *βpr.* 15 quo] quod *LN* qui *ς* quisquis] ouis quis *J* 17 conuersione *v* 19 Uthina *v Cypr.* dubitum *L* 21 praesumtionem *K* quam] qua *N* quantum *v Cypr. cod. S* Iesu Christi *LNm1ςv* 23 uerum] ut *N* 25 occurrunt *ςm1* 26 sanctificationi *Nm1* reformemur *β*

64. Fortassis iste, qui in diuturna tabe purganda causam posuit cur deberent haeretici baptizari, parceret eis qui in aliquam haeresem inruentes exiguo illic tempore fuissent et cito correcti ad catholicam inde migrassent. deinde et ipse parum aduertit ita dici posse, ut iniqui omnes, qui ad illam petram in qua ecclesia significatur adcurrunt, baptizentur, ut mens iniqua, quae extra petram in harena aedificabat audiendo uerba Christi et non faciendo, sanctificatione lauacri purgata in melius reformetur; et tamen non fit, si iam baptizati sunt, etiam si probentur tales fuisse cum baptizarentur, id est ut saeculo uerbis et non factis renuntiarent.

XXXIIII. 65. *Quietus a Buruc dixit: Qui fide uiuimus obsequi his quae instruendis nobis ante praedicta sunt credula obseruatione debemus. nam scriptum est aput Salomonem: qui baptizatur a mortuo quid proficit lauatio eius? quod utique de his qui ab haereticis tinguntur et de tinguentibus loquitur. si enim qui aput illos baptizantur per remissionem peccatorum uitam aeternam consequuntur, cur ad ecclesiam ueniunt? si uero a mortuo salutis nihil accipitur ac propterea cognito errore pristino ad ueritatem cum paenitentia reuertuntur, uno uitali baptismate quod in ecclesia catholica est sanctificari debebunt.*

66. Quid sit a mortuo baptizari sine praeiudicio diligentioris eiusdem scripturae considerationis alibi iam diximus. quaero autem cur haereticos solos uelint intellegi mortuos, cum Paulus apostolus generaliter de peccato dixerit: stipendium

12 Cypr. sentent. episc. 27 15 Eccli. 31 (34), 30 24 Parm. II c. 10 26 Rom. 6, 23

1 purgandam β *pr.* 3 heresim *MNm2(v)* 7 arena *Mζm1* 9 reformemur β *pr.* 10 ut *om. L* saeculum β 12 Quietis *Lm1* burue *J* Buruch *v* 13 obsequi] orbe qui *J* his] is *Km1Lβ pr.* 15 a mortuo *s. l. K* lauatione *Cypr.* 17 tingentibus *v* 18 consequantur *Jm1* consecuntur β 19 ueniant *codd. praeter Jm1, cf. p. 332, 12* 21 patientia *L* paenitentiam *Vμζm1* catholica ecclesia *Cypr.* 22 sanctificare *Vm1ζm1* 26 apostulus *L* dixerit de peccato *Km1L*

peccati mors, et iterum: sapere autem secundum carnem mors est. et cum mortuam dicat uiduam quae in deliciis uiuit, quomodo non sunt mortui qui saeculo uerbis et non factis renuntiant? quid ergo proficit lauatio eius qui ab istis baptizatur, nisi quia et ipse, si talis est, lauacrum quidem habet, sed non ei proficit ad salutem? si autem ille a quo baptizatur talis est, iste uero non falso ad deum corde conuertitur, non ab illo mortuo baptizatur, sed ab illo uiuo de quo dictum est: ipse est qui baptizat, quolibet corporaliter operante baptizet. quod autem ait de haereticis: *si enim qui aput illos baptizantur per remissionem peccatorum uitam aeternam consequuntur, cur ad ecclesiam ueniunt?*, respondetur: 'ideo ueniunt, quia, etiamsi Christi baptismum usque ad sacramenti celebrationem perceperunt, tamen uitam aeternam nisi per unitatis caritatem non consequuntur, sicut nec illi maliuoli et inuidi, quibus non dimitterentur peccata nec si aduersus eos odium tenerent a quibus paterentur iniuriam, quia ueritas dixit: si non dimiseritis, nec pater uester dimittet uobis; quanto magis cum eos oderant quibus retribuebant mala pro bonis!' nec tamen isti saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes, si postea corrigerentur, rursus baptizarentur, sed uno uitali baptismate sanctificarentur. quod quidem in catholica est, sed non in sola, sicut nec in sanctis solis qui aedificati sunt super petram et ex quibus unica illa columba perficitur.

XXXV. 67. *Castus a Sicca dixit: Qui contempta ueritate praesumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est*

1 Rom. 8, 6 2 cf. I Tim. 5, 6 9 Ioh. 1, 33 10 Cypr. sentent. episc. 27 18 Matth. 6, 15 19 cf. Ps. 34, 12 24 cf. Cant. 6, 8 26 Cypr. sentent. episc. 28

2 carnem] caritatem *L* 3 diliciis *LM*$\mu m2\varsigma$ uiuat $\mu m1$ 4 lauactio *Jm1* 6 ei* μ 7 corde ad deum *v* 9 quolibet—baptizet *om. Vm1* 10 baptizat *MNm1*$\mu\varsigma$ 12 consecuntur *L*β 13 quia] qui *Mm1*$\mu\varsigma$ 15 sequuntur *L* consecuntur β maleuoli *Kv* 16 inuidi** *N* 17 hodium *LV* tenerentur $\beta pr.$ 19 oderunt *Lm1* 21 corrigentur $\beta pr.$ 24 una *J* 26 dicit *Vv* contemta $\mu\varsigma$

et malignus quibus ueritas reuelatur aut circa deum ingratus est cuius inspiratione ecclesia eius instruitur.

68. Iste si conuinceret eos qui diuersa sentiebant et hoc tenebant. quod etiam postea totus orbis christiano concilio confirmatus optinuit, ita consuetudinem sequi ut contemnerent ueritatem, haec uerba formidare deberemus; cum uero illa consuetudo et a ueritate propagata et ueritate roborata repperiatur, nihil in hac sententia pertimescimus. et tamen si illi circa fratres inuidi erant et maligni aut circa deum ingrati, ecce qualibus communicabant, ecce quales diuersa sentientes, sicut Cyprianus praedixit, a iure communionis non amouebant, ecce a quibus non polluebantur in conseruatione unitatis, ecce quantum amandum sit uinculum pacis, ecce quid considerent qui nobis de praecessorum episcoporum concilio calumniantur, quorum caritatem non imitantur et quorum exemplo considerato iure damnantur. si consuetudo erat, sicut haec sententia testis est, ut haeretici uenientes ad ecclesiam cum baptismate quod habebant susciperentur, aut hoc recte fiebat aut mali bonos in unitate non maculant. si recte fiebat, cur orbem terrarum, quia sic recipiuntur, accusant? si autem mali bonos in unitate non maculant, quomodo se a crimine sacrilegae separationis excusant?

XXXVI. 69. *Eucratius a Thenis dixit: Fidem nostram et baptismatis gratiam et legis ecclesiasticae regulam deus et dominus noster Iesus Christus suo ore apostolos docens perimpleuit dicens: ite, docete gentes, baptizantes eos in*

11 cf. Cypr. sentent. episc. praef. 23 Cypr. sentent. episc. 29 26 Matth. 28, 19

2 est *om. Cypr.* 3 si] nisi *Jm1* 4 etiam] *add.* in *L* totus (totius *Vm1*) orbis postea βν 5 contempneret *Mm1* contemneret μς 6 debemus *Km1Vm1* illo *L* 7 a *om.* ς reperiatur *LNm2* 8 si *om. J* 11 amouebunt *L* 12 conuersatione β 13 considerant β *pr.* 14 praedecessorum *v* 16 haec] ex β *pr.* 18 habeant *L* fiebant *Km1* 20 accusan *L* in unitate *et* 21 a crimine *om. J spat. uac. relicto* 24 dominus et deus *Cypr.* 25 suo *s. l. L* 26 omnes gentes *Lv* eas *Jm1Mμς*

nomine patris et filii et spiritus sancti. falsum ergo haereticorum baptisma et iniquum a nobis pellendum est et omni contestatione refutandum, de quorum ore uirus, non uita, nec gratia caelestis, sed blasphemia trinitatis exprimitur. et ideo uenientes ad ecclesiam haereticos integro et catholico baptismate baptizari debere manifestum est, ut a blasphemia suae praesumptionis purificati possint spiritus sancti gloria reformari.

70. Plane si non est baptismus patris et filii et spiritus sancti nomine consecratus, haereticorum deputetur et iniquum a nobis omni contestatione refutetur; si autem hoc in eo nomen agnoscimus, melius uerba euangelica ab haereticorum errore distinguimus et quod in eis probum est adprobamus, quod mendosum est emendamus.

XXXVII. 71. *Libosus a Vaga dixit: In euangelio dominus ego sum, inquit, ueritas. non dixit: 'ego sum consuetudo.' itaque ueritate manifestata cedat consuetudo ueritati, ut etsi in praeteritum quis in ecclesia haereticos non baptizabat, nunc baptizare incipiat.*

72. Hic nihil ostendere conatus est quomodo sit ueritas, cui debere dicit consuetudinem cedere. plus tamen nos adiuuat aduersus istos qui se ab unitate diuiserunt, quod illam fuisse consuetudinem confitetur, quam quod eam ueritati quam non ostendit cedere oportere arbitratur. illa est enim consuetudo, quae si sacrilegos ad altare Christi sine baptismi purgatione admittebat et nullum bonorum in unitate polluebat, quicumque se ab eadem unitate, in qua nullorum malorum contagione pollui poterant, frustra separauerunt, manifestum sacrilegium

15 Cypr. sentent. episc. 30 16 Ioh. 14, 6

1 fili *Km1* 2 inicuum *μm2ς* pelleendum *J* 3 uirtus *Lm1* 6 baptizare *L* a] ab *Lm2. om. Lm1Vm1ς* blasphemiae *L* blasphema sua praesumptione *Cypr.* 7 gloria] gratia *Vv* 9 fili *Km1μ* 10 nemine *L* inicuum *μς* iniquus *v* 13 et] *add.* hi *J* 14 mē||dosum *K* 15 a] e *L* uagis *J* uag* *K* baga *β* 16 inquid *V* 17 ut *s. l. K* 22 ab *s. l. L* quod] quam *J* consuetudinem fuisse *v* 24 arbitrare *L* 25 sacrilego *L* 27 contagionem *L*

schismatis admiserunt. si autem per illam consuetudinem omnes polluti perierunt, de qua cauerna isti sine originali ueritate et cum calumniae calliditate procedunt? si uero recta fuerat consuetudo qua sic suscipiebantur haeretici, relinquant furorem, fateantur errorem, ueniant ad catholicam, non ut retinguantur sacramento baptismatis, sed ut curentur a plaga concisionis.

XXXVIII. 73. *Leucius a Theueste dixit: Haereticos blasphemos adque iniquos uerbis uariis decerpentes sancta et adorabilia scripturarum uerba execrandos censeo et ideo exorcizandos et baptizandos.*

74. Et ego execrandos censeo, sed non ideo exorcizandos et baptizandos. ipsorum est enim figmentum quod execror, Christi autem sacramentum quod ueneror.

XXXVIIII. 75. *Eugenius ab Ammedera dixit: Et ego hoc idem censeo haereticos baptizandos esse.*

76. Huic respondetur: Sed non hoc censet ecclesia cui deus iam etiam plenario concilio reuelauit, quod tunc adhuc aliter quidam sapiebatis et, quia in uobis caritas salua erat, in unitate permanebatis.

XL. 77. *Item alius Felix a Bamaccura dixit: Et ipse secutus diuinarum scripturarum auctoritatem baptizandos haereticos esse censeo, sed et eos qui aput schismaticos baptizatos esse contendunt. si enim secundum cautum Christi*

8 Cypr. sentent. episc. 31 15 ibid. 32 18 cf. Phil. 3, 15 21 Cypr. sentent. episc. 33

2 perierant *Vm1* sine *om. J* 4 sic] sit *Jm1* 5 ut non *MV*μ 6 retingantur *v* a] ad *Vm1*μς 8 Leutius *LM*μ Leuicius *N* Lucius *v* theueste *N* teueste *JKL* tebeste β Thebeste *v Cypr.* 9 uanis *Cypr.* decirpentes *Mm1*μς 10 scribturum *V* scriptorum ς exhorchizandos (*alt.* h *eras.*) *N, item lin. 12* 15 emmedera μ*m1* 17 ecclesiae *Mm1* cuius *L* 18 plenario etiam *v* reuelabit *L* 19 quidem *Mm2v* et] sed *v* 21 abammacura *N* ab accura β ab Amaccura *v* a Bamaccora *Cypr.* 22 autoritatem *Nm1* haereticos baptizandos *v* 23 qui] *add.* se *Nm2v* 24 esse] eos *M* se esse *Cypr. cod. Tm2;* se *ergo om. mei et Cypr. codd.*

priuatus fons noster est, intellegant cuncti ecclesiae nostrae aduersarii quia alienus esse non potest. nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille qui unius gregis pastor est. et ideo manifestum est nec haereticos nec schismaticos aliquid caeleste suscipere, qui a peccantibus hominibus et ab ecclesia extraneis audent accipere. quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.

78. Huic respondetur scripturas diuinas nusquam praecepisse, ut haeretici aput haereticos baptizati denuo baptizentur, sed multis locis ostendisse alienos esse ab ecclesia omnes qui non sunt in petra nec ad columbae illius membra pertinent, et tamen baptizare et baptizari et habere sine salute sacramentum salutis. fons autem noster, qui similis est fonti paradisi, quod etiam sicut ille extra paradisum profluat iam satis dictum est, et quod duobus populis, id est suo et extraneo, salutarem aquam tribuere non potest ille qui unius gregis pastor est, concedo adque consentio. sed numquid, quia salutaris non est extraneis, ideo ipsa non est? aqua enim diluuii constitutis intra arcam salutaris fuit, extra arcam uero mortifera fuit; eadem tamen fuit. et multi extranei id est inuidi, quos ex parte diaboli esse Cyprianus dicit et de scripturis ostendit, uelut intus uidentur, et tamen nisi essent extra arcam non morerentur per aquam. tales enim baptismus cum eo male utuntur necat, sicut illis de quibus dicit apostolus bonus odor Christi erat in mortem. cur ergo non suscipiunt aliquid caeleste uel schismatici uel haeretici, sicut spinae seu zizania pluuiam, sicut ipsi qui extra arcam fuerunt aquam de cataractis

14 cf. lib. IIII 1, 1. VI 21, 37 21 cf. Cypr. de zelo et liuore c. 4 24 cf. II Cor. 2, 15—16

1 intellegunt *Nm1* 5 posse suscipere *Cypr.* peccatoribus *Cypr.* et *om.* ς *Cypr.* 6 audeant *Cypr.* quanto μ*m1* danti] tanti *L* dantis β 7 ac|pienti *L* 8 precipuisse *L* 11 pertinere *Mm2* 12 salutem μς 13 fonte *L* 16 partor *L* 18 extr*nei* (a *et* s *recisae*) *K* ipse *M*μς 20 quod *Mm1*μς 21 diabuli *Nm1* 23 talis *Km1Mm1Nm1V*ς 24 dicit] ait *v* ordor *L* christi odor *N* 26 seu] siue *Vv* plu-uiam (i *eras.*) *L* 27 catharactis μ

caeli uenientem susceperunt quidem, sed ad perniciem, non ad salutem? ideoque illud, quod in ultimo posuit: *quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest*, non laboro refellere, quia et nos dicimus accipientibus non prodesse, cum in haeresi accipiunt consentientes haereticis. et ideo ueniunt ad catholicam pacem adque ueritatem, non ut baptismum accipiant, sed ut eis prodesse incipiat quod acceperant.

XLI. 79. *Item alius Ianuarius Muzulensis dixit: Miror quod, cum omnes confiteantur unum esse baptismum, non omnes intellegant eiusdem baptismi unitatem. ecclesia enim et haeresis duae et diuersae res sunt. si haeretici habent baptisma, nos non habemus; si autem nos habemus, haeretici habere non possunt. dubium autem non est ecclesiam solam baptismum Christi possidere quae sola possideat et gratiam Christi et ueritatem.*

80. Posset alius similiter dicere et similiter non uerum dicere: 'miror quod, cum omnes confiteantur unum esse baptismum, non omnes intellegant eiusdem baptismi unitatem. iustitia enim et iniquitas duae et diuersae res sunt. si iniqui habent baptisma, iusti non habent; si autem iusti habent, iniqui habere non possunt. dubium autem non est iustos solos baptismum Christi possidere qui soli possideant et gratiam Christi et ueritatem'. hoc certe falsum est illis quoque fatentibus. et illi quippe inuidi qui sunt ex parte diaboli et intus positi, sicut dicit Cyprianus, adque apostolo Paulo notissimi baptismum habebant nec ad membra illius columbae quae in petra tuta est pertinebant.

XLII. 81. *Adelfius a Tasualte dixit: Sine causa quidam*

2 Cypr. sentent. episc. 33 8 Cypr. sentent. episc. 34 25 cf. Cypr. ep. 73, 14 28 Cypr. sentent. episc. 35

1 sed *om.* *Mμς* 3 nec *om.* *L* 6 unitatem *v* 8 mazunlensis *J* muzulensus *Nm1* 9 baptismus *Lm1* 10 eius eiusdem *Nm1* 11 duae] uiduae *Km1* 17 mirur *Jm1* quod cum] quodcumque *L* 21 dibium *J* 22 posidere *N* 24 et *om.* *βv* 25 apostolus paulus *Nm2* notissimo *Nm1* notissimum *Nm2* 27 est et *βpr.* 28 Adelphius *v Cypr.* tasbalte *MVμ* tasbelte *ς* Thasbalte *v* Thasualthe *Cypr.* quidem *v*

falso et inuidioso uerbo inpugnant ueritatem ut rebaptizare nos dicant, quando ecclesia haereticos non rebaptizet, sed baptizet.

82. Immo uero modo non rebaptizat, quia nisi eos qui baptizati non sunt non baptizat; quam consuetudinem anteriorem perspecta diligentius ueritas etiam concilio posteriore firmauit.

XLIII. 83. *Demetrius a Leptiminus dixit: Unum baptisma nos custodimus, qui ecclesiae catholicae soli rem suam uindicamus. qui autem dicunt quia haeretici uere et legitime baptizant, ipsi sunt qui non duo sed multa baptismata faciunt. nam cum haereses multae sint, pro earum numero et baptismata conputabuntur.*

84. Huic respondetur: Si ita est, tot ergo numerentur baptismata quot sunt opera carnis de quibus ait apostolus: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt; inter quae numerantur et haereses. et tam multa ipsorum operum intus tamquam in palea tolerantur, et tamen unum baptisma omnibus est quod nullo iniquitatis opere uiolatur.

XLIIII. 85. *Uincentius a Tibari dixit: Haereticos scimus illos esse peiores quam ethnicos. si conuersi ad deum uenire uoluerint, habent utique regulam ueritatis, quam dominus praecepto diuino mandauit apostolis dicens: ite, in nomine meo manum inponite, daemonia expellite, et alio loco: ite et docete gentes, tinguentes eas in nomine*

7 Cypr. sentent. episc. 36 15 Gal. 5, 21 20 Cypr. sentent. episc. 37 23 Marc. 16, 17 25 Matth. 28, 19

2 rebaptizat sed baptizat *Nm2* sed baptizet *s. l. L* 4 modo *s. l. K* rebaptizet *L* 5 baptizet *V*μς 6 perfecta *v* 8 nos] non *J* qui] quia βν *Cypr.* catholicae *om. Cypr.* 12 computabuntur *KLV* com-(con- μ)putabant *Mm1*μ com(con- ς)putabunt *Mm2*ς*m1* 16 numerentur ς 18 baptismata *Lm1* quod *ex* quo, opere *ex* operator *N* 20 Thibari *v Cypr.* scimus] cimus *Km1* scis|mus *L* scismus mus *Nm1* simus *V* 21 illos] illo *Mm2, om. v* dominum *Cypr.* 23 apostolus *Jm1* 24 inponite *K* 25 docente *Lm1* tingentes *v* eos (αὐτούς) *L*

patris et filii et spiritus sancti. ergo primo per manus inpositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem, tunc possunt ad Christi pollicitationem uenire; alias autem fieri non debere.

86. Ex qua regula dicat haereticos peiores esse quam ethnicos nescio, cum dominus dicat: si neque ecclesiam audierit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. an etiam tali haereticus peior est? nihil resisto. non tamen propterea, quia ipse homo peior est ethnico, id est gentili adque pagano, sacramentum etiam Christi, si quod habet, uitiis eius moribusque miscetur et eadem permixtione corruptum perit. nam illi qui recedunt de ecclesia et fiunt haeresum non tantum sectatores sed etiam conditores, si iam baptizati recedunt, cum secundum istam regulam peiores sint ethnicis, habent tamen baptisma; nam si correcti redeant, non accipiunt quod, si amisissent, utique acciperent. potest ergo fieri ut aliquis peior sit ethnico et tamen in eo Christi sacramentum non solum sit, sed etiam non sit peius quam in homine sancto et iusto. etsi enim, quantum in illo homine est, non eum seruauit sed animo et uoluntate uiolauit, tamen, quantum ad ipsum adtinet sacramentum, et cum contemptore et repudiatore suo integrum inuiolatumque permansit. nonne Sodomitae ethnici erant, id est gentiles? peiores ergo erant Iudaei quibus dominus dicit: tolerabilius erit Sodomis in die iudicii quam uobis et quibus propheta dicit: iustificastis Sodomam, id est 'in conparatione uestra Sodoma iusta facta est.' numquid tamen ideo sacramenta diuina, quae aput Iudaeos erant, talia erant

6 Matth. 18, 17 16 uerba *potest ergo fieri*—p. 341, 10 *nolimus agnoscere* = Eug. c. 216 24 Matth. 11, 24 25 Ezech. 16, 51

1 fili *Km1* 2 impositionem *KV*μς inpositioni *Nm1* secundum *Nm1* 3 pollitationem *L* 4 fieri] *add.* censeo *v* 5 ethinicos *Jm1* 6 sine quae *Nm1* 7 ethnicos et buplicanus *L* 10 si *om. J* 11 nam] *add.* et *v* 15 *alt.* si *s. l. L* 16 utque *L* 19 eum] ipsum *Mv* 21 contemptatore *M* contemtore μς repidiatore *N* 25 iustificatis *L* 26 iustificata *L*β *Eug.*

quales ipsi erant, quae dominus quoque ipse suscepit et ad ea celebranda leprosos quos mundauerat misit et ea Zacchariae ministranti angelus adstitit eumque in templo sacrificantem exauditum esse nuntiauit? haec eadem sacramenta et in bonis hominibus illius temporis erant et in malis peioribus quam sunt ethnici, quandoquidem in malitia Sodomitis praelati sunt, et tamen illa sacramenta erant in utrisque integra adque diuina.

87. Nam et ipsi gentiles si quid diuinum et rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non inprobauerunt sancti nostri, quamuis illi per suas superstitiones et idolatriam et superbiam ceterosque perditos mores detestandi essent et, nisi corrigerentur, diuino iudicio puniendi. nam et Paulus apostolus aput Athenienses, cum de deo quaedam diceret, perhibuit testimonium, quod quidam eorum tale aliquid dixerint, quod utique, si ad Christum uenirent, agnosceretur in eis, non inprobaretur, et sanctus Cyprianus talibus aduersus eosdem ethnicos utitur testibus. nam cum de magis loqueretur, quorum tamen, inquit, praecipuus Ostanes et formam ueri dei negat conspici posse et angelos ueros sedi eius dicit adsistere. in quod et Plato pari ratione consentit et unum deum seruans ceteros angelos uel daemonas dicit. Hermes quoque Trimegistus unum deum loquitur et eum inconprehensibilem adque

2 cf. Luc. 17, 14 3 cf. Luc. 1, 11—13 13 cf. Act. 17, 28 18 Cypr. Quod idola dii non sint cap. 6

1 ipse quoque *v* 2 leprosus *Jm1LVm1* zachariae *LMNV*μ 3 adstetit *Nm1* asstitit *Nm2* adsistit *V*μς 6 *pr.* sint *Mv* Sodomitis in malitia *v* 7 saramenta *L* 10 popuerunt *Jm1* inpropauerunt *L* 11 nostri] uiri *Lm1* idololatriam *v* (*non JK*) 12 perditorum *Vm1* esset *Lm1* 13 corrigentur β apostulus *L* 15 dixerunt *Nm1* 16 probaretur *JLm1* 19 inquid *V*ς praecipuus] precibus *Lm1* sostenes *JKm2L* Hostanes *v* dei ueri *N* 20 dicit sedi eius *Eug.* 21 adsi‧stere (i *eras.*) *L* quo *Nm2*β*v Cypr. Eug., cf. index s. u.* consentio consentit] consistit *J* 22 daemones *LMm2V*ς*m2* 23 trimegistis *Lm1* Trismegistus *v*

inaestimabilem confitetur. si ergo isti uenissent ad percipiendam christianam salutem, non eis utique diceretur: 'hoc malum habetis' uel 'falsum habetis,' sed plane merito diceretur: 'hoc uobis quamuis integrum et uerum nihil tamen prodesset, nisi ad Christi gratiam ueniretis.' si ergo in ipsis ethnicis potest aliquid diuinum inueniri recteque adprobari, quamuis eis salus adhuc a Christo praestanda sit, non oportet nos ita moueri, etiamsi peiores sint haeretici, ut quod in eis malum ipsorum est uelimus corrigere et quod in eis bonum Christi est nolimus agnoscere. sed iam ceteras huius concilii sententias pertractandas ab alio suscipiemus exordio.

LIBER SEPTIMUS.

I. 1. Non simus molesti legentibus, si eadem uarie ac saepe disserimus. quamquam enim ecclesia sancta catholica in omnibus gentibus aduersus ea, quae in ista quaestione de baptismo, utrum et aput haereticos uel schismaticos idem possit esse qui est in catholica, nonnullam caliginem offundunt, priscae consuetudinis et concilii plenarii auctoritate munita sit, tamen, quia non contemnendis uiris et maxime Cypriano in ipsa unitate aliquando aliter uisum est, eius uti aduersum nos auctoritate conantur qui longe ab eius caritate remoti sunt. propterea cogimur ex opportunitate tractandi et considerandi omnia, quae in eius concilio de hac re litterisque conperimus, hanc eandem quaestionem aliquanto diutius tamquam in manibus uersare et

1 inaestimalem *L* inextimabilem μς isti *om. JKL* 2 praecipiendam *J* percipiendum *V*μς saluti *Nm1* utique eis *v* 3 planem *L* 5 prodesse *J* 6 adprobare *Nm1* 8 sunt *LNm1v* 10 est Christi β*v* *Eug.* etiam *Nm1* conciliis *Jm1* 11 ab *om. N* exordio (exordium β *pr.*) amen *codd.* contuli *add. K* EXPLICIT (EXPLICAT *J*) LIBER SEXTUS (VI· *KMV*ς) INCIPIT LIBER SEPTIMUS (VII· DEO GRATIAS *K*) *codd.* 14 disseremus *Nm1* catholica sancta *v* 16 uel] et *v* 18 plenarii concilii *Kv* plenari *Nm1* (plenarium concilium *passim*, *at p. 199, 14* concilio suo plenario, *p. 305, 26* conciliis uniuersalibus) 20 eius] cuius *Vv* 22 oportunitate *LMNV*μ*m1* 23 comperimus *K*β eadem *L*

ostendere, quam uerius uniuersitati ecclesiae catholicae placuerit, ut haeretici uel schismatici, qui iam Christi baptismum illic unde ueniunt acceperunt, in catholicam communionem cum illo admittantur ab errore suo correcti, in caritate radicati adque fundati, ut, quod adtinet ad baptismi sacramentum, non adsit quod deerat, sed prosit quod inerat. et beatus quidem Cyprianus, iam corpore quod corrumpitur non adgrauante animam nec deprimente terrena inhabitatione sensum multa cogitantem, serenius perspicit ueritatem, quam meruit adipisci per caritatem. adiuuet itaque nos orationibus suis in istius carnis mortalitate tamquam in caliginosa nube laborantes, ut donante domino bona eius quantum possumus imitemur. si quid autem aliter sensit et quibusdam fratribus collegisque persuasit, quod nunc eo quem dilexit reuelante iam cernit, nos longe inpares meritis suis ecclesiae tamen catholicae auctoritatem, cuius ipse egregium et carissimum membrum est, pro nostra infirmitate sectantes aduersus haereticos uel schismaticos enodemus, quos praecisos ab unitate quam tenuit et arescentes a caritate qua uiguit et elapsos ab humilitate qua stetit tanto amplius inprobat adque condemnat, quanto magis eos nouit ad insidiandum perscrutari uelle quod scripsit et ad pacificandum imitari nolle quod fecit; sicut illi, qui se christianos Nazarenos uocant et more Iudaico carnalia praeputia circumcidunt, nati haeretici ex illo errore, in quem Petrus deuians a Paulo reuocatus est, in hoc adhuc usque persistunt. sicut ergo illi Petro in primatu apostolorum mar-

1 uerba *uerius uniuersitati*—p. 343, 5 *unitatis obponunt* = Eug. c. 217 7 cf. Sap. 9, 15 25 cf. Gal. 2, 11

1 placuit *Eug.* 2 schismati *J* 4 admittuntur *JKL* ammittuntur *N* 7 Cyprianus quidem *v* 9 serenus *L* 10 itaque nos *ex* itque *m2L* 11 mortalitatem *Vμςm1* calliginosa μ 12 quantum possumus, bona eius *v* 16 clarissimum *v* 17 menbrum *N* 18 praeci*sos *J* praecisus *Nm1* pretiosos *Mm1μm1ςm1* a bonitate *JKm2L* 19 quam] tamquam *Mm1μςm1* a *om. N* alapsos *J* elabsos *K* 20 contemnat *L* 21 nouit eos *v* 22 scriptum sit *JN* scribit *L* 23 *more *M* 25 deuiens β *pr.* in hoc *om. v*

tyrii gloria coronato in sua peruersitate praecisi ab ecclesia remanserunt, sic isti Cypriano per abundantiam caritatis in sortem sanctorum passionis claritate suscepto se ipsos exsules unitatis agnoscunt et contra unitatis patriam pro suis calumniis ciuem unitatis obponunt. iam itaque ceteras illius concilii sententias eadem ratione uideamus.

II. 2. *Marcus a Mactari dixit: Mirandum non est, si haereticí hostes adque inpugnatores ueritatis rem sibi uindicant potestatis et dignationis alienae. illud mirandum est quod quidam nostri praeuaricatores ueritatis haereticis suffragantur et christianis aduersantur. propterea decreuimus haereticos baptizandos esse.*

3. Huic respondemus: Immo magis mirandum est et magna laude praedicandum, quod tantum isti dilexerint unitatem, ut, quos praeuaricatores ueritatis arbitrabantur, cum eis in unitate perseuerantes ab eis pollui non timerent. nam cum iste dixisset: *illud mirandum est quod quidam nostri praeuaricatores ueritatis haereticis suffragantur et christianis aduersantur,* uidebatur esse dicturus: 'propterea decernimus eis non esse communicandum.' non hoc dixit, sed ait: *propterea decernimus haereticos baptizandos esse,* seruans quod pacificus Cyprianus ante praestruxerat dicens: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.* cum ergo Donatistae nobis calumniantur et nos dicunt traditores, si quis existat uel Iudaeus uel paganus, qui lecto isto concilio et nos et ipsos secundum eorum regulas unitatis appellet praeuaricatores, uelim scire ad hoc tam graue crimen refutandum adque diluendum quomodo nobis agenda sit causa communis.

7. 17. 20 Cypr. sentent. episc. 38 22 Cypr. sentent. episc. praef.

1 perseueritate *Nm1* 2 abuntiam *L* habundantiam *Nς* 3 sorte β *Eug.* passione caritatis *Mμ* claritate *Vm2v* caritate *cet. et Eug. codd., cf. p. 243, 5* martyrii claritate exules *LNV* 5 obponunt (B *s. l.*) *K* 7 màttari *N* Macthari *Cypr.* 8 rem sibi—*lin. 10* ueritatis *om. J* sibi rem *v* 9 est *om. N* 11 decernimus β*v* 12 esse *om.* β 15 praedicatores β*pr.* 17 ueritates *Jm1* 18 sufferantur *Nm1* 22 praestruxerat *Lm1* 26 *alt.* et *om. N* ueritatis *Kv*

isti eos dicunt traditores quos neque illo tempore conuincere potuerunt neque nunc possunt ostendere, et in eodem crimine ipsi esse potius ostenduntur. sed quid ad nos? de istis certe praeuaricatoribus quid dicemus? si enim nos quamuis falso propterea dicimur traditores, quia traditoribus nos in eadem communione successisse criminantur, praeuaricatoribus illis omnes successimus, quia nondum se ab unitate diuiserat pars Donati beati Cypriani temporibus. post passionem quippe eius quadraginta et quod excurrit annis peractis traditio codicum facta est, unde coeperunt appellari traditores. si ergo nos propterea traditores, quia ex traditoribus, sicut opinantur uel confingunt, exorti sumus, ab illis praeuaricatoribus utrique originem ducimus. non est enim quod dicatur non eis communicasse istos, quando suos illos uocant, quod concilium loquitur, quod ipsi maxime proferunt. *quidam nostri,* inquit, *praeuaricatores ueritatis haereticis suffragantur.* accedit et testimonium Cypriani satis demonstrantis, quod in eorum communione permanserit, dicendo: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.* ipsi enim erant qui diuersum sentiebant, quos iste praeuaricatores uocat, quia scilicet haereticis suffragabantur sine baptismo eos in ecclesiam recipiendo. eam quoque fuisse consuetudinem, ut sic reciperentur, et ipse Cyprianus multis locis et aliquot episcopi in hoc concilio manifestant. unde apparet, si haeretici non habent baptismum, ecclesiam Christi temporum illorum praeuaricatoribus fuisse plenam, qui eis suffragantes sic eos recipiebant. agatur ergo causa communis aduersus crimen

9 cf. p. 262, 12 15 Cypr. sentent. episc. 38 18 Cypr. sentent. episc. praef.

1 illo] ullo *v* 6 communionem $V\mu$ 7 succe*simus *Nm1* ab unitate se ς 9 XLta *L* quot *Nm2* peractas *Lm1* 10 si—traditores *mg. K, sed om.* nos *desunt haec uerba in L, sed occurrunt p. 345, 13; om. J* propterea nos *v* 14 quod] quando *Km1* 15 inquid *V* 18 a *om. LNm1* 20 quos] quod *Jm1* iste] ipse *M* 22 ecclesia $M\mu\varsigma$ 23 aliqui *ex* aliquod *N* aliquod *ex* alia quod *V* 25 tempore *Nm2* 26 praeuaricato|bus *L* 27 causae *Jm1*

praeuaricationis quod negare non possunt, et ibi agetur nostra aduersus crimen traditionis quod conuincere non potuerunt. sed sic agamus quasi conuicerint. quod utrique responderimus eis qui nobis obiciunt maiorum nostrorum praeuaricationem, hoc nos istis respondebimus qui nobis obiciunt maiorum nostrorum traditionem. si enim per maiorum nostrorum traditionem, unde se isti diuiserunt, nos mortui sumus, ita per maiorum praeuaricationem, qui et nostri et ipsorum parentes fuerunt, et nos et ipsi mortui sumus. sed quia uiuere se dicunt, credunt, quod ad eos non pertineat illa praeuaricatio; ergo nec ad nos illa traditio. et illa quidem praeuaricatio secundum ipsos certa est; secundum nos autem nec anterior praeuaricatio uera est, quia et haereticos dicimus posse habere baptismum Christi, nec posterior traditio, quia in ea causa sunt ipsi superati. non habent ergo isti cur a nobis nefario scelere schismatis separentur, quia nostri maiores si traditores non fuerunt, sicut nos dicimus, non est quod ad nos omnino pertineat; si autem traditores fuerunt, sicut ipsi dicunt, sic ad nos non pertinet quemadmodum nec ad nos nec ad ipsos illi praeuaricatores. ac per hoc quoniam ex maiorum nostrorum iniquitate nullum est crimen nostrum, ex proprio schismate certum est crimen illorum.

III. 4. *Satius a Sicilibba dixit: Si haereticis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad ecclesiam ueniunt. nam cum in die iudicii peccata sint quae puniuntur, nihil est quod timere possint haeretici de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.*

23 Cypr. sentent. episc. 39

1 agatur *Mm2* 2 poterunt *Lm1N* 3 conuincerent *Lm1* conuincerint *Lm2Mm1NV*μ 4 praeuaricationem—*lin. 6 pr.* nostrorum *om. N* 5 hoc—*lin. 6 pr.* traditionem *om. Lm1* 6 si] sic *M* sicut *v* 9 se uiuere *v* 10 preuari|tio *L* 13 uera *ex* uestra *L* *post* est *add. L s. l.:* Si ergo nos propterea traditores, *cf. ad pag. 344, 10* 15 ergo habent *L* 19 *pr.* nos *s. l. m2L* pertinent *JL* pertineat μ*m1* quemammodum *M*μ 23 Sattius *Cypr.* 26 peccatorum remissionem *Vv*

5. Et haec poterat etiam nostra esse sententia; uiderit autem auctor eius quo animo dicta sit. uerbis tamen ita modificata est, ut non me pigeat eo animo consentire adque suscribere, quo et ego sentio baptismum quidem Christi haereticos posse habere, sed remissionem peccatorum non habere. non autem ait: 'si haeretici baptizant aut baptizantur,' sed: *si haereticis,* inquit, *in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad ecclesiam ueniunt.* namque pro haereticis ponamus illos, quos in ecclesia nouerat Cyprianus saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes: totidem uerbis possumus hanc sententiam etiam nos uerissime dicere: 'si fallaciter conuersis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad ueram conuersionem postea perducuntur. nam cum in die iudicii peccata sint quae puniuntur, nihil est quod timere possint qui saeculo uerbis solis et non factis renuntiarunt de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.' sed ista ratiocinatio tali conexione perficitur, ut adiungamus dicentes: 'debent autem timere Christi iudicium et ueraci corde aliquando conuerti; quod cum fecerint, non eos utique necesse est iterum baptizari.' potuerunt igitur accipere baptismum et remissionem non accipere peccatorum aut remissis peccatis continuo rursus onerari. sic ergo et haeretici.

IIII. 6. *Uictor a Gor dixit: Cum peccata non nisi in ecclesiae baptismo remittantur, qui haereticum sine baptismo ad communicationem admittit utrumque contra rationem facit: nec haereticos purgat et christianos inquinat.*

7. Huic respondemus ecclesiae baptismum esse et aput

6 Cypr. sentent. episc. 39 23 Cypr. sentent. episc. 40

3 subscribere *LNβv* 5 sed *om. N* 6 herecis *Jm1* 7 inquid *Nm1V* 8 ueniant *Jm1* nam *ςm1v* si pro *Nm2v* 9 et *om. N* 10 titidem *Jm1* 12 conuersationem *N* 13 in *s. l. L* 15 renuntiauerunt *Lm1* 17 perficit *Nm1* 21 remissis] remissio *J* onerare *Nm1* 24 ecclesia *Nm1* ad communicationem sine baptismo *Cypr., cf. p. 347, 3 et 20* 25 communionem *JVm1* 26 haereticus *et* christianus *Mm1*μς

haereticos, quamuis ipsi non sint in ecclesia, sicut aquam paradisi in terra Aegypti, quamuis ipsa non sit in paradiso. non itaque haereticos sine baptismo ad communionem admittimus et, quia correcti a sua peruersitate ueniunt, non eorum peccata, sed Christi sacramenta suscipimus, de remissione autem peccatorum quod superius hoc et hic dicimus. illud sane quod in ultimo posuit dicens: *utrumque contra rationem facit: nec haereticos mundat et christianos inquinat,* respuit primitus ac maxime ipse Cyprianus cum sibi consentientibus collegis suis. neque enim inquinari se credidit, quando talibus propter uinculum pacis communicandum esse decreuit dicens: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.* aut si inquinant haeretici ad communionem si non baptizantur admissi, inquinata est tota ecclesia per illam consuetudinem quae totiens hic commemoratur. et sicut isti nos appellant traditores propter maiores nostros, in quibus nihil tale quando obiecerunt probare potuerunt, si hoc fit quisque quod est ille cui communicauerit, omnes tunc haeretici facti sunt. quod si quisquis dicit insanit, falsum est quod iste ait: *qui haereticum ad communionem sine baptismo admittit, nec haereticos purgat et christianos inquinat.* aut si hoc uerum est, non sine baptismo admittebantur, sed habebant Christi baptismum quamuis aput haereticos datum et acceptum, qui secundum illam consuetudinem de qua isti confitentur sic admittebantur; ac per hoc recte etiam nunc sic admittuntur.

V. 8. *Aurelius ab Utica dixit: Cum dicat apostolus non communicandum peccatis alienis, quid aliud quam peccatis*

7. 20 Cypr. sentent. episc. 40 12 Cypr. sentent. episc. praef. 27 Cypr. sentent. episc. 41 cf. I Tim. 5, 22

1 aqua *M* 2 sint *Lm1* 3 itaque *ex* utique *L* 4 correpti *J* 8 mundat] purgat *v Cypr.* christianus *N* 9 Cyprianus ipse *v* 10 suis *om. L* inquinare β 12 meminem *L* commotionis *Nm1* 14 si *Jm2Nm2v* sicut *cet.* 16 nos isti *v* 18 communicauerint *L* 20 est *bis Km1* hereti**cum *N* sine baptismo ad communionem *v* 23 baptismum Christi *v* 24 adceptum *μm2* 25 continentur *Jm1* 28 comnicandum *L*

alienis communicat qui haereticis sine ecclesiae baptismo communicat? et ideo censeo baptizandos esse haereticos, ut accipiant remissam peccatorum et sic illis communicetur.

9. Communicauit ergo et Cyprianus et isti omnes peccatis alienis, quia cum talibus in communione manserunt, quando neminem qui diuersum sensit a iure communionis amouerunt. ubi est ergo ecclesia? deinde ut de haereticis taceam, cum uerba huius sententiae etiam de aliis peccatoribus dici possint, quales in ecclesia secum Cyprianus uidebat gemebat arguebat ferebat, ubi est ecclesia quae secundum haec uerba iam tunc perisse existimatur contagione peccatorum? si autem, sicut se habet firmissima ueritas, ecclesia permansit et permanet, non nisi in consensione intellegenda est communio peccatorum quam uetat apostolus. baptizentur autem iterum haeretici ut accipiant remissionem peccatorum, si baptizantur iterum peruersi et inuidi, qui cum saeculo uerbis et non factis renuntiarent baptismum quidem accipere potuerunt, sed remissionem peccatorum non optinuerunt dicente domino: si non dimiseritis, neque pater uester dimittet uobis.

VI. 10. *Iambus a Germaniciana dixit: Qui haereticorum baptismum probant nostrum inprobant, ut extra ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos negent in ecclesia baptizari oportere.*

11. Huic respondetur neminem nostrum baptismum haereticorum probare, sed Christi quamuis in haereticis uelut paleis exterioribus, sicut in aliis iniquis uelut paleis interioribus. nam si extra ecclesiam qui baptizantur non lauantur sed sordi-

14 cf. I Tim. 5, 22 18 Matth. 6, 15 20 Cypr. sentent. episc. 42

1 sine baptismo ecclesiae haereticis *v* baptismo ecclesiae ς 3 remissa *V*μς remissionem *Cypr.* 4 Respondetur: Communicauit *v* cummunicauit *Nm1* communicat *Vm1 pr.* et *om.* β*v* 5 quia] qua *Vv* 7 uti *Km1N*β*v* 11 exaestimabatur (ba *adras.*) *V* 13 in *om.* μ*m1*ς 15 remissam *Km1MNv* remissa *V*μς 18 *pr.* non *s. l. K* 19 remittet *N* 20 Iabus *Nm1* a *om. Nm1* 22 sordidatus *Nm1* neglegent *J* 25 uelut] uel β*pr.* 26 exteriobus *L* interioribus β*pr.* uelud ς interiobus *L* 27 labuntur *Vm1*μς

dantur, profecto extra petram in qua aedificatur ecclesia qui baptizantur non lauantur sed sordidantur. omnes autem extra eandem petram sunt qui audiunt uerba Christi et non faciunt. aut si baptismo quidem lauantur, sed iniquitatibus suis a quibus in melius mutari noluerunt sordidi remanent, sic et haeretici.

VII. 12. *Lucianus a Rucuma dixit: Scriptum est: et uidit deus lucem quia bona est, et diuisit inter lucem et tenebras. si potest luci et tenebris conuenire, potest nobis et haereticis aliquid esse commune. propterea censeo haereticos baptizandos esse.*

13. Huic respondetur: Si potest luci et tenebris conuenire, potest iustis et iniustis aliquid esse commune. censeat ergo illos iniustos denuo baptizari quos in ipsa ecclesia Cyprianus arguebat; aut si non sunt iniusti qui saeculo uerbis et non factis renuntiant, dicat qui potest.

VIII. 14. *Pelagianus a Luperciana dixit: Scriptum est: aut deus deus est aut Bal deus. ita et nunc aut ecclesia ecclesia est aut haeresis ecclesia. porro si haeresis ecclesia non est, quomodo esse aput haereticos baptisma ecclesiae potest?*

15. Huic ita possumus respondere: Aut paradisus paradisus aut Aegyptus paradisus. porro si Aegyptus paradisus non est, quomodo esse in Aegypto aqua paradisi potest? sed dicetur nobis: 'etiam illuc exeundo peruenit'; sic ergo ad haereticos baptismus. item dicimus: 'aut petra ecclesia aut harena ecclesia. porro quia harena non est ecclesia, quomodo aput eos qui

7 Cypr. sentent. episc. 43 Gen. 1, 4 17 Cypr. sentent. episc. 44 18 III Reg. 18, 21 26 cf. Matth. 7, 26

1 profectos *Jm1* 3 eadem *Km1* 4 lauantur quidem *v* ualantur *Nm1* sed] *add.* in *v* 5 mutare *N* sic et] sicut *J* 7 rúcuma *N* 10 hereticus *Lm1* 18 *pr.* aut] aut enim *Cypr.* *pr.* deus] dominus *v* bahal *Nβ* Baal *v Cypr.* deus] *add.* est *Nv Cypr.* 19 ecclesiae porro *μm1ς* ecclesia est. porro *Mv Cypr.* 22 aut] est aut *N* est porro *N* porro si aegyptus paradisus *s. l. K* 23 in egypto esse *ς* sed] *add.* et *V* dicitur *Nm2Vm1* 25 petra ecclesia est *Nv* herena *Lm1* arena *βv* 26 quia *om. ς* harena *om. β pr.* arena *Mm2* non est arena *v*

super harenam aedificant audiendo Christi uerba et non faciendo esse baptismus potest? et tamen est; sic ergo et aput haereticos.'

VIIII. 16. *Iader a Midila dixit: Scimus non esse nisi unum baptismum in ecclesia catholica, et ideo non debemus admittere haereticum, nisi baptizatus aput nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.*

17. Huic respondetur, quia hoc si de iniquis illis qui extra petram sunt diceretur, falso utique diceretur; sic ergo et de haereticis.

X. 18. *Item Felix a Marazana dixit: Una fides, unum baptisma, sed ecclesiae catholicae cui soli licet baptizare.*

19. Huic respondetur: Quid si alius ita diceret: 'una fides, unum baptisma, sed iustorum tantum quibus solis licet baptizare'? sicut haec uerba refellerentur, ita et ista sententia refellatur. an et iniusti nec in ipso baptismo mutati, dum saeculo uerbis solis et non factis renuntiant, ad membra ecclesiae pertinent? uideant si ipsa est illa petra, si ipsa est columba, si ipsa est sponsa sine macula et ruga.

XI. 20. *Paulus ab Obba dixit: Me non mouet, si aliquis ecclesiae fidem et ueritatem non uindicat, quando apostolus dicat: quid enim, quia exciderunt a fide quidam illorum? numquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? absit. est enim deus uerax, omnis autem homo mendax. si autem deus uerax est, quomodo esse aput haereticos baptismi ueritas potest aput quos deus non est?*

21. Huic respondetur: Quid? aput auaros numquid est deus?

4 Cypr. sentent. episc. 45 11 ibid. 46 cf. Eph. 4, 5 19 cf. Eph. 5, 27 20 Cypr. sentent. episc. 47 22 Rom. 3, 3—4

1 arenam βv uerba Christi *v* 4 Iadir *Jm1* Midili *Cypr.* 6 fuerit apud nos *v* 7 cathocam *L* 8 si hoc (hos ϛ*m1*) βv 9 de *om. JVm1* 11 Item alius Felix *v Cypr.* marázana *N* 13 Huic respondetur *om. v* 14 in quibus *Nm1* 16 in *s. l. N* 18 et uideant *Nm2* 20 a Bobba *v* 22 dicit *Nm2* quia] si *Cypr.* excederunt *J* 23 illorum] eorum *Cypr.* euacuabit *V*μϛ 25 esse *post* ueritas *exhibet v* 27 numquis *Jm1*

et tamen est baptismus. ita et aput haereticos. aput quos enim est deus templum dei sunt. quae autem compositio templo dei cum idolis? porro auaritiam idololatriam Paulus sentit, Cyprianus consentit, et idem ipse inter collegas raptores et tamen baptizatores cum magna tolerantiae mercede uersatur.

XII. 22. *Pomponius a Dionysiana dixit: Manifestum est haereticos non posse baptizare et remissionem peccatorum dare qui potestatem non habent ut aut soluere aut ligare aliquid in terris possint.*

23. Respondetur: Hanc potestatem nec homicidae habent, id est qui fratres oderunt. non enim talibus dictum est: si cui dimiseritis peccata dimittentur ei, si cui tenueritis tenebuntur, et tamen baptizant et eos in eadem baptismi communione et Paulus tolerat et Cyprianus agnoscit.

XIII. 24. *Uenantius a Tinisa dixit: Si maritus peregre proficiscens amico suo commendasset uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conseruaret, ne ab aliquo castitas eius et sanctitas adulteraretur. Christus dominus et deus noster ad patrem proficiscens sponsam suam nobis commendauit. utrumne eam incorruptam et inuiolatam custodimus an integritatem eius et castitatem moechis et corruptoribus prodimus? qui enim baptisma ecclesiae commune cum haereticis facit sponsam Christi adulteris prodit.*

25. Respondemus: Quid? illi, qui cum baptizantur labiis, non corde conuertuntur ad deum, nonne adulterinam mentem gerunt? nonne ipsi sunt saeculi dilectores, qui non factis sed uerbis renuntiauerunt, et ideo corrumpunt mores bonos per conloquia

2 cf. I Cor. 3, 16 II Cor. 6, 16 7 Cypr. sentent. episc. 48 11 cf. I Ioh. 3, 15 12 Ioh. 20, 23 16 Cypr. sentent. episc. 49 28 cf. I Cor. 15, 33

1 ita *om. Vm1* et *om.* ς 2 deus est *Vv* 3 idolatriam *JLNm1Vμ*ς 5 et *om.* β*v* magne *N* 6 uersatus *Nm2* 7 dionisiana *JKLMm2NVm2* dionisianam β *pr.* 8 remissam *Cypr.* 11 homicidiae *L* 12 oderunt fratres *v* 16 Thinisa *Cypr.* 18 conseruare μ 19 alico μ sanctitas] *add.* eius *Nm1* 22 *alt.* et] set *Jm1* 26 dominum β*v* 27 qui] cui *Vv*

mala dicentes: manducemus et bibamus, cras enim morimur? nonne etiam contra istos uigilauit sermo apostolicus ubi dixit: timeo autem, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic et uestrae mentes corrumpantur a castitate quae est in Christo? cum ergo Christi baptisma Cyprianus habebat commune cum talibus, numquid ideo sponsam Christi prodebat adulteris ac non potius monile sponsi etiam in adultera cognoscebat?

XIIII. 26. *Aymmus ab Ausuagiga dixit: Nos unum baptisma accepimus et ipsum exercemus. qui autem dicit quia et haereticis licet baptizare, ipse duos baptismos facit.*

27. Huic respondetur: Cur non etiam ille duos baptismos facit qui dicit quia et iniqui baptizant? cum enim iusti et iniqui contrarii sibi sint, baptismus quem dant iusti, qualis erat Paulus uel etiam qualis erat Cyprianus, non est contrarius baptismo quem dabant iniqui illi qui oderant Paulum, quos non haereticos, sed malos catholicos Cyprianus intellegit. et cum contrariae sibi sint continentia quae fuit in Cypriano et auaritia quae fuit in collegis Cypriani, baptismus tamen quem Cyprianus dabat non erat contrarius baptismo quem illi dabant, sed unus et idem, quia ille baptizat de quo dictum est: ipse est qui baptizat.

XV. 28. *Saturninus a Uictoriana dixit: Si licet haereticis baptizare, excusati sunt et defensi inlicita facientes, nec uideo quare eos aut Christus aduersarios suos aut apostolus antichristos appellauerit.*

29. Huic respondetur: Sic dicimus non licere haereticis baptizare quomodo dicimus non licere fraudatoribus baptizare. non

1 I Cor. 15, 32 3 II Cor. 11, 3 8 cf. Esai. 61, 10 9 Cypr. sentent. episc. 50 22 Ioh. 1, 33 23 Cypr. sentent. episc. 51

2 moriemur ς*v* 3 timeo] timotheo *Km1* 4 corrumpuntur *Mm1Vμ* 7 sponsa *L* 8 munile *LMm1* monele *Nm1* 9 Aymnus *L* Aymnius *v* Ahymmus *Cypr.* ausaugiga *N* ausagiga *V* Ausuaga *v* *Cypr.* 10 *alt.* et *om. Cypr.* 11 duo ς*m1* 13 sibi contrarii *v* 21 quia] qua *J* 23 Saturnius *L* hereticus *L* 25 apostolos *Nm1* antichristus *LVm1* 27 si *M* 28 *pr.* non *del. Mm2*

enim haeretico tantum, sed peccatori, inquit, dicit dominus: ut quid enarras iustificationes meas et adsumis testamentum meum per os tuum? huic utique dixit: si uidebas furem, concurrebas ei. quanto ergo illi peiores qui non cum furibus concurrebant, sed ipsi fundos insidiosis fraudibus rapiebant! sed non eis concurrebat Cyprianus, quamuis eos in catholica segete toleraret, ne simul eradicaretur et triticum. et tamen etiam ipsi quem dabant idem ipse baptismus erat, quia non ipsorum sed Christi erat. sicut ergo isti, quamuis in eis Christi baptismus agnoscatur, non sunt tamen excusati et defensi inlicita facientes et recte illos Christus aduersarios suos appellat, quia in talibus perseuerantes adituri sunt: recedite a me qui operamini iniquitatem — unde antichristi appellantur, quia Christo contrarii sunt, dum contra quod praecipit uiuunt —, ita et haeretici.

XVI. 30. *Alius Saturninus a Tucca dixit: Gentiles quamuis idola colant, tamen summum deum patrem creatorem cognoscunt et confitentur. in hunc Marcion blasphemat, et quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare. quomodo tales sacerdotes sacerdotium dei aut seruant aut uindicant qui hostes dei non baptizant et sic illis communicant?*

31. Nimirum cum talia dicuntur exceditur modus nec consideratur, quia et ipsi talibus communicabant neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum sentiebat amouentes. sed habet iste in hac ipsa sententia sua unde ammoneri posset, si aduerteret id in quoque corrigendum esse

1 Ps. 49, 16 4 Ps. 49, 18 13 Matth. 7, 23 16 Cypr. sentent. episc. 52 19 cf. Cypr. ep. 74, 7 23 cf. Cypr. sentent. episc. praef.

1 pectori *L* inquid *Nm1V* dicit *om. Nv* deus *v* 2 enarnas *L* adsumes *Nm1* 7 ne] nisi (si *del.*) *L* eradicetur *MNm1*μς 11 defenso *Vm1* 14 unde] *add.* et *v* 15 praecepit β 16 saturnius *L* 18 in *del. Mm2* martion *L* blasphemant *Km1*β*pr.* 19 qui dum *Nm2* 20 sacerdotum *L*β*pr.* 22 Respondetur: Nimirum *v* *ante* nimirum *in K s. l. add. signum* ℟ (= responsio) cum *s. l. K* exciditur *J* 24 sentiebant β*pr.* senserit *v* 26 admoneri β*v*

quod prauum est, quod autem rectum est adprobandum, quandoquidem ait: *gentiles quamuis idola colant, tamen summum deum patrem creatorem cognoscunt et confitentur.* si quis ergo ad eum talis gentilis ueniret, numquid uellet in eo corrigere adque mutare quod deum patrem creatorem confitebatur et nouerat? sed emendaret in eo idololatriam quod malum habebat et traderet sacramenta christiana quae non habebat, et si quid rectum nosset in eo adprobaret, si quid inueniret peruersum emendaret, si quid defuisset daret. sic et in Marcionista haeretico agnosceret baptismi integritatem, corrigeret eius peruersitatem, doceret catholicam ueritatem.

XVII. 32. *Marcellus a Zama dixit: Cum peccata non nisi in ecclesiae baptismo remittantur, qui haereticum non baptizat peccatori communicat.*

33. Quid? ille qui hoc facienti communicat nonne peccatori communicat? quid autem aliud faciebant omnes iudicantes neminem aut a iure communionis amouentes diuersa sentientem? ubi est ergo ecclesia? an patientibus et ne triticum eradicetur zizania tolerantibus ista non obsunt? discant ergo isti qui se ab orbe terrarum frustra separando sacrilegium schismatis admiserunt. ut quid habent in ore Cypriani sententiam qui non habent in corde Cypriani patientiam? huic autem Marcello respondetur ex his quae de baptismo et de remissione peccatorum supra dicta sunt, quomodo possit esse baptismus in homine, quamuis in eo non sit remissio peccatorum.

2 Cypr. sentent. episc. 52 12 ibid. 53 16 cf. Cypr. sentent. episc. praef.

1 paruum *L* 4 ad deum *v* gentiles *Lm1* in eum *Vm1*μς 6 nouerat] non erat *Mm1Nm1*μς non errabat *Mm2* sed] non puto, sed *KVv* idolatriam *JLV*μς 8 approbaret *KLN* 9 marchionista *JK* martionista *L* 12 Mareellus μ dama *N* 13 in *om. V* baptismo ecclesiae *v* remittantantur *L* remittuntur *Nm1* 14 pectori *L*, *item lin. 15* 15 *supra* quid *signum* R *in K* 16 faciebat *L* 19 non *eras. M* dicant β*v* 20 ob *L* 21 sententiam Cypriani *v* 22 qui—patientiam *om. N* in cor *s. l. m2*ς 23 quae] qui *L* *alt.* de *om.* β*v* 24 super *Nm1* baptismum ς*m1* 25 non sit in eo *v*

XVIII. 34. *Irenaeus ab Ululis dixit: Si ideo ecclesia haereticum non baptizat, quod dicatur iam baptizatus esse, haeresis maior est.*

35. Hoc modo dici potest: Si ideo ecclesia auarum non baptizat, quod dicatur iam baptizatus esse, auaritia maior est. hoc autem falsum est; ita ergo et illud.

XVIIII. 36. *Donatus a Cibaliana dixit: Ego unam ecclesiam et unum baptismum eius noui. si est qui dicat esse aput haereticos baptismi gratiam, ante est ut ostendat et probet esse illic ecclesiam.*

37. Huic respondetur: Si baptismi gratiam hoc esse dicis quod est baptismus, est aput haereticos; si autem baptismus sacramentum est gratiae, ipsa uero gratia abolitio peccatorum est, non est aput haereticos baptismi gratia. sic est autem unum baptisma et una ecclesia quemadmodum est una spes. sicut ergo boni et mali non habentes unam spem possunt tamen habere unum baptisma, ita quibus non est communis ecclesia potest baptisma esse commune.

XX. 38. *Zosimus a Tarassa dixit: Reuelatione facta ueritatis cedat error ueritati, quia et Petrus qui prius circumcidebat cessit Paulo ueritatem praedicanti.*

39. Potest etiam nostra esse ista sententia et ita factum est in hac de baptismo quaestione. nam ueritate postea liquidius reuelata cessit error ueritati, cum illa saluberrima consuetudo etiam plenarii concilii auctoritate firmata est. bene tamen quod

1 Cypr. sentent. episc. 54 7 ibid. 55 19 ibid. 56 20 cf. Gal. 2, 11

def. V 1 Ireneus *JKLMN* hireneus *V*μς Usulis *ed. Louan.* haereticom *Nm1* 2 non *bis Km1* quid *Jm1* 4 Respondetur: Hoc modo *v* posset *KVv* auarum ecclesia *v* 5 dicitur *L* 7 ciabaliana *Nm1* 8 dicant β*pr.* 10 illi *M*μς ecclesiam] *add.* Responsio *in fin. fol. 90ᵛ V; fol. 91ʳ incipit* quos non conuincerunt (*p. 357, 22*); *intercidit unum folium* 15 quemammodum *M*μς*m2* 17 tamen *om. M*μς ecclesia (*del.*) communis ecclesia *K* 19 Zozimus *v* tharassa *M*μς*v Cypr., cf. p. 203, 22* 20 primus *Nm1* 21 cesset *Nm1* 22 Respondetur: Potest *v* sententia ista *v* 23 in] ut *J* baptismi *Jm2* 25 planarii *L*

totiens meminerunt etiam primum apostolorum Petrum potuisse aliter sapere quam ueritas postulabat. quod accidisse etiam Cypriano sine ulla eius contumelia credimus quicumque diligimus Cyprianum, quia non eum fas est diligi maiore caritate quam Petrum.

XXI. 40. *Iulianus a Telepte dixit: Scriptum est: nemo potest accipere aliquid, nisi datum illi fuerit de caelo. si haeresis de caelo est, potest baptisma dare.*

41. Audiat et alium dicentem: 'si auaritia de caelo est, potest baptisma dare.' et tamen dant auari; sic ergo et haeretici.

XXII. 42. *Faustus a Timida Regia dixit: Non sibi blandiantur qui haereticis patrocinantur. qui pro haereticis ecclesiastico baptismo intercedit illos christianos et nos haereticos facit.*

43. Huic respondetur: Si quisquam dicat eum, qui cum baptismum acciperet, quia odium fraternum tenebat in corde, non acceperat remissionem peccatorum, non eum iterum baptizandum quando illud odium de corde dimittit, numquid ecclesiastico baptismo pro homicidis intercedit aut illos iustos et nos homicidas facit? hoc ergo et de haereticis intellegat.

XXIII. 44. *Geminius a Furnis dixit: Quidam de collegis haereticos praeponere sibi possunt, nobis non possunt. et ideo quod semel decreuimus tenemus ut ab haereticis uenientes baptizemus.*

45. Et hic apertissime confitetur quosdam de collegis suis diuersa sensisse. unde etiam adque etiam confirmatur amor

6 Cypr. sentent. episc. 57 Ioh. 3, 27 11 Cypr. sentent. episc. 58 21 ibid. 59

def. V 1 potuisse] potius se *Km1* 2 quod] quo *Mm1μ* etiam accidisse *M* 4 maiori *Kv* 6 Thelepte *Cypr.* 7 aliquid accipere *Cypr.* aliquod *L* illi *om. Mμς* fuerit illi *Cypr.* 8 potest et *Cypr.* 9 et *om. L* 10 tamē *L* 17 acciperet *L* eum] esse *Nv, cf. index 'stili errata'* 19 baptisma μς intercedit pro homicidis *v* homicidiis *Mm1μς* 21 Geminimus *L* Geminus *Mμς* fornis *N* 22 proponere *L* 23 ab haereticis] haereticos *Cypr.* 25 hinc *Mm1μς* confitetur apertissime *v*

unitatis, quod ab inuicem nullo schismate separati sunt, donec alteris eorum, si quid aliter saperent, deus reuelaret. sed huic respondetur collegas eius non sibi haereticos praeposuisse, sed baptismum Christi, sicut cognoscitur in auaris fraudatoribus raptoribus homicidis, sic etiam in haereticis cognouisse.

XXIIII. 46. *Rogatianus a Noua dixit: Ecclesiam Christus instituit, haeresim diabolus. quomodo potest habere baptismum Christi synagoga satanae?*

47. Huic respondetur: Numquid quia pios Christus instituit et inuidos diabolus, ideo non potest habere baptismum Christi quae in inuidis conuincitur esse pars diaboli?

XXV. 48. *Therapius a Bulla dixit: Qui haereticis ecclesiae baptismum concedit et prodit quid aliud quam sponsae Christi Iudas exsistit?*

49. O magna conuictio schismaticorum, qui se ab hereditate Christi toto orbe diffusa nefario sacrilegio separarunt, si Cyprianus talibus communicabat, qualis Iudas traditor fuit, et tamen ab eis non maculabatur! aut si maculabatur, tunc Iudae facti sunt omnes; ergo et modo Iudae sunt omnes, aut si non sunt, non ergo pertinent ad posteros facinora priorum quamuis ex eadem communione propagatos. cur ergo nobis traditores obiciunt quos non conuicerunt, et sibi Iudam non obiciunt cui Cyprianus et collegae eius communicauerunt? ecce concilium de quo solent isti gloriari: nos quidem dicimus, quia sic non prodit haereticis ecclesiae baptismum qui baptismum Christi et in haereticis probat, sicut non prodit homicidis ecclesiae baptismum qui baptismum Christi et in homicidis pro-

2 cf. Phil. 3, 15 6 Cypr. sentent. episc. 60 12 ibid. 61

def. V 2 quod *L* *post* reuelaret *add.* μς: RESPONSIO huic] huc *Jm1* 4 agnoscitur *Nv* in fraudatoribus *M*μς 7 baptimum *M* 9 constituit *N* 10 *post* diabolus *del. in N:* quomodo potest ha 11 in *om. Mm1*μς 12 ab ulla *J* qui] quid *Nm1* baptismum ecclesiae *Kv* 14 existit *Jm2LNv* extitit *M*μς *Cypr., cf. p. 358, 12* 16 orbe] corde *L* 20 pertinet *Mm1*μς*m2* posteriores *v* eorum priorum *N* 22 quos non] *pergit V* conuincerunt β *pr.* 23 eius non *Mm1* 24 quia] qui *Mm1Vm1*ς 26 sicut] si non *Jm1*

bat; sed quia isti ex hoc concilio nobis praescribere quid sentire debeamus adfectant, ipsi priores ei consentiant. ecce Iudae traditori sunt conparati, qui dicebant haereticos quamuis in haeresi baptizatos non debere iterum baptizari. talibus autem Cyprianus communicabat qui dixit: *neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes.* tales etiam antea fuisse in ecclesia per illam sententiam manifestantur ubi ait: sed dicit aliquis: quid ergo fiet de his qui in praeteritum in ecclesiam sine baptismo admissi sunt? talem fuisse ecclesiae consuetudinem ipsi qui hoc concilium faciunt saepe commemorant. si ergo nihil aliud quicumque hoc facit quam sponsae Christi Iudas existit, sicut ista sententia pronuntiata est, Iudas autem sicut docet euangelium traditor fuit, traditoribus ergo communicauerunt omnes, qui tunc etiam ista dicebant, et antequam ista dicerent traditores facti erant omnes per illam consuetudinem quam tunc ecclesia retinebat. omnes ergo, id est et nos et ipsi, quia ex illa unitate propagati sumus, traditores sumus. sed nos duobus modis defendimur, quia et huic concilio ubi hoc pronuntiatum est non consentimus saluo iure unitatis, sicut Cyprianus ipse praedixit, et bonis malos in unitate catholica, donec in fine a tritico palea separetur, nihil obesse arbitramur. isti autem, quia et hoc concilium tamquam pro se proferunt et malorum communione quasi contagione bonos perire contendunt, non inueniunt, quomodo dicant aut priores christianos unde isti propagantur non fuisse traditores, quia isto concilio conuincuntur, aut ad se non pertinere facinora priorum, quia nobis maiores nostros obiciunt.

5 Cypr. sentent. episc. praef. 8 Cypr. ep. 73, 23

def.N 1 nobis] nibis *N* sentinere μ sustinere ς 2 debemus β*pr.* consentient β*pr.* iuda et traditori β*pr.* 4 haeresim *Mm1* 5 com|nicabat *L* dixit** *J* 6 a *om. Vm1*ς 7 ante *Lςm1* 9 in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine *Cypr.* 12 quam sponsae— *p. 359, 9* ueritati prae- *desunt in N; interciderat unum folium in archetypo* exsistit ς 17 retinebat (ne *s. l.*) *K* id est *om. ςm1* quia] qui β*v* 20 ipse Cyprianus *Jv* 27 non *s. l.* μ

XXVI. 50. *Item alius Lucius a Membressa dixit: Scriptum est: deus peccatorem non audit. qui peccator est quomodo audiri in baptismo potest?*

51. Respondemus: Quomodo auditur auarus et raptor et faenerator et homicida? an isti non sunt peccatores? quos tamen Cyprianus in catholica obiurgat et tolerat.

XXVII. 52. *Item alius Felix a Buslaccenis dixit: In haereticis sine ecclesiae baptismo admittendis nemo consuetudinem rationi et ueritati praeponat, quia consuetudinem ratio et ueritas semper excludit.*

53. Huic respondetur: Ueritatem non ostendis, de consuetudine confiteris. recte igitur consuetudinem teneremus plenario concilio posteriore firmatam, etiamsi ueritas adhuc lateret quam credimus iam esse manifestatam.

XXVIII. 54. *Alius Saturninus ab Abitinis dixit: Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt et haeretici baptizare qui appellati sunt antichristi.*

55. Quid si alius diceret: 'si potest homicida dare alicui gratiam Christi, possunt et qui fratres oderunt baptizare qui appellati sunt homicidae'? nempe quasi uerum dicere uideretur, et tamen possunt; sic ergo et haeretici.

XXVIIII. 56. *Quintus ab Agguia dixit: Ille potest dare aliquid qui aliquid habet. haeretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere?*

57. Huic respondetur: Si ergo potest dare aliquid qui aliquid habet, manifestum est posse dare haereticos baptismum, quia cum ab ecclesia recedunt habent lauacri sacramentum quod ibi acceperant. nam redeuntes non recipiunt, quia non amiserant cum recesserunt.

1 Cypr. sentent. episc. 62 2 Ioh. 9, 31 7 Cypr. sentent. episc. 63 15 ibid. 64 22 ibid. 65

def. N 1 Membresa *v Cypr.* 2 qui] haereticus qui *Cypr.* 5 fenerator *βv* 7 buslacenis *LVv, cf. p. 204, 7* 8 baptismo ecclesiae *v* 9 ⟨prae⟩ponat] *pergit N* 13 etiam seueritas *V* 14 manifestam *βpr.* 15 ab abitinis *JKL* abitinis *cet.* ab Auitinis *Cypr.* 16 anticristus *L* 22 Aggya *v Cypr.* 25 *alt.* aliqui *Jm1* 29 amiserunt *N*

XXX. 58. *Alius Iulianus a Marcelliana dixit: Si potest homo duobus dominis seruire, deo et mamonae, potest et baptisma duobus seruire, christiano et haeretico.*

59. Immo si potest continenti et auaro, sobrio et ebrioso, pio et homicidae, cur non etiam christiano et haeretico? quibus quidem non seruit, sed ministratur illis uel ab illis ad salutem bene utentibus et ad iudicium male utentibus.

XXXI. 60. *Tenax ab Horreis Caeliae dixit: Baptisma unum est, sed ecclesiae. ubi ecclesia non est, baptisma illic esse non potest.*

61. Huic respondemus: Quare ergo potest ubi petra non est, sed harena est, cum ecclesia in petra, non in harena sit?

XXXII. 62. *Alius Victor ab Assuris dixit: Scriptum est quia deus unus est et Christus unus et ecclesia una et baptisma unum; quomodo illic baptizari aliquis potest, ubi deus et Christus et ecclesia non est?*

63. Quomodo potest et in harena illa ubi nec ecclesia est, quia in petra est, nec deus et Christus, quia non est ibi templum dei et Christi?

XXXIII. 64. *Donatulus a Capse dixit: Et ego semper hoc sensi, ut haeretici qui nihil foris consecuti sunt, quando ad ecclesiam conuertuntur, baptizentur.*

65. Ad hoc respondetur: Nihil quidem foris consecuti sunt, sed ad salutem, non ad sacramentum. salus enim propria est bonis, sacramenta uero communia bonis et malis.

1 Cypr. sentent. episc. 66 cf. Matth. 6, 24 8 Cypr. sentent. episc. 67 13 ibid. 68 14 cf. Eph. 4, 4 20 Cypr. sentent. episc. 69

1 marcellina β*pr.* 2 domnis *K* mammonae *LMNζv* 4 continentia *Vm1μm1ς* ebrioso] sobrio *Vm1* 6 ministratur et illis *v* 7 ad *om. Jm1Km1MNμς* 8 *de confusione sentent. 67 et 68 cf. Cypr. ed. Hartel I 456, 15* horreis (h *s. l.*) *L* caeliae (*pr.* a *s. l. m1*) *K* caeleae *ut uid. Lm1* celiae *Nv* baptismum * (est *eras.*) ς 12 arena *utroque loco* β*v* 13 Assuras *Cypr.* 14 est *om. Cypr.* et ecclesia] est ecclesia *Mμς* ecclesia *Vv* baptismum *Mμς* 17 arena *MVv* nec] in *N* 21 possunt consequi *Cypr.* 22 conuertantur *Mm2* 23 foris *om.* β*pr.* 24 Saulus *Lm1* 25 *alt.* bonis] et bonis *KVv*

XXXIIII. 66. *Verulus a Rusiccade dixit: Homo haereticus dare non potest quod non habet; multo magis schismaticus qui quod habuit amisit.*

67. Iam ostendimus eos habere, quia non amittunt cum recedunt; non enim recipiunt cum redeunt. quapropter si propterea uidebantur dare non posse, quia putabantur non habere, intellegantur iam dare posse, quia intelleguntur et habere.

XXXV. 68. *Pudentianus a Cuiculi dixit: Nouitas episcopatus effecit, fratres dilectissimi, ut sustinerem quid maiores iudicarent. nam haereses nihil habere nec posse manifestum est. adque ita si qui ex eis uenerint baptizari aequissime statutum est.*

69. Sicut ergo superioribus responsum est, quos hic sustinebat quid iudicarent, sic et huic ipsi responsum esse intellegatur.

XXXVI. 70. *Petrus ab Hippone Zarito dixit: Cum baptisma unum sit in catholica ecclesia, manifestum est non posse extra ecclesiam baptizari. et ideo in haeresi tinctos siue in schismate uenientes ad ecclesiam censeo baptizari oportere.*

71. Sic est unum baptisma in ecclesia catholica, ut, cum exinde aliqui exierint, in his qui exeunt non fiant duo, sed idem unum maneat. quod ergo in redeuntibus agnoscitur, hoc et in eis qui a recedentibus acceperunt, quod illi cum recederent non amiserunt.

XXXVII. 72. *Item alius Lucius ab Ausafa dixit: Secundum motum animi mei et spiritus sancti, cum sit unus deus pater domini nostri Iesu Christi et unus Christus et una spes,*

1 Cypr. sentent. episc. 70 8 ibid. 71 16 ibid. 72 25 ibid. 73 26 cf. Eph. 4, 4—6

1 russiccade *N* 3 qui *om. Cypr.* 4 non *om. Nm1* 8 pudentiaus *L* 9 dilectissimi] dauid β *pr.* (*ex comp.* đđ) quid] quod *JLNβ pr.* 11 qui] quis *Mμς m2* uenerit *Mm2* baptizare *Cypr.* aequis me *L* 12 statum *Lm1Vm1* iudicatum *Cypr. cod. S* 13 quod *J* 16 ippone *codd.* Diarrhito *v* diarrhyto *Cypr.* unum baptisma *v* 18 tinctus *J* 19 ueniente ς 21 aliquid *μm1*ς exierit *Vm1*μς fiant] faciant *N* 23 illi] illic *LMv* 25 aliud *J*

unus spiritus, una ecclesia, unum debet esse et baptisma. et ideo dico ut si quid apud haereticos motum aut factum fuerit, rescindi debere, et eos qui exinde ueniunt in ecclesia baptizandos esse.

73. Rescindatur ergo, quod baptizant qui audiunt uerba dei et non faciunt, cum ab iniquitate ad iustitiam, hoc est ab harena ad petram migrare coeperint. quod si non fit, quia et in ipsis quod Christi erat eorum iniquitatibus non uiolabatur, hoc etiam de haereticis intellegatur. nam nec eadem spes illis est, quamdiu in harena sunt, quae illis qui super petram sunt; tamen idem baptisma est in utrisque, quamuis sicut spes una ita et unum baptisma dictum sit.

XXXVIII. 74. *Felix a Gurgitibus dixit: Ego censeo, ut secundum sanctarum scripturarum praecepta baptizatos ab haereticis inlicite extra ecclesiam, si ad ecclesiam confugere uoluerint, gratiam baptismi ubi licite datur consequantur.*

75. Respondetur: Immo licite incipiant habere ad salutem quod inlicite habebant ad perniciem, quia sub eodem baptismo iustificatur, cum se quisque ad deum ueraci corde conuerterit, sub quo iudicabatur, quando id accipiens saeculo uerbis solis et non factis renuntiauerat.

XXXVIIII. 76. *Pusillus a Lamasba dixit: Ego credo baptisma salutare non esse nisi in ecclesia catholica. quidquid absque catholica fuerit simulatio est.*

77. Hoc quidem uerum est quod baptisma salutare non nisi in ecclesia catholica est. potest enim ipsum esse et extra

13 Cypr. sentent. episc. 74 22 ibid. 75

1 *pr.* et *om. NVv* 2 ut] et *Kv* 3 inde *Cypr.* 5 Rescindant ut *L* 7 arena β*v* 8 iniqui|tabus *L* 9 nec] haec *in ras. L* pes *Jm1* 10 arena *MV*μ*v* 12 et *del. K, om. LN*β*v* sit] est *Lm1* 13 Item alius Felix *Cypr.* ut *om. N* 14 baptizatas *V*μς baptizati *v* illicite ab haereticis *v* 15 fugere *N* 17 Ronspondetur μ*m1* lite *L* 18 habeant *L* quia] qui *Mm2* baptisma *Vm1*μς*m2* baptismate ς*m1* 19 iustificantur β*pr.* conuertitur *L* 20 sub] sed *Nm1* iudicabantur β*pr.* solis uerbis *Nv* solis *om. L*

catholicam, sed salutare ibi non est, quia ibi non operatur salutem, sicut ille bonus odor Christi non est utique salutaris in his qui pereunt non suo uitio sed illorum. simulatio est autem quidquid extra catholicam fuerit, sed in quantum non est catholicum. potest autem aliquid catholicum esse extra catholicam, sicut potuit nomen Christi esse extra congregationem Christi, in quo nomine pellebat daemonia ille qui cum discipulis non sequebatur. nam simulatio etiam in catholica potest esse, in his utique qui saeculo uerbis et non factis renuntiant, nec tamen est catholica simulatio. sicut ergo est in catholica quod non est catholicum, sic potest aliquid extra catholicam esse catholicum.

XL. 78. *Saluianus a Gazaufala dixit: Haereticos nihil habere constat, et ideo ad nos ueniunt, ut possint accipere quod non habebant.*

79. Respondemus: Non sunt ergo haeretici ipsi qui haereses condiderunt, quia ab ecclesia recesserunt et utique habebant quod ibi acceperunt. quod si absurdum est dicere, ut illi non sint haeretici per quos ceteri fiunt haeretici, potest fieri ut haereticus habeat quo male utendo dispereat.

XLI. *Honoratus a Tucca dixit: Cum Christus ueritas sit, magis ueritatem quam consuetudinem sequi debemus, ut haereticos qui ideo ad nos ueniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiae baptismo sanctificemus.*

81. Et iste adtestator est consuetudinis, ubi nos plurimum adiuuat, quidquid aliud contra nos dicere uideatur. non autem ideo ad nos ueniunt haeretici, quia foris nihil acceperunt, sed

2 cf. II Cor. 2, 15 7 cf. Marc. 9, 37 13 Cypr. sentent. episc. 76 21 ibid. 77

1 sed *om. J* non est ibi *v* quia non ibi *Km2Nβv* 2 odor bonus *N* 3 iis *v* quae *Vμς* 9 esse potest *v* 10 simula (*sic*) *μς* 11 catholicum] catholica simulatio *L* extra catholicam aliquid *Vv* 13 siluianus *L* a zau***fala (u *s. l.*) *ς* 16 ergo non sunt *Km1* qui] quia *J* 17 quia *Kςv* qui *cet.* 18 acceperunt] condiderunt *L in textu*, uel acceperunt *in mg.* 20 quo] quod *N* disperat *L* 21 tuccha *β* Thucca *Cypr.* 23 nihil *om. β pr.* non *add. Mm2* 25 attestor *Mμ*

ut eis esse utile incipiat quod acceperunt. hoc enim foris nullo modo potest.

XLII. 82. *Victor ab Octauo dixit: Quod et ipsi scitis, non olim sum episcopus constitutus, et ideo expectabam praecessorum consilium. hoc itaque existimo ut quicumque ex haerese uenerint sine dubio baptizentur.*

83. Quod ergo illis quos expectabat responsum est, huic quoque responsum accipiatur.

XLIII. 84. *Clarus a Mascula dixit: Manifesta est sententia domini nostri Iesu Christi apostolos suos mittentis et ipsis solis potestatem a patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus eadem potestate ecclesiam domini gubernantes et credentium fidem baptizantes. et ideo haeretici qui nec potestatem foris nec ecclesiam Christi habent neminem baptizare baptismo eius possunt.*

85. Numquid et impii homicidae apostolis successerunt? cur ergo baptizant? an quia non sunt foris? sed a petra foris sunt cui claues dominus dedit et ubi se aedificaturum ecclesiam dixit.

XLIIII. 86. *Secundianus a Tambeis dixit: Non debemus haereticos nostra praesumptione decipere, ut in ecclesia domini nostri Iesu Christi non baptizati ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum iudicii dies uenerit, nobis imputent quod per nos non sint baptizati et indulgentiam diuinae gratiae non consecuti. propter quod, cum sit una ecclesia et unum baptisma, quando ad nos conuertuntur, simul cum ecclesia et ecclesiae baptismum consequantur.*

3 Cypr. sentent. episc. 78 9 ibid. 79 cf. Ioh. 20, 21 18 cf. Matth. 16, 18—19 20 Cypr. sentent. episc. 80

1 utile esse *μm1v* 3 uoctor *J* octaua|uo *N* Octauu *Cypr.* 4 constitutus episcopus *v* 5 concilium *Mμ* *itaque *J* exaestimo *V* haeresi *Jm2Nm2βv Cypr.* 11 a *om. Jm1* nos] non *Jm1* 12 potestatem *Lς* 16 homicidiae *L* 20 a Tambeis] satambeis *N* Thambeis *v* Thambis *Cypr.* 21 praesumtione *μ* in *om. L* 23 secuti *L* 24 dulgentiam *L* 25 non *s. l. J, om. cet. v Cypr.* una et *KNm1*

87. Immo translati ad petram et columbae sociati accipiant remissionem peccatorum quam habere non poterant extra petram et extra columbam, siue aperte foris sicut haeretici siue tamquam intus sicut perditi catholici. quos tamen baptismum sine remissione peccatorum et habere et dare manifestum est, cum et ab ipsis tales accipiunt, qui non in melius commutati deum labiis honorant, cor autem eorum longe est ab eo. tamen sic est unum baptisma quomodo est una columba, cum possint qui non sunt in columba communiter baptisma tamen habere communiter.

XLV. 88. *Item alius Aurelius a Cillaui dixit: Iohannes apostolus in epistula sua posuit: si quis ad uos uenit et doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum uestram et haue illi ne dixeritis; qui enim dixerit illi haue communicat factis eius malis. quomodo admitti tales temere in domum dei possunt qui in domum nostram priuatam admitti prohibentur? aut quomodo cum eis sine ecclesiae baptismo communicare possumus, quibus si haue tantum dixerimus factis eorum malis communicamus?*

89. De hoc testimonio Iohannis non est diutius disserendum, quandoquidem ad quaestionem baptismi quam modo tractamus omnino non pertinet. ait enim: si quis ad uos uenerit et doctrinam Christi non habet. haeretici autem relinquentes doctrinam erroris sui ad Christi doctrinam conuertuntur, ut incorporentur ecclesiae et ad illam columbam incipiant

7 cf. Esai. 29, 13 11 Cypr. sentent. episc. 81 12 II Ioh. 10—11 23 II Ioh. 10

def. N 1 ad] et ad *JKL* societati *Nm1* 5 remissionem *Vμς* 6 accipiant *Jm1* 9 qui] quia *L* 11 cillaui *Nβ* cillaii *J et Km1 ut uid.* cillais *Km2L* Chullabi *v Cypr.* 12 apostulus *Lm1* 13 doctrinam—*p. 366, 11* alienae doctri- *om. N, uno folio in archetypo deperdito* 14 habe *Km1Vm1μm2* aue *Jm2μm1ςm1v* abe *ςm2* 15 habe *Vμm1* abe (b *in ras.*) ς aue *Jm2Mv* 16 tales admitti *v pr.* domunt *Jm1* 18 ecclesia *L, om. Mμ* possumus *om. J* 19 habe *Jm1Vμ* aue *Jm2Mςm1v* abere *ςm2* dixerimus tantum *v*

pertinere cuius sacramentum habebant. et ideo quod eius non habebant eis datur, id est pax et caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. quod autem eius habebant agnoscitur et sine ulla contumelia suscipitur, sicut in adultera deus agnoscit dona sua etiam cum illa sequitur amatores suos, quia fornicatione correcta, cum ad castitatem conuertitur, non dona illa culpantur, sed ipsa emendatur. sicut se autem posset defendere Cyprianus, si hoc ei Iohannis testimonium obiceretur, quando talibus communicabat, ita se defendant contra quos dicitur. nam ad istam quaestionem ut dixi omnino non pertinet. Iohannes enim dicit alienae doctrinae hominibus haue non esse dicendum, Paulus autem apostolus uehementius dicit: si quis frater nominatur inter uos aut auarus aut ebriosus et cetera, cum eiusmodi ne quidem cibum simul sumere. et tamen cum collegis faeneratoribus insidiosis fraudatoribus raptoribus non priuatam mensam, sed dei altare habebat commune Cyprianus. quomodo autem hoc defendatur, iam in aliis libris satis dictum est.

XLVI. 90. *Littcus a Gemellis dixit: Caecus caecum si ducat, ambo in foueam cadunt. cum ergo haereticos constet non posse inluminare quemquam utpote caecos, baptisma eorum non ualet.*

91. Nec nos dicimus ualere ad salutem quamdiu haeretici sunt, sicut et illis homicidis quamdiu fratres oderunt. nam et ipsi in tenebris sunt et si quis eos sequitur, simul in foueam cadunt; nec ideo tamen baptismum uel non habent uel non tradunt.

2 cf. I Tim. 1, 5 4 cf. Os. 2 13 I Cor. 5, 11 19 Cypr. sentent. episc. 82 Matth. 15, 14 24 cf. I Ioh. 2, 9

def. N 6 quia] qua *JL* quae a *M* quę *V* 7 sed] et *J* 8 eis μς 9 defendat *L* 10 nam] non *Mm1* ut *om. Vm1ς* 11 ⟨doctri⟩ne hominibus] *pergit N* habe *Vm1*μ*m1* aue *Jm2Mςm1v* abe *ςm2* 12 uehenmentius *L* 14 hebriosus μ et cetera. Et *L* ne *s. l. K* nec *Nm2v* 15 feneratoribus *MN*μς*v* 19 Littecus *L* 20 in *om. L* cadent *Cypr.* haereticus *Lm1Nm1* 21 utpute *Jm2Lςm1*

XLVII. 92. *Natalis ab Oea dixit: Tam ego praesens quam Pompeius Sabratensis quam etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandauerunt corpore quidem absentes, spiritu praesentes, censemus quod et collegae nostri, quod haeretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.*

93. Communicationem credo eam dicit quae pertinet ad columbae societatem. nam in participatione sacramentorum procul dubio communicabant eis neminem iudicantes nec a iure communionis aliquem si diuersum sentiret amouentes. sed quolibet modo dixerit, non magnopere uerba haec refellenda sunt. certe enim non communicet haereticus nisi ecclesiastico baptismo baptizatus. constat autem ecclesiasticum esse baptismum etiam aput haereticos uerbis euangelicis consecratum, sicut ipsum euangelium ecclesiasticum est nec ad eorum pertinet peruersitatem, sed utique suam retinet sanctitatem.

XLVIII. 94. *Iunius a Neapoli dixit: Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut haereticos uenientes ad ecclesiam baptizemus.*

95. Hic quia nullam rationem uel testimonium scripturarum adtulit, diu nos tenere non debet.

XLVIIII. 96. *Cyprianus a Karthagine dixit: Meam sententiam plenissime exprimit epistula, quae ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, haereticos secundum euangelicam et apostolicam contestationem aduersarios Christi et antichristos appellatos, quando ad ecclesiam uenerint, unico ecclesiae baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de aduersariis amici et de antichristis christiani.*

1 Cypr. sentent. episc. 83—85 3 cf. I Cor. 5, 3 9 cf. Cypr. sentent. episc. praef. 17 ibid. 86 21 ibid. 87

1 Nalis β*pr.* preses *Lm1* 3 manducauerunt *L* 4 et *s. l. L* 8 participationem *V*μς 9 eis si (*del.*) neminem *K* iudicaztes *Nm1* 10 senserit *Mm1*μ*m1* 11 quodlibet *Nm1* 12 non] nun *ex* nunc *N* communicet *L* 16 sanitatem *N* 17 neanpoli *Km1* censimus *L* 18 recedendo μ*m1* 19 Huic *L* 20 temere *Lm1* 21 karthagine *sic JKM* 23 euange|cam *L* 25 ad *s. l. m2 N* 26 baptismo *om. L* esse] sese μς*m2* fieri amici aduersariis et de antichristis (*pr.* s *s. l.*) *L*

97. Quid aliud hic disputandum est, quando ipsam cuius mentionem fecit epistulam ad Iubaianum datam quanta potuimus diligentia pertractauimus? et quod hic dixit memineri-mus dici posse de omnibus iniquis, quos et in catholica esse ipse testatur et baptismum habere et dare nemo nostrum ambigit. illi enim ueniunt ad ecclesiam, qui de parte diaboli ad Christum transeunt et aedificant super petram et incorporantur columbae et in horto concluso et fonte signato muniuntur, ubi non sunt omnes qui contra Christi praecepta uiuunt, ubilibet esse uideantur. nam in epistula quam scripsit ad Magnum, cum de hac ipsa re ageret, satis aperteque nos ipse commonuit, in quali societate oporteat intellegi ecclesiam. ait enim de quodam loquens: alienus fiat et profanus, dominicae pacis ac dominicae unitatis inimicus, non habitans in domo dei id est in ecclesia Christi, in qua non nisi concordes adque unanimes habitant. quid ergo hic dicamus, paululum aduertant qui nobis de Cypriano uolunt praescribere. si enim in ecclesia Christi non nisi concordes adque unanimes habitant, procul dubio non habitabant in ecclesia Christi, quamuis intus esse uiderentur, illi qui per inuidiam et contentionem sine caritate Christum adnuntiabant, quos ipse intellegit non haereticos uel schismaticos a Paulo apostolo commemoratos, sed falsos fratres cum illo interius conuersantes. qui certe baptizare non debebant, quia in ecclesia non habitabant in qua ipse dicit non habitare nisi unanimes et concordes; nisi forte quisquam sic abhorret a uero, ut dicat concordes et unanimes

13 Cypr. ep. 69, 5 21 cf. Cypr. ep. 73, 14 24 cf. Phil. 1. 15. 17

2 facit *ϛm1* potuimus *ex* potiui *K* 4 catho|ca *L* 5 neme *L* 6 abigit *Mm1μ* parde *Jm1* 10 epistolam *Mm1Vϛ* epistulam *μ* scribit *L* 11 ipse nos *v* 12 qualibet *β* 13 fit *Cypr.* prophanus *L* 14 diuinae unitatis *Cypr.* 16 unianimes *ϛ* (*passim*) 17 quod *Mm2v* dicimus *βv* paulolum *L* 20 habitant *JNm1ϛ* 21 uideretur *Jm1* 24 baptizari *ϛm1* 25 habitant *ϛm1* 26 habetare *Nm1* concordes et unanimes *v* 27 haborret *L* aberrat *Mm2* a *om.* *ϛ*

fuisse inuidos et maliuolos et sine caritate contentiosos. et tamen baptizabant nec eorum ista detestanda peruersitas sacramentum Christi, quod per eos tractabatur et dispensabatur, aliqua ex parte minuebat adque uiolabat.

L. 98. Totum sane ipsum locum in eadem ad Magnum epistula positum operae pretium est pertractare, quem ita contexuit: non habitans, inquit, in domo dei id est in ecclesia Christi, in qua non nisi concordes adque unanimes habitant, loquente in psalmis spiritu sancto et dicente: 'deus qui inhabitare facit unanimes in domo'. denique unanimitate christianos firma sibi adque inseparabili caritate conexos etiam ipsa dominica sacrificia declarant. nam quando dominus corpus suum panem uocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat adunatum; et quando sanguinem suum uinum appellat de botruis adque acinis plurimis expressum adque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunatae multitudinis copulatum. haec uerba beati Cypriani indicant eum et intellexisse et dilexisse decorem domus dei, quam domum ex unanimis et concordibus constare adfirmauit et docuit testimonio prophetico et significatione sacramentorum; in qua utique non erant illi inuidi et sine caritate maliuoli, qui tamen baptizabant. ex quo apparet et in eis esse posse adque ab eis dari posse sacramentum Christi qui non sunt in ecclesia Chri-

7 Cypr. ep. 69, 5 10 Ps. 67, 7 14 cf. Ioh. 6, 52 17 cf. Matth. 26, 26—29 21 cf. Ps. 25, 8

1 sine *s. l. K* 2 baptizant β *pr.* 3 eos *om.* β *pr.* 4 aliquam μς partem *μm1* 5 in *om. V* magnam *μm1* epistulam μ epistolam ς 6 contexiuit *L* 7 inquid *V* 8 non *om.* β 10 et *ex* atque ς habitare *V*μς unianimes *N* 11 unanimitatem christianam—conexam *Cypr.* 12 connexos *μm1v* 15 adunitate *J* 16 quem] quae β 17 botri*s *J* botris *Mm2v* 18 acianis *L* 20 cyprianis *Lm1* 21 et dilexisse *om.* β 22 contestare *L* 24 sine] fine *L* 25 in *s. l. L* 26 dare *V* ecclesiam *Jm1*

sti, in qua non nisi unanimes et concordes habitare Cyprianus ipse testatur. neque enim saltem hoc dici potest tunc baptizare posse cum latent, quoniam illi Paulum apostolum non latebant quos in epistula sua ueracissimus testis notat et gaudere se dicit, quoniam et ipsi Christum adnuntiabant. de his quippe ait: siue occasione siue ueritate Christus adnuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo.

LI. 99. Quibus omnibus consideratis puto me non temere dicere alios ita esse in domo dei, ut et ipsi etiam sint eadem domus dei quae dicitur aedificari super petram, quae unica columba appellatur, quae sponsa pulchra sine macula et ruga et hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisus cum fructu pomorum, quae domus etiam claues accepit ac potestatem soluendi et ligandi. hanc domum si quis corripientem corrigentemque contempserit, sit tibi, inquit, tamquam ethnicus et publicanus. de hac domo dicitur: domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae, et: qui habitare facit unanimes in domo, et: iucundatus sum in his qui dixerunt mihi: in domum domini ibimus, et: beati qui inhabitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te, et innumerabilia talia. haec domus etiam triticum dicitur siue tricenum siue sexagenum siue centenum fructum adferens cum tolerantia. haec domus est in uasis aureis et argenteis

6 Phil. 1, 18 10 cf. Matth. 16, 18 cf. Cant. 6, 8 11 cf. Eph. 5, 27 12 cf. Cant. 4, 12—13 13 cf. Matth. 16, 19 15 Matth. 18, 17 17 Ps. 25, 8 18 Ps. 67, 7 19 Ps. 121, 1 20 Ps. 83, 5 23 cf. Matth. 13, 23. Luc. 8, 15 24 cf. II Tim. 2, 20

2 saltim *LMN*ς 4 ueracissima *J* uaracissimus *L* ueracissimos testes *Nm2* 5 ipse *Nm1* nuntiabant *L* 7 in *om. LVm1*ς 8 considerantis *Jm1* puteme *L* non *om.* ς 9 et *om. N*βν 10 uni *L* 11 pulcra *Lm1* 15 contemserit (n *ex* m) *L* inquid *Vm1*ς*m1* 16 boplicanus *ex* bublicanus *L* 19 iocundatus *Jm2LMN*ς qui] quae *N*βν 20 domo *N* quinhabitant *ut uid. Mm1* habitant *NV*ςν 21 tua] *add.* domine ν 23 sexagesimum *Lm1* 24 argengeis *J*

et lapidibus pretiosis et lignis inputribilibus. huic domui dicitur: sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, et: templum enim dei sanctum est, quod estis uos. haec est quippe in bonis fidelibus et sanctis dei seruis ubique dispersis et spiritali unitate deuinctis in eadem communione sacramentorum, siue se facie nouerint siue non nouerint. alios autem ita dico esse in domo, ut non pertineant ad conpagem domus nec ad societatem fructiferae pacificaeque iustitiae, sed sicut esse palea dicitur in frumentis. nam et istos in domo esse negare non possumus dicente apostolo: in magna autem domo non solum aurea uasa sunt uel argentea, sed et lignea et fictilia. et alia quidem sunt in honorem, alia uero in contumeliam. ex hoc numero innumerabili non solum turba intus premens cor paucorum in tantae multitudinis conparatione sanctorum, sed etiam dirruptis retibus haereses et schismata existunt in eis, qui magis iam ex domo quam in domo esse dicendi sunt, de quibus dicitur: ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. separatiores enim sunt iam etiam corporaliter segregati quam illi, qui interius carnaliter et animaliter uiuunt et spiritaliter separati sunt.

LII. 100. Horum autem omnium generum illi primi qui sic sunt in domo dei, ut ipsi sint domus dei, siue iam spiritales sint siue adhuc paruuli lacte nutriantur, sed tamen ad spiritalem habitum intento corde proficiant, nemo dubitat quod

2 Eph. 4, 2—3 3 I Cor. 3, 17 9 cf. II Cor. 9, 10 11 II Tim. 2, 20 18 I Ioh. 2, 19 25 cf. I Cor. 3, 2

1 inputribi|bus *L* inputrabilibus *Nm1* domoi *Nm1* dumui *V* 2 inuicem *om. L* 4 *alt.* est *om.* β *pr.*, *post* fidelibus *exhibet v* 6 deuictus *Jm1* 8 dico *ego, Engelbrecht* dici *codd. v* non *om. N* 10 esse in domo *Vv* 11 apostolo] paulo *L* 15 sulum μ*m1* 16 disruptis *LN*β 17 schismatae *Mm1Vm1*μ exsistunt *NV*μς iam magis *v* ex domo iam *M* 18 esse *om. L*ς*m1* dicenda β *pr.* 19 separatores *J* 20 iam etiam magis *Jm2* 21 spritaliter *L* 23 primum *Lm1* 24 spritales *Lm1* 25 sunt *Km1*

baptismum et utiliter habeant et se imitantibus utiliter tradant. fictis autem, quos sanctus spiritus fugit, etsi ipsi quantum in eis est utiliter tradunt, illi tamen inutiliter accipiunt non imitantes eos per quos accipiunt. illi uero, qui sic sunt in magna domo tamquam uasa in contumeliam, et inutiliter habent baptismum et se imitantibus inutiliter tradunt. illi porro ab eis utiliter accipiunt, qui non ipsis corde adque moribus, sed sanctae domui copulantur. qui autem separatiores non magis in domo quam ex domo sunt, neque omnino utiliter habent neque ab eis utiliter accipitur, nisi forte accipiendi necessitas urgeat et accipientis animus ab unitatis uinculo non recedat; tamen et habent, quamquam inutiliter habeant, et accipitur ab eis, etiam cum inutile est accipientibus. quod ut fiat utile ab haeresi uel schismate recedendum est et illi domui cohaerendum. quod non solum haeretici et schismatici, sed etiam illi facere debent, qui sic sunt in domo per communionem sacramentorum, ut extra domum sint per diuersitatem morum. sic enim et ipsis utile esse incipit sacramentum quod aliter inutile est.

LIII. 101. Solet etiam quaeri, utrum adprobandum sit quod ab eo qui non accepit accipitur, si forte hoc curiositate aliqua didicit quemadmodum dandum sit, et utrum nihil intersit, quo animo accipiat ille cui datur, cum simulatione an sine simulatione, si cum simulatione, utrum fallens sicut in ecclesia uel in ea quae putatur ecclesia, an iocans sicut in mimo, et quid sit sceleratius, in ecclesia fallaciter accipere an in haeresi uel schismate sine fallacia, id est animo non simulato, et utrum in haeresi fallaciter an in mimo cum fide, si quis-

2 cf. Sap. 1, 5

2 spiritus sanctus *LMNμν* 3 inutiliter] utiliter *L* non—accipiunt *om. L* non imitantes] nominantes *Vm1μς* 8 saparatiores *L* 9 habent *om. L* 10 accipitur] accipiunt *J* urgueat *JNm1* 11 animos *L* 13 ab haeresi] habere si β *pr.* 14 est *om. Mm1μ* est *ante* recedendum *add. Mm2* 15 et] sed *Vm1ς* uel *Vm2μ* 17 sunt *Nm1* horum β *pr.* et *om.* β 18 incipit esse β*ν* 19 sit] *add.* baptisma *ν* 20 habeo *Lςm1* accepit] accipit *Lm1* 21 didicit (*pr.* di *s. l.*) *K* quemammodum *Mμ* nihil *s. l. K* 23 falla|cens *L* fallans *Nm1* 24 mimmo *Jm1Km2* minimo *Km1ς* 26 schismati *Vμςm2* fallacia] fallaci *J*

quam inter agendum repentina pietate moueatur. quamquam talem si etiam illi conferamus qui in ipsa catholica fallaciter accipit, mirum si dubitatur quis cui praeferendus sit. quid enim prosit animus ueraciter dantis fallaciter accipienti, non uideo. sed arbitremur aliquem etiam fallaciter dantem: cum et tradens et accipiens fallaciter agant in ipsa unitate catholica, utrum hoc magis baptisma sit acceptandum an illud quod in mimo datur, si quis existat qui fideliter subito commotus accipiat, an, quantum ad ipsos quidem homines adtinet, plurimum distet inter credentem in mimo et inridentem in ecclesia, ad ipsius autem sacramenti integritatem nihil intersit. si enim nihil interest ad integritatem sacramenti in ipsa catholica, utrum id aliqui fallaciter an ueraciter agant, cum tamen hoc idem utrique agant, cur extra intersit non uideo, quando ille qui accipit non simulatione palliatus, sed religione mutatus est. an plus ualent ad confirmandum sacramentum alii ueraces inter quos agitur, quam ad frustrandum illi fallaces a quibus agitur et in quibus agitur? et tamen, si postea prodatur, nemo repetit, sed aut excommunicando punitur illa simulatio aut paenitendo sanatur.

102. Sed nobis tutum est in ea non progredi aliqua temeritate sententiae, quae nullo in catholico regionali concilio coepta, nullo plenario terminata sunt, id autem fiducia securae uocis adserere, quod in gubernatione domini dei nostri et saluatoris Iesu Christi uniuersalis ecclesiae consensione roboratum est. uerumtamen si quis me forte in eo concilio constitutum. ubi talium rerum quaestio uersaretur, non praecedentibus talibus quorum sententias sequi mallem urgeret, ut dicerem

1 repentinam *Nm1* 2 in *om.* ς 6 *pr.* et] ei *J* agent *Jm1* 7 utrum] *pendet ex* quaeritur, *quod mente supplendum est ex* solet quaeri *p. 372, 19* acceptandam *L* aliud *L* 8 exsistat μς qui *om.* β*pr.* commutus *Mm1*μς 9 attinet homines *v* 10 distat *M*μς im|mimo *L* 12 ad] et *Mm1*μς 13 id *om.* μς fallacitur *L* 16 alii] illi *v* 17 illi *om. Vm1*ς 18 *alt.* agitur] agatur *J* 21 tutum] tantum *L* 22 in *del. Vm2* catholica *Mm2* 23 fiducia] figura β*pr.* securi *Nm1* 26 forte me *v* 27 ubi *et* rerum *om. L* 28 talibus *om. J* surgeret *J* urgueret *N*ς

quid ipse sentirem, si eo modo adfectus essem quo eram cum ista dictarem, nequaquam dubitarem habere baptismum eos, qui ubicumque et a quibuscumque illud uerbis euangelicis consecratum sine sua simulatione et cum aliqua fide accepissent, quamquam eis ad salutem spiritalem non prodesset, si caritate caruissent, qua catholicae insererentur ecclesiae; si enim habeam, inquit, fidem ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum; sicut iam praeteritis maiorum statutis non dubito etiam illos habere baptismum, qui, quamuis fallaciter id accipiant, in ecclesia tamen accipiunt uel ubi esse putatur ecclesia ab eis in quorum societate id accipitur, de quibus dictum est: ex nobis exierunt. ubi autem neque societas ulla esset ita credentium neque ille qui ibi acciperet ita crederet, sed totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur, utrum adprobandus esset baptismus qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum concordi oratione et inpensis supplici deuotione gemitibus inplorandum esse censerem, ita sane ut post me dicturos sententias, ne quid iam exploratum et cognitum adferrent, humiliter expectarem. quanto magis ergo nunc sine praeiudicio diligentioris inquisitionis uel maioris auctoritatis istud dixisse accipiendus sum!

LIIII. 103. Sed iam ut existimo tempus est hos etiam libros de quaestione baptismi debito fine concludere. ubi nobis ostendit dominus deus noster per pacificum episcopum Cypri-

6 I Cor. 13, 2 13 I Ioh. 2, 19 25 uerba *ostendit dominus—aedificamur in petra* = Eug. c. 218

def.N 1 sentiret *Lm1* eos *N* modo—*p. 375, 1* qui ei con- *om. N* 2 eos baptismum *v* 6 *pr.* si *om. Km1* qua] quo *JLβpr.* inserentur *JLβpr.* 7 inquid *V* 10 accipiunt ς 11 accipiant *MV*μ, *om. L* putatur esse *v* 13 esset (ss *in ras.*, *in mg.* ✕) *J*, *om. L* 14 credentium] crederet (ret *in ras.*) *J* credendum *Vm1* 15 ioculanter *M* iocular *Vm1*μ ioculatur ς ageritur *Jm1* 17 orationem β*pr.* et—deuotione *om. J, in mg. m2* ✕ suplici *L* subplici μ 18 cernerem *M*μ 19 ne quid iam] nequitiam β*pr.* 20 expectarent *L* exspectarem μ*v* 22 istum *J* istuc *M*μ illud *Vv* 24 dubito *J*

anum et illos qui ei consenserunt, quantum sit catholica unitas diligenda, ut in eo quod aliter sapiebant, donec deus id quoque reuelaret, tolerarent potius diuersa sentientes quam se ab eis nefario schismate separarent; ubi Donatistarum prorsus ora clauduntur, etiamsi de Maximianistis nihil dicamus. si enim mali bonos in unitate contaminant, nullam iam ecclesiam cui sociaretur uel ipse Cyprianus inuenit. si autem mali bonos in unitate non maculant, nullam causam separationis sacrilegus Donatista proponit. baptismum autem si habent et tradunt alii tam multi qui operantur opera carnis, qualia qui agunt regnum dei non possidebunt, habent ac tradunt et haeretici qui inter illa opera numerati sunt, quod quia recedendo non amiserunt, et tradere manendo potuerunt, sed tam infructuose adque inutiliter tales talibus, quam et illi ceteri pares eorum in eo quod regnum dei non possidebunt. et quemadmodum illis correctis baptisma non incipit adesse quod deerat, sed prodesse quod inerat, sic et haereticis. unde Cyprianus et qui cum eo senserunt catholicae ecclesiae quam noluerunt praecidere non potuerunt praescribere. quod uero aliter sapuerunt, non expauescimus, quia cum eis ueneramur et Petrum; quod autem ab unitate non recesserunt, gaudemus, quia cum eis aedificamur in petra.

2 cf. Phil. 3, 15 10 cf. Gal. 5, 19—21

1 ⟨con⟩senserunt] *pergit N* 2 id quoque deus *v* quoque] *desinit J* 4 donadistarum *L* 5 claudantur μ 6 mali bonos] maliuolos *Km1* contiminant *L* communicant μ*m1* 10 operatur *L* 12 opere *Vm1*μ enumerati *L V Eug.* 13 tradere *ex* tradendo *ut uid. K* remanendo *L* redeundo *Mm2* tamen *N* 14 patres *N* 16 quode erat *L* 18 praecedere *Lm1* 19 praescripere *L* 20 non *bis Km1* 22 petram *M* petra. amen *KL* EXPL. LIBRI DE BAPTISMO NUMERO SEPTEM DŌ GRATIAS QUI LEGIS ORA PRO ME *K* EXPLICIUNT LIBRI DE BAPTISMO. S̄CI AUGUSTINI. NVMERO. VII. *L* EXPLICIT DE BAPTISMO BEATI AUSTINI (*sic*) LIBER SEPTIMUS *N* EXPLICIT DE BAPTISMO LIBER SEPTIMUS β

AVGVSTINI RETRACTATIONVM LIB. II CAP. XLIIII (XVIII)

(PAG. 152, 10 ED. KNOELL).

DE BAPTISMO LIBRI SEPTEM.

1. Contra Donatistas auctoritate beatissimi episcopi et martyris Cypriani se defendere molientes septem libros de baptismo scripsi, in quibus docui nihil sic ualere ad refellendos Donatistas et ad eorum prorsus ora claudenda, ne aduersus catholicam suum scisma defendant, quomodo litteras factumque Cypriani.

2. Ubicumque autem in his libris commemoraui 'ecclesiam non habentem maculam aut rugam', non sic accipiendum est, quasi iam sit, sed quae praeparatur, ut sit, quando apparebit etiam gloriosa. nunc enim propter quasdam ignorantias et infirmitates membrorum suorum habet, unde cottidie tota dicat: dimitte nobis debita nostra.

3. In quarto libro, cum dicerem uicem baptismi posse habere passionem, non satis idoneum posui illius latronis exemplum, quia utrum non fuerit baptizatus incertum est.

4. In libro septimo de uasis aureis et argenteis in domo magna constitutis sensum Cypriani secutus sum, qui haec accepit in bonis, in malis autem lignea et fictilia, ad illa referens quod dictum est: alia quidem in honorem, ad haec autem quod dictum est: alia uero in contumeliam. sed magis approbo, quod apud Tyconium postea repperi uel aduerti, in utrisque intellegendum quaedam in honore, non sola scilicet aurea et argentea, et rursus in utrisque quaedam in contumelia, non utique lignea et fictilia.

5. Hoc opus sic incipit: *In eis libris, quos aduersus epistulam Parmeniani.*

10 cf. De bapt. I 17, 26. III 18, 23. IIII 3, 4. 4, 5. 10, 16. V 16, 21. 24, 35. 27, 38. VI 3, 5. VII 10, 19. 51, 99 16 cf. De bapt. IIII 22, 29 19 cf. De bapt. VII 51, 99

INDEX LOCORUM.

*Gen. 1, 4 . . . . . 349, 7
2, 10—14 . . . . . cf. 223, 5
15, 10 . . . . . 170, 12
16, 11 . . . . . cf. 167, 9
17, 9. 14 . . . . . cf. 259, 13
17, 20 . . . . . cf. 167, 9
*21, 10 . . . . . 160, 7
*22, 18 . . . 21, 5. 22, 18. 78, 28. cf. 44, 24
25, 23 . . . . . cf. 167, 6
25, 24 . . . . . cf. 160, 14
25, 29—34 . . . . . cf. 279, 23
*26, 4—5 . . . . . 21, 6
*28, 13—14 . . . . . 21, 9
*28, 15 . . . . . 22, 13. 25
30, 3 . . . . . cf. 160, 11
30, 13 . . . . . cf. 167, 7
*Ex. 3, 6 . . . . . 21, 2
*3, 15 . . . . . 21, 3
4, 24—26 . . . . cf. 259, 15
14, 31 . . . . . cf. 67, 13
*19, 22 . . . . . 57, 8
20, 13 . . . . . 313, 12
*20, 15 . . . . . 313, 13
*30, 20—21 . . . . . 57, 10
32 . . . . cf. 156, 11. 184, 14
34, 6 . . . . . cf. 191, 25
Leu. 10, 1—2 . . . . cf. 216, 11
*10, 9—10 . . . . . 98, 2
*11, 45 . . . . . 54, 18. 91, 5
16, 2. 34 . . . . . cf. 59, 19
*22, 21 . . . . . 57, 12. 58, 4
Num. 16 . . . cf. 156, 12. 184, 16. 216, 10
Num. 16, 31—33 . . . cf. 185, 14. 192, 9
17, 8 . . . . . cf. 275, 20
24 . . . . . cf. 62, 22
Deut. 4, 24 . . . . . cf. 216, 23
24, 16 . . . . cf. Psalm. u. 217
*I Reg. 2, 30 . . . . . 93, 26
10, 6 . . . . . cf. 213, 13
10, 10 . . . cf. 157, 23. 213, 13
18, 10 . . . . . cf. 157, 23
19, 23 . . . . . cf. 291, 10
III Reg. 3, 26 . . . . cf. 324, 27
*18, 21 . . . . . 349, 18
19, 18 . . . . cf. Psalm. u. 185
22 . . . . . cf. 91, 27
*II Par. 19, 2 . . . . . 91, 24
*19, 2—3 . . . . . 92, 9
Ps. 1, 1 . . cf. Psalm. u. 116. 53, 19
2, 9 . . . . . cf. 243, 19
*9, 24 . . . . . 46, 10
13, 3 . . . . 173, 14. *181, 11
*14, 5 . . . . . 236, 27
19, 5 . . . . . cf. 55, 20
*21, 17—19 . . . . . 31, 19
*21, 28—29 . . . . . 31, 27
25, 4 . . . . cf. 130, 4. 131, 9. 134, 9. 18
*25, 4—5 . . 128, 14. cf. 131, 18. 134, 21
*25, 4—10 . . . . . 132, 10
25, 6 . . . . . cf. 131, 24
*25, 8 . . . . . 133, 11. 370, 17. cf. 131, 26. 132, 21. 25. 280, 27. 369, 21

*Ps. 25, 9 . . . . . 116, 13
*25, 9—10 . . . . . 133, 6
34, 12 . . . . . cf. 332, 19
39, 6 . . . . . 294, 13
*44, 14 . . . . . 294, 9
*49, 16 . . . . . 64, 7. 353, 1
*49, 16—18 . . . . . 63, 22
49, 17 . . . . . cf. 64, 17. 19
*49, 18 . . 353, 4. cf. 64, 24. 25
*49, 20 . . . 63, 22. cf. 65, 3. 6
50, 5 . . . . . cf. 262, 3
*57, 2 . . . . . 185, 6
*60, 3 . . . . . 150, 18
60, 3—4 . . . . . 150, 22
60, 6 . . . . . cf. 76, 15
*67, 7 . . . . . 369, 10. 370, 18
71, 10 . . . . cf. Psalm. u. 275
*72, 18 . . . . . 171, 26
*83, 5 . . . . . 370, 20
*88, 31—34 . . . . . 118, 1
88, 33—34 . . . . . cf. 246, 13
95, 1 . . . . . 130, 20
*102, 2—3 . . . . . 84, 13
102, 8 . . . . . cf. 191, 25
118, 28 . . . . . 294, 25
*121, 1 . . . . . 370, 19
*132, 1 . . Psalm. u. 53. cf. 44, 10
138, 16 . . . . . 168, 29
140, 5 . . 66, 10. *71, 14. *104, 7. cf. 67, 18. 69, 2. 96, 20. 134, 2
141, 6 . . . . . cf. 168, 27
*143, 11—15 . . . . . 329, 11
*Prou. 1, 33 . . . . . 135, 17
9, 12 . . . . . cf. 309, 13—20
*9, 18 . . . . 310, 1. cf. 309, 22
*12, 21 . . . . . 96, 14
*14, 9 . . . . . 313, 8
*14, 28 . . . . . 43, 16. 94, 12
*16, 32 . . . . . 27, 8
*17, 15 . . . . . 46, 27
*18, 1 . . . . . 218, 7
*20, 9 . . . . . 85, 11
*Prou. 21, 27 . . . . . 56, 12
24, 12 . . . . . 60, 18
*27, 6 . . . . . 71, 22
*Eccle. 1, 15 . . . . . 89, 9. 27
*10, 1 . . . 66, 11. cf. 68, 11. 69, 3. 71, 24. 72, 4
Cant. 2, 2 . . . . . cf. 294, 6
2, 10 . . . . . cf. 327, 26
2, 10. 13. 14 . . . cf. 294, 5
4, 12 . . . cf. 233, 25. 327, 26
*4, 12—13 . . 293, 20. cf. 294, 17. 295, 15. 301, 14. 370, 12
6, 8 . . *160, 28. *225, 6. 239, 22. cf. 213, 26. 254, 20. 265, 8. 274, 10. 279, 22. 283, 5. 301, 13. 332, 24. 370, 10
Hiob 5, 14 . . . . . cf. 50, 23
*Sap. 1, 5 . . 66, 12. 69, 23. 74, 13. 162, 13. 163, 17. 310, 19. cf. 68, 13. 69, 5. 74, 15. 77, 13. 290, 17. 372, 2
*2 24—25 . . 235, 5. cf. 237, 12
9, 15 . . 85, 10. cf. 298, 28. 342, 7
12, 10 . . . . . cf. 191, 15
Eccli. 2, 16 . . . . 44, 20. 46, 5
*2, 16—17 . . . . . 137, 7
3, 20 . . . . . cf. 201, 10
*4, 30 . . . . . 138, 3
*10, 2 . . . . . 52, 25. 53, 13
15, 9 . . . . . 76, 25
30, 24 . . . . . cf. 246, 15
*31, 30 . . 66, 9. 70, 26. 331, 15. cf. 67, 3. 69, 1
34, 23 . . . . . 56, 6
Os. 2 . . . . . cf. 366, 4
*2, 5 . . . . . 217, 10. 219, 24
2, 5—7 . . . . . cf. 250, 6
*2, 6—7 . . . . . 220, 5
*2, 8 . . . . . 220, 15. 221, 20
8, 9 . . . . . cf. 216, 26
*Am. 2, 7 . . . . . 83, 3
*Mal. 1, 2—3 . . . . . 160, 14
*Esai. 3, 12 . . . . . 134, 6

*Esai. 5, 20 . . 44, 6. 18. 45, 7. 46, 1. 21
29, 13 . . . . . cf. 365, 7
*52, 11 . . 125, 1. 128, 9. cf. 130, 3. 131, 9
*59, 1—8 . . . . . 49, 5
*59, 5 . . . . . 51, 9. cf. 97, 7
*59, 7 . . . . 52, 14. cf. 50, 17
*59, 8 . . . . . 138, 17
59, 9 . . . . . cf. 50, 19—21
59, 10 . . . . . cf. 50, 23
61, 10 . . . . . cf. 352, 8
*66, 3 . . . . . 55, 9
*Hier. 2, 12—13 . . . . . 66, 3
2, 13 . . cf. 61, 17. 66, 22. 68, 24. 70, 14
*2, 21 . . . . . 327, 22
*2, 30 . . . . . 138, 7
9, 1 . . . . . 58, 10
*10, 10 . . . . . 71, 7
*15, 18 . . 66, 7. 212, 1. cf. 67, 1. 68, 26. 70, 18
*17, 5 . . . . . 53, 4
23, 28 . . 121, 17. 122, 8. 123, 7. 11. 13. 15. 17. 124, 5. 11. 19. 128, 7
36 . . . . . cf. 184, 15
*Ezech. 9, 4 . . 112, 3. cf. Psalm. u. 164. 50, 4. 55, 18. 65, 14. 116, 11. 134, 16
9, 4 sqq. . . cf. 111, 22. 133, 16
*16, 17—19 . . . . . 221, 1
*16, 51 . . . . . 339, 25
18, 23 . . . . . cf. 191, 28
33, 11 . . . . . cf. 191, 28
Dan. 2, 34—35 . . . . cf. 134, 13
9, 20 . . . . . 77, 11
I Mach. 4, 42 . . . . cf. 60, 2
Matth. 3, 6 . . . . . cf. 258, 1
*3, 11 . . 273, 16. cf. 90, 16. 271, 21. 273, 9
3, 12 . . cf. Psalm. u. 172. 33, 8. 49, 27. 56, 18. 91, 15. 123, 18. 136, 2
Matth. 3, 13 . . cf. 258, 1. 271, 8
3, 14 . . . 276, 6. 14. cf. 90, 16
3, 16 . . . . . cf. 274, 12
*5, 9 . . . . . 111, 26. 120, 26
5, 10 . . . . . 36, 15
*5, 13 . . . . . 312, 6
5, 14 . . . cf. 134, 12. 151, 1
5, 17 . . . . . cf. 217, 27
5, 20 . . . . . 256, 6. 12
6, 12 . . . . . 67, 23
*6, 14—15 . . . . . 322, 10
6, 15 . . . . *288, 15. *319, 1. 332, 18. *348, 18
6, 20—21 . . . . . cf. 124, 24
6, 24 . . . . . cf. 360, 1
7, 15 . . cf. Psalm. u. 29. 69, 5. 150, 26. 186, 3
7, 22 . . . . . 316, 12
*7, 23 . . 226, 4. 246, 8. 247, 9. 316, 13. 326, 16. 353, 13
*7, 24 . . . 321, 17. cf. 327, 17
*7, 26 . . 321, 19. cf. 327, 17. 349, 26
*9, 12 . . . . . 106, 20
9, 29 . . . . . cf. 211, 16
9, 38 . . . . cf. Psalm. u. 173
10, 1—8 . . . . . cf. 85, 19
10, 4 . . . . cf. Psalm. u. 198
*10, 20 . . . . . 74, 7
11, 10 . . . . . cf. 271, 5. 24
11, 11 . . . . cf. 84, 18. 271, 14
*11, 24 . . 152, 9. 253, 13. 339, 24
12, 28 . . . . . cf. 291, 10
*12, 30 . . 154, 16. 241, 10. 316, 4. 328, 19. 329, 1. cf. 86, 2. 154, 1. 251, 10. 326, 10
13, 23 . . . . cf. 42, 17. 239, 5. 370, 23
13, 24—30 . . cf. Psalm. u. 177
13, 25 . . . . . 237, 18
13, 26 . . . . . 98, 6
13, 28 . . . . . 237, 18
*13, 29 . . 115, 6. cf. 100, 11. 120, 25. 237, 8. 324, 26

Matth. 13, 30 . . 42, 23. 43, 11. 48, 8. 14. 94, 7. 115, 5. cf. 33, 8. 56, 17. 98, 9. 136, 2
13, 37—43 . . . . cf. Psalm. u. 177. 91, 15
*13, 38 . . 42, 26. 48, 11. cf. 48, 26
*13, 39 . . . . 43, 5. 48, 15. 18
13, 47 . . . . . cf. 124, 7
13, 47—48 . . . cf. Psalm. u. 4
13, 47—50 . . . . . cf. 91, 15
13, 48 . . . . . cf. 136, 3
13, 49—50 . . . cf. Psalm. u. 9
*15, 14 . . 366, 19. cf. 85, 25. 91, 18. 316, 21
16, 18 . . cf. Psalm. u. 231. 175, 2. 320, 10. 321, 12. 370, 10
16, 18—19 . . cf. 223, 14. 364, 18
16, 19 . . . cf. 213, 25. 370, 13
*18, 17 . . 120, 23. 339, 6. 370, 15
*18, 19 . . . . . 194, 1
18, 23—24 . . . . . cf. 164, 4
18, 26 . . . . . 164, 17
18, 28 . . . . . 164, 19
20, 26—28 . . . . . cf. 119, 13
21, 13 . . . . . cf. 91, 4
*22, 21 . . . . . 38, 5
22, 30 . . . . . cf. 181, 2
23, 2 . . . . . cf. 53, 18
*23, 2—3 . . . . 64, 13. 241, 22
*23, 3 . . . . 53, 16. 70, 13. 75, 7. 298, 25. cf. 85, 20
24, 13 . . . . . cf. 246, 16
*24, 23 . . . . . 150, 27
*25, 31—34 . . . . . 123, 23
25, 33 . . . . . cf. 136, 5
*25, 41 . . 123, 23. 246, 9. 253, 20
*25, 45 . . . . . 287, 14
26, 25 . . cf. Psalm. u. 202. 254
26, 26—29 . . . . . cf. 369, 17
*26, 52 . . . . . Psalm. u. 150
26, 69 sqq. . . . . cf. 176, 15
26, 70. 72. 74 . . cf. Psalm. u. 23
28, 19 . . . *160, 20. 211, 1. 6. *312, 17. *315, 18. *333, 26. *338, 25
*Marc. 1, 24 . . . . . 157, 27
9, 37 . . . cf. 291, 12. 363, 7
*9, 38—39 . . . . . 154, 20
9, 39 . . . . . cf. 153, 29
13, 21 . . . . . cf. 246, 24
*16, 17 . . . 338, 23. cf. 323, 14
Luc. 1, 5 . . . . . cf. 55, 22
1, 11—13 . . . . . cf. 340, 3
*2, 14 . . . . . 234, 7
6, 27 . . . . . cf. 165, 13
*6, 37 . . . . . 322, 8
8, 15 . . . . cf. 239, 5. 370, 23
9, 49—50 . . . . . cf. 241, 8
*15, 22 . . . . . 85, 3
17, 14 . . . . . cf. 340, 2
18, 10—14 . . . . . cf. 63, 11
18, 14 . . . . 106, 3. cf. 77, 5
23, 40 sqq. . . . . cf. 176, 14
23, 43 . . . . . 257, 2
Ioh. 1, 1 . . . . . 89, 14
1, 3 . . . . . cf. 90, 22
*1, 8—9 . . . . . 84, 20
1, 14 . . . . . 89, 16
*1, 16 . . 85, 1. 271, 2. cf. 276, 21
1, 27 . . . . . cf. 271, 15
*1, 29 . . . . . 273, 18
*1, 32—33 . . . . . 276, 7
1, 33 . . 71, 10. 73, 22. 202, 16. 242, 5. 275, 8. 10. 14. 276, 4. 15. *326, 19. *332, 9. *352, 22. cf. 274, 12
1, 47 . . . . . cf. 55, 23
1, 48 . . . . . 217, 17
*3, 5 . . . . . 194, 27. 255, 10. 256, 5. 10. 310, 2. cf. 70, 17. 195, 4
*3, 6 . . . . . 72, 21. 311, 6
*3, 27 . . . . 86, 13 sqq. 87, 26. 270, 27. 356, 6
3, 29 . . . . cf. 273, 7. 275, 13
4, 24 . . . . . cf. 311, 8

*Ioh. 5, 21 . . . . . 84, 8
6, 52 . . . . . cf. 369, 14
*7, 24 . . . . . 185, 8
*8, 44 . . . . . 23, 4
9, 17 . . . . . cf. 63, 10
*9, 21 . . . . . 260, 11
*9, 31 . . . 60, 6. 63, 5. 285, 28. 359, 2
11, 51 . . . . cf. 77, 16. 157, 23
*12, 43 . . . . . 192, 5
13, 4—5 . . . . . cf. 271, 8
*13, 10 . . . 194, 26. cf. 195, 4
13, 26 . . . . cf. Psalm. u. 254
13, 27 . . . . . cf. 270, 6
*13, 34 . . 105, 20. 172, 17. 217, 21
*13, 35 . . . . . 217, 23
14, 6 . . 48, 7. 203, 17. 334, 16. cf. 75, 23
*14, 21 . . . . . 217, 19
*14, 27 . . . . . 105, 22
15, 1 . . . . . cf. 282, 28
15, 1 sqq. . . . . cf. 172, 13
15, 1—5 . . . . . cf. 218, 3
*15, 2 . . . 172, 24. cf. 299, 4
15, 4 . . . . cf. Psalm. u. 218
15, 14 . . . . . cf. 316, 9
*15, 15 . . . 275, 18. cf. 316, 9
*16, 15 . . . . . 88, 15
17, 12 . . . . . cf. 171, 25
20, 21 . . . . . cf. 364, 9
*20, 21—23 . . . 73, 23. 214, 23
*20, 23 . . 160, 22. 216, 4. 287, 25. 298, 8. 301, 19. 312, 19. 351, 12
Act. 1, 15 . . . . . cf. 88, 20
2, 1—4 . . . . . cf. 88, 20
5, 5 . . . . . cf. 101, 25
5, 10 . . . . . cf. 101, 25
8, 5—17 . . . . . cf. 216, 18
8, 9—24 . . . . . cf. 239, 11
8, 13 . . cf. 157, 25. 213, 11. 310, 10
8, 13. 18. 19 . . . cf. 255, 21
8, 21 . . . . cf. 159, 3. 162, 7
Act. 9, 4 . . . . . 287, 13
10 . . . . cf. 155, 15. 255, 21
*10, 31 . . . . . 256, 19
10, 45 . . . . . cf. 88, 23
17, 28 . . . . . cf. 340, 13
19, 3—5 . . cf. 261, 11. 270, 24. 272, 26
Rom. 1, 2—3 . . . . cf. 94, 4
1, 32 . . . . . 25, 1
*2, 1 . . . . . 289, 19
2, 4 . . . . . cf. 246, 12
2, 21 . . . . . 236, 19. 289, 20
*2, 24 . . . . . 72, 12
2, 29 . . . . . cf. 294, 9
*3, 3—4 . . . . . 350, 22
3, 4 . . . . . *23, 2. 48, 4
3, 17 . . . . . cf. 91, 20
4, 3 . . . . . cf. 259, 11
4, 11 . . . . . 259, 9
4, 25 . . . . . 56, 3
*5, 5 . . . . . 212, 12. 213, 4
*6, 9 . . . . 71, 11. cf. 283, 9
*6, 23 . . . . . 331, 26
*8, 6 . . . . . 317, 8. 332, 1
8, 13 . . . . . 102, 2
8, 17 . . . . . cf. 57, 4
8, 23 . . . . . cf. 59, 13
8, 24 . . . 273, 15. cf. 85, 14
*8, 24—25 . . . . 59, 9. 135, 11
8, 28 . . . . . cf. 294, 15
8, 29 . . . . cf. 54, 22. 225, 12
8, 34 . . . . . cf. 56, 2. 61, 9
9, 5 . . . . . 48, 5
9, 21 . . . . . cf. 133, 18
10, 4 . . . . . 272, 8
10, 10 . . . . 257, 12. cf. 77, 19. 258, 26. 260, 5
11, 4 . . . . cf. Psalm. u. 185
11, 13 . . . . . 277, 2
12, 5 . . . . . cf. 61, 26
13, 1 . . . . . 34, 13
13, 3 . . . . . 34, 15
*13, 4 . . . . 34, 13. cf. 37, 20

*Rom. 13, 6 . . . . . 37, 26
*13, 7 . . . . . 37, 27
13, 10 . . . . . cf. 217, 28
*14, 4 . . . 185, 1. 18. 191, 8
14, 5 . . . cf. 100, 14. 225, 11
14, 6 . . . . . 225, 10
*I Cor. 1, 10—13 . . . . 159, 17
1, 13 . . . . 209, 16. *293, 14.
cf. 275, 27
1, 14 . . . . . cf. 275, 26
1, 27 . . . . . cf. 282, 8
*2, 14 . . 167, 24. 168, 1. 209, 13.
19. 211, 12. 247, 27.
cf. 168, 16
2, 15 . . . . . cf. 215, 3
*3, 1 . . . . . 211, 9
3, 1—2 . . . . . 159, 7
*3, 1—3 . . 209, 21. cf. 212, 16
*3, 1—4 . . . . . 159, 10
3, 2 . . . . cf. 248, 1. 371, 25
3, 6—7 . . . . . 84, 4
3, 16 . . . . . cf. 351, 2
3, 17 . . . . . 371, 3
4, 7 . . *77, 22. 78, 4. 11. 19. 24
4, 15 . . . . . 72, 27
*4, 21 . . . . . 100, 19
*5, 1 . . . 100, 27. cf. 102, 16
*5, 2 . . . . . 101, 3. 105, 2
5, 3 . . . . . cf. 367, 3
*5, 3—5 . . . . . 101, 17
*5, 5 . . . . . 104, 20
*5, 6 . . 97, 4. 104, 24. 25. 105, 3
5, 7 . . . . . 106, 5. 22
*5, 8 . . . . . 106, 25
*5, 9—10 . . . 107, 11. 113, 19
*5, 11 . . . 108, 8. 13. 110, 1.
113, 17. 114, 7. 12.
115, 25. 119, 5. 24.
366, 13. cf. 58, 19.
111, 5. 112, 13. 116,
22. 120, 17
*5, 11—13 . . . . . 107, 19
*5, 12 . . . . . 99, 19
*I Cor. 5, 12—13 . . 113, 22. 118, 14
5, 13 . . . . *99, 2. 108, 3. 26.
112, 14. 113, 4. 118, 19. 22.
cf. 114, 11. 120, 17
*6, 9—10 . . . 110, 24. 252, 27.
cf. 58, 19. 191, 4
6, 10 . . 227, 7. 236, 26. 251, 13.
289, 25
9, 15 . . . . . 277, 1
*9, 17 . . . . . 74, 17
9, 22 . . . . . cf. 237, 7
10, 4 . . . . . cf. 150, 20
10, 11 . . . . . cf. 160, 5
*10, 12 . . . . . 105, 15
10, 13 . . . . . 181, 5
*10, 27 . . . . . 114, 4
*11, 16 . . . . . 236, 3. 280, 17
11, 29 . . . . . 56, 26. 270, 12
12, 8—10 . . . . . cf. 213, 7
*12, 11 . . . . . 213, 8
12, 25—26 . . . . . cf. 62, 7
12, 26 . . . . . 101, 6
*12, 31 . . . . . 172, 2
*13, 1 . . . . . 172, 2
*13, 1—2 . . . . . 157, 15
13, 1—3 . . . . . cf. 212, 16
*13, 2 . . 156, 13. 374, 6. cf. 166, 23.
172, 7
13, 3 . . . 250, 19. cf. 158, 1.
4. 181, 19
13, 5 . . . . . 239, 17
13, 7 . . cf. 56, 20. 131, 14. 133, 14
*14, 29—30 . . . . . 188, 3
14, 33 . . . . . 79, 24
*15, 12 . . . . . 242, 19. 293, 16
*15, 32 . . 242, 15. 293, 12. 317, 2.
352, 1
15, 33 . . . 242, 17. cf. 119, 10.
307, 12. 351, 28
*15, 46 . . . . . 167, 22
15, 52 . . . . . cf. 59, 6
15, 53 . . . . . cf. 85, 3
*15, 54 . . . . . 59, 5

*II Cor. 2, 4—11 . . . . . 103, 3
2, 6 . . . . . 116, 6
*2, 7 . . . . . 103, 21
*2, 11 . . . . . 103, 22
2, 14—15 . . . . . 72, 11
2, 15 . . . . . cf. 363, 2
*2, 15—16 . . 208, 17. cf. 336, 24
*3, 18 . . . . . 54, 20
4, 16 . . . . . cf. 248, 5
5, 6 . . . . . cf. 237, 27
5, 7 . . . . . cf. 59, 7
5, 10 . . . . . cf. 97, 25
*6, 14 . . . . . 244, 28. 245, 3
*6, 14—18 . . . . . 92, 24
*6, 16 . . . 227, 18. 291, 2. 13. 351, 2
9, 10 . . . . . cf. 371, 9
*11, 3 . . . . . 352, 3
11, 14—15 . . . . . cf. 54, 26
11, 26 . . . . . cf. 25, 6
*12, 21 . . . . . 102, 18. 116, 24
*13, 1—3 . . . . . 117, 5
*13, 2 . . . . . 102, 21
Gal. 1, 9 . . . . . 75, 24
1, 20 . . . . . 175, 23
2, 11 . . . cf. 342, 25. 355, 20
2, 11—14 . . . . . cf. 204, 6
*2, 14 . . . 175, 26. cf. 232, 2. 241, 16. 300, 8. 19
*2, 18 . . . . . 27, 13. 28, 1
*3, 16 . . . . . 21, 17
*3, 27 . . 161, 18. 163, 16. 290, 27
3, 28 . . . . . cf. 62, 16
4, 24 . . . . . cf. 167, 26
4, 26 . . . . . cf. 54, 16
5, 17 . . . . . 58, 25
*5, 19—21 . . . . . 37, 9. 251, 19. 311, 10. cf. 277, 11. 375, 10
*5, 21 . . 251, 17. 252, 9. 338, 15
*5, 22—23 . . . . . 172, 19
6, 1 . . . . . cf. 294, 20
*6, 1—2 . . . . . 105, 16
Eph. 6, 2 . . cf. 106, 16. 183, 4
6, 3 . . . . . cf. 121, 23
1, 4 . . . . . cf. 225, 12
*2, 6 . . . . . 135, 10. 273, 13. cf. 150, 21
3, 4 . . . . . 277, 3
3, 19 . . . cf. 294, 19. 301, 18
4, 2 . . . . . cf. 98, 16
*4, 2—3 . . . 105, 24. 306, 6. 371, 2. cf. 91, 20. 102, 10. 106, 15. 120, 21. 158, 5. 171, 18. 319, 15
4, 3 . . cf. 47, 14. 61, 19. 62, 17. 98, 15. 183, 5
4, 4 . . . . . cf. 360, 14
4, 4—5 . . . . . 311, 3
4, 4—6 . . . . . cf. 361, 26
*4, 5 . . . 306, 15. cf. 350, 11
*4, 14 . . . . . 209, 26
4, 15 . . . . . cf. 61, 26
*5, 5 . . 229, 14. 230, 13. 236, 28. cf. 58, 21. 242, 22
*5, 5—6 . . . . . 252, 14
*5, 11—12 . . . . . 94, 28
5, 26—27 . . . . . cf. 225, 3
5, 27 . . . cf. 111, 14. 170, 3. 215, 11. 226, 25. 239, 20. 279, 21. 291, 20. 294, 4. 301, 13. 350, 19. 370, 11
6, 12 . . . . . cf. 54, 24
Phil. 1, 15 . . . cf. 92, 15. 131, 11. 233, 21. 245, 6. 368, 24
*1, 15—18 . . 75, 9. cf. 237, 10
1, 15. 17. 18. . . . cf. 25, 7
1, 17 . . . . cf. 92, 15. 131, 12. 169, 17. 233, 21. 245, 6. 368, 24
1, 18 . . . . 92, 16. *232, 21. *241, 25. *370, 6
2, 7 . . . . . cf. 258, 1
2, 8 . . . . . cf. 106, 18
2, 15 . . . . . cf. 93, 19
2, 21 . . cf. 92, 14. 124, 23. 239, 15

*Phil. 3, 15 . . 181, 7. 13. 211, 18. 241, 19. 306, 8. cf. 183, 6. 235, 14. 263, 19. 294, 26. 299, 1. 319, 16. 323, 27. 335, 18. 357, 2. 375, 2
*3, 16 . . . . . 181, 16
*3, 20 . . . . . 134, 20
*Col. 3, 1—3 . . . . . 135, 3
*3, 5 . . . . . 101, 28. 110, 19. 227, 9. 229, 8. 17. cf. 274, 2
*I Thess. 5, 7 . . . . . 50, 22
5, 19 . . . . . 82, 26
II Thess. 2, 3 . . . . cf. 171, 25
*3, 14—15 . . . . . 102, 6
*3, 15 . . . . . 102, 12. 114, 25
*3, 16 . . . . . 102, 14
*I Tim. 1, 3 . . . . . 75, 26
1, 5 . . . 270, 16. cf. 213, 14. 298, 26. 366, 2
*1, 7 . . . . . 53, 26. 64, 5
1, 8 . . . . . 269, 18
*1, 13 . . . . . 228, 10. 230, 7
2, 1—2 . . cf. Psalm. u. 270
2, 5 . . . . 62, 15. cf. 56, 15. 61, 20. 23
4, 1—2 . . . . . cf. 221, 13
*5, 6 . . . . 67, 4. cf. 332, 2
5, 22 . . . . *95, 9. 99, 11. 15. cf. 347, 27. 348, 14
*II Tim. 2, 4 . . . . . 81, 9
2, 5 . . . . . cf. 81, 9
2, 8 . . . . . 277, 3
*2, 16—21 . . . . . 218, 23
*2, 17 . . . . . 242, 27
*2, 17—20 . . . . . 243, 27
2, 19 . . . . *76, 17. *244, 29. *247, 6. 294, 16. 295, 11. 298, 23
*2, 20 . . 132, 1. 243, 13. 371, 11. cf. 370, 24
*2, 21 . . . . . 132, 5. 247, 2. cf. 132, 24. 133, 18
2, 24 . . . cf. 228, 19. 292, 14
*Tit. 3, 8 . . . . . cf. 264, 21
*4, 2 . . . . . 192, 3
*4, 8 . . . . . 75, 1
1, 7 . . . . . 215, 24
*1, 16 . . . . . 224, 10
3, 11 . . . . . cf. 289, 17
Hebr. 6, 19 . . . . . cf. 62, 2
6, 20 . . . . . cf. 56, 2
7, 17 . . . . . cf. 56, 1
9, 3 . . . . . cf. 62, 2
9, 7 . . . . . cf. 59, 19
9, 12 . . . . . cf. 62, 2
9, 24 . . . . . cf. 62, 2
Iac. 2, 21 . . . . . cf. 259, 7
I Petr. 1, 19 . . . . . cf. 59, 18
*3, 20—21 . . . . . 295, 23
*3, 21 . . . . . 224, 15
*4, 8 . . . . . 170, 22. 322, 14. cf. 194, 5. 195, 14. 213, 16. 263, 14. 17
*I Ioh. 1, 8 . . 59, 1. cf. 252, 12
*2, 1—2 . . . . . 60, 23
2, 2 . . . . . 62, 12
*2, 9 . . . . . 245, 4. 284, 30. 287, 19. 312, 24. cf. 286, 23. 287, 16. 366, 24
*2, 11 . . . . . 161, 10. 23
2, 18 . . . . . cf. 316, 5
*2, 19 . . . . . 218, 10. 287, 19. 371, 18. 374, 13. cf. 287, 16
*3, 2 . . . . . 59, 8. 135, 20
*3, 9 . . . . . 58, 26
3, 15 . . . . 285, 2. cf. 287, 10. 307, 7. 320, 6. 351, 11
4, 2 . . . . . cf. 168, 14
*II Ioh. 10 . . . . . 365, 23
*10—11 . . . . . 365, 12
Apoc. 1, 11 . . . . . cf. 31, 9
2, 6 . . . . . cf. 239, 10
3, 1—6 . . . . . cf. 67, 8
*3, 19 . . . . . 71, 21
17, 5 . . . . . cf. 54, 23
*17, 15 . . . . 70, 24. cf. 212, 7

Augustinus Parm.:
II 3, 7 . . . . . cf. 97, 7
II 10 . . . . . cf. 331, 24
II 13, 27 sqq. . . . cf. 145, 14
II 14, 32 . . . . . cf. 145, 3
Augustinus De bapt.:
I 1, 1 . . . . . cf. 86, 4
I 5, 7 . . . . . cf. 83, 11
II 12, 17 . . . . . cf. 51, 14
Augustinus Petil.:
II 105, 241 . . . . . cf. 59, 19
Augustinus Cresc.:
II 24 sqq. . . . . cf. 71, 1
III 27, 30 . . . . . cf. 24, 13
III 56, 62 . . . . . cf. 193, 12
IIII 16, 18 . . . . . cf. 67, 13
IIII 31, 38 . . . . . cf. 67, 13
IIII 37, 44 . . . . . cf. 83, 21
IIII 39, 46 . . . . . cf. 193, 12
IIII 40, 47 . . . . . cf. 193, 12
IIII 49, 59 . . . . . cf. 139, 14
Cyprianus De lapsis:
c. 6 . . . . . 117, 26. 28. 236, 22. cf. 26, 4. 109, 8. 12. 111, 15. 117, 24. 131, 20. 214, 3. 215, 21. 247, 14. 273, 3. 320, 27
Cyprianus De zelo et liuore:
c. 1 . . . . . 234, 20
c. 1—4 . . . . . cf. 277, 18
c. 4 . . 234, 24. 26. cf. 336, 21
Cyprianus, Quod idola dii non sint:
c. 6 . . . . . 340, 18
Cyprianus, Sententiae episcoporum:
praef. . . . 177, 1. 180, 15. 182, 17. 190, 24. 196, 14. 197, 10. 199, 24. 200, 15. 19. 23. 201, 14. 235, 16. 303, 26. 308, 12. 324, 20. 343, 22. 344, 18. 347, 12. 358, 5. cf. 333, 11. 353, 23. 354, 16. 367, 9
sent. 1. . . . 306, 13. 308, 2. 8
sent. 2. . . . . 308, 19
3. . . . . 308, 24
4. . . . . cf. 309, 5
5. . . . . 310, 23. 311, 6. cf. 309, 10
6. . . . . 311, 25
7. . . 312, 6. 17. 313, 7
8. . . 313, 21. cf. 206, 20
9. . . . . 315, 6
10. . . . . 315, 15
11. . . . . 316, 3
12. . . . . 316, 21. 25
13. . . . . 317, 13
14. . . . . 317, 18. 25
15. . . . . 318, 22
16. . . . . 319, 20
17. . . . . 320, 9
18. . . . . 322, 21. 324, 17
19. . . . . 325, 4
20. . . . . 325, 20
21. . . . . 326, 6
22. . . . . 326, 20. 328, 1
23. . . . . 328, 5
24. . . . . 328, 16
25. . . . . 330, 8
26. . . . . 330, 19
27. . . . . 331, 12. 332, 10
28. . . . . 203, 10. 332, 26
29. . . . . 333, 23
30. . . . . 203, 16. 334, 15
31. . . . . 335, 8
32. . . . . 335, 15
33. . . . . 335, 21. 337, 2
34. . . . . 337, 8
35. . . . . 337, 28
36. . . . . 338, 7
37. . . . . 338, 20
38. . 343, 7. 17. 20. 344, 15
39. . . . . 345, 23. 346, 6
40. . . 346, 23. 347, 7. 20
41. . . . . 347, 27
42. . . . . 348, 20
43. . . . . 349, 7

sent. 44. . . . . 349, 17
45. . . . . 350, 4
46. . . . . 350, 11
47. . . . . 350, 20
48. . . . . 351, 7
49. . . . . 351, 16
50. . . . . 352, 9
51. . . . . 352, 23
52. . . . 353, 16. 354, 2
53. . . . . 354, 12
54. . . . . 355, 1
55. . . . . 355, 7
56. . . . . 203, 22. 26. 355, 19
57. . . . . 356, 6
58. . . . . 356, 11
59. . . . . 356, 21
60. . . . . 357, 6
61. . . . . 357, 12
62. . . . . 359, 1
63. . . . 204, 7. 359, 7
64. . . . . 359, 15
65. . . . . 359, 22
66. . . . . 360, 1
67. . . . . 360, 8
68. . . . . 360, 13
69. . . . . 360, 20
70. . . . . 361, 1
71. . . . . 361, 8
72. . . . . 361, 16
73. . . . . 361, 25
74. . . . . 362, 13
75. . . . . 362, 22
76. . . . . 363, 13
77. . . . 204, 12. 363, 21
78. . . . . 364, 3
79. . . . . 364, 9
80. . . . . 364, 20
81. . . . . 365, 11
82. . . . . 366, 19
83—85. . . . . 367, 1
86. . . . . 367, 17
87. . . . . 367, 21

Cypriani Epistulae:
11, 1 . . . 224, 9. 18. 240, 14. 245, 17. 329, 26. cf. 225, 22. 247, 15. 278, 18. 283, 17
13 . . . . . cf. 309, 16
55, 25 . . . . . 243, 5
55, 27 . . . 229, 10. cf. 227, 11
69, 5 . . . . . 368, 13. 369, 7
69, 12 . . . . . 305, 19
70 . . . cf. 285, 5 sqq. 288, 22
70, 2 . . . . . 286, 10
70, 3 . . . . . cf. 287, 7
71 . . . cf. 283, 3 sqq. 288, 21
71, 3 . . 175, 1. 179, 4. 188, 3
71, 4 . . . . 189, 9. cf. 187, 8
73, 1 . . 205, 1. cf. 205, 15. 22
73, 2 . . . . . cf. 206, 9
73, 3 . . . . . 207, 5. 9
73, 7 . . . 214, 23. cf. 213, 25. 215, 19. 216, 5
73, 8 . . . . . cf. 216, 10
73, 9—10 . . . . . cf. 216, 16
73, 10 . . . . . cf. 223, 2
73, 11 . . . cf. 223, 24. 224, 26. 226, 5
73, 12 . . . . . cf. 227, 3
73, 13 . . . . 228, 1. 8. 230, 21. 231, 4. 232, 12
73, 14 . . . . . 232, 28. 240, 27. cf. 277, 20. 285, 4. 322, 17. 337, 25. 368, 21
73, 15 . . . 245, 23. cf. 242, 12. 244, 15. 245, 8
73, 16 . . . 247, 10. cf. 246, 19
73, 17 sqq. . . . . cf. 247, 17
73, 21 . . . . . 250, 12. 25
73, 22 . . . . cf. 255, 5. 260, 28
73, 23 . . 190, 2. 194, 13. 203, 1. 261, 23. 263, 8. 264, 14. 265, 24. 296, 12. 358, 8
73, 24 . . . 268, 27. cf. 268, 19
73, 25 . . 274, 24. cf. 278, 13. 22. 279, 13

Cypriani Epistulae:
73, 26 . . . 235, 20. 280, 9. 305, 5. 11. 15
74 . . . . . cf. 289, 3 sqq.
74, 2 . . . . . cf. 289, 17
74, 4 . . . . . cf. 290, 7
74, 5 . . . . . 290, 27
74, 6 . . . . . cf. 291, 17
74, 7 . . . cf. 291, 22. 353, 19
74, 8 . . . . . cf. 292, 10
74, 10 . . cf. 228, 19. 292, 15. 25
74, 11 . . 293, 20. cf. 292, 27. 295, 23
Eugippii Excerpta:
c. 197—208 . . . . 154, 15 sqq.
c. 209 . . . . . 170, 25 sqq.
c. 210 . . . . . 237, 19 sqq.
c. 211 . . . . . 247, 22 sqq.
c. 212 . . . . . 251, 25 sqq.
c. 213 . . . . . 295, 9 sqq.
c. 214 . . . . . 297, 16 sqq.
c. 215 . . . . . 302, 12 sqq.
c. 216 . . . . . 339, 16 sqq.
c. 217 . . . . . 342, 1 sqq.
c. 218 . . . . . 374, 25 sqq.
Optatus I 13 sqq. . . . cf. 24, 3
Optatus I 14 . . . . . cf. 24, 13
I 18 sqq. . cf. Psalm. u. 42 sqq.
III, 3 sqq. . cf. Psalm. u. 276 sq.
III 4 . . . . . cf. 40, 21
Parmeniani epistula ad Tychonium . . 21, 23. 44, 6. 18. 45, 7. 46, 1. 26. 49, 5. 51, 9. 52, 25. 55, 9. 56, 12. 57, 8. 60, 6. 63, 22. 66, 1. 2. 69, 9. 70, 1. 77, 22. 79, 4. 81, 22. 83, 24. 85, 17. 86, 11. 89, 8. 90, 9. 91, 23. 93, 26. 94, 28. 95, 9. 18. 96, 4. 9. 16. 97, 4. 9. 98, 2. 99, 2. 104, 7. 108, 3. 122, 6. 125, 1. 132, 10. 137, 7. cf. 20, 15. 25. 21, 4. 23, 10. 24, 29. 25, 15. 22. 26, 9. 28, 7. 29, 5. 27. 30, 10. 33, 14. 57, 23. 61, 14. 72, 19. 112, 21. 121, 3. 137, 3. 139, 10
Sententia concilii Bagaiensis . . 51, 14. 17. 67, 13. 140, 5. 185, 12. 193, 2
Uictor Uit. III 8 sqq. . . cf. 41, 14

Cicero in Cat. I 8, 21 . . cf. 180, 18
Persius 3, 81 . . . . . cf. 185, 18
Cod. Theodos. XVI 5 . cf. 41, 14
Uerg. Aen. VIII 483 sqq. . . cf. 139, 23

MAX RIEMER
HOF-BUCHBINDERMSTR.
KIEL, HOLSTENSTR. 43

93:B/3479

GETTY CENTER LIBRARY
3 3125 00784 0784